Πρωτοστράτωρ, Protostrator. Absente magno domestico fert imperatoris spatham. Cum itaque imperator est conscensurus equum, comite equorum imperatoris adducente et tenente equum, postquam ascendit imperator, protostrator prehendens freno deducit equum ad quartam aut quintam usque partem aulae palatii. Deinde recipiens eum magnus chartularius, deducit freno ad portam usque aulae. Similiter etiam facit, cum imperator pedibus iturus est, agens videlicet a porta equum ad eum usque locum, quem ante diximus: ex quo iterum recipit eum protostrator, agens ad eum usque locum, ubi imperator pedes esse solet. Quod si forte protostratorem abesse contigerit, hoc facit a principio usque ad finem magnus chartularius. Paulo post: Protostrator etiam est defensor cursorum. Cursores hoc loco sunt, quicumque nulli agmini aut signo militari adscripti sunt, sed ipsi castra prosequuntur ultro, exspectantes dum accensi fiant. His enim neque ordinem retinentibus, neque flammeolum (signum militare est, Latina origine, a colore dictum) suum, sed inordinate quodammodo dissolutis, protostrator ipse subsequens, defendit ipsos, si forte bello opprimantur. Propterea enim protostrator etiam appellatur, quod toti ipsi *στρατῷ*, id est exercitui praeeat et consistat primus. A cursoribus autem omnes res varias, quae futilia nominantur, moris est protostratorem accipere. Nomine *φυτιλίων*, futilium, (est enim Latinum vocabulum,) significantur quaecumque res, quae per se nihili sunt aut nihil ad rem militarem faciunt, denique impedimenta belli certissima, nisi avertantur. Nam haec cursores commodius comportant quam milites, quia non haerent signis: et audacius colligunt, quia se legibus non teneri putant. Quamobrem protostratori potestas data est futilia ista auferendi.

Μέγας κοντοσταῦλος, qui Gallice *Conestable*, Italice *Contestabile*, Latine *Comes stabuli.* Ubi si stabulum pro equili accipias, erit Comes stabuli, vel qui praeest omnibus copiis equestribus: vel qui praeest equitatui imperatoris aulico. Apud recentiores Graecos est dux copiarum auxiliarium, quae ex Gallia, Sicilia, Italia, facturae stipendia orientem petebant.

Μέγας λογοθέτης, Magnus Logotheta. Cancellarium Latinis vocari *λογοθέτην*, ait Nicetas lib. 7. Munus magni logothetae his verbis Curopalata describit. Disponit mandata et bullas aureas, quae ab imperatore mittuntur ad reges, Sultanos et To-

parchas. Atque hoc quidem proprium est magni logothetae ministerium. Quod autem ad rem domesticam, ipsius est efficere, quod imperator mandaverit. Addunt alii esse etiam libellorum magistrum, archivi praefectum, aut tale quippiam. *Λογοθέτης* exponitur a quibusdam magister rationum, qui expensas et reditus computat, oeconomus sive procurator, quod magnum erat officium et politicum.

Λογοθέτης τοῦ στρατιωτικοῦ, Logotheta castrensis, Zahlmaister, Pfennigmaister, Gallice *Thresorier du camp*.

Καβαλλάριος, Caballarius. Καβαλλάριον equestrem imperatoris comitatum nominat Curopalata. Ex Italico ducta vox, quae ipsa a Latina voce manavit. Huius ergo comitatus praefectus Caballarius dici videtur.

Μέγας παππίας, Magnus Pappias, id est, magnus paterculus, summus ille iudex, ad quem commentarienses de personis reorum et numero, de qualitate delictorum, de clausorum ordinibus referre debent. In hanc sententiam accipio nomen Papiae apud Zonaram, ubi de eo agitur, qui Michaeli Balbo adiutor fuit, ut Leonem Armenum e medio tolleret imperioque potiretur.

Μέγας στρατοπεδάρχης, Magnus castrorum praefectus. Est curator earum rerum, quae exercitui sunt opus, videlicet alimentorum, instrumentorum et necessariorum omnium, *Proviandmaister*. Exponitur etiam, princeps exercitus, ut sit idem quod *στρατιάρχης*: nam *στρατόπεδον* aliquando pro *στρατὸς* ponitur.

Πρωταλογάτωρ, Summus equitum praefectus. Voce enim *ἄλογον* Graeci recentiores equum aut iumentum significant, facta ex *ἀλόκου*, a verbo *halac*, quod orientalibus erat, *ire*: quia maximus et praecipuus iumentorum usus ad commoditatem itinerum. Turcae etiam hodie nuntium seu viatorem appellant *hulac*. Ex *ἀλόκου* igitur *ἄλογον*, id est, brutum, *κατ' ἐξοχὴν* iumentum aut equus, ut Itali dicunt, *la bestia mia*, pro equus meus. Ex *ἀλόγου* fit *ἀλόγιον*, equitatus seu equorum equitumve numerus. Praefectus *ἀλογάτωρ*: summus praefectus *πρωταλογάτωρ*.

Σεβαστοκράτωρ, Augustimperator. Tertia dignitas ab imperatore, Caesariana praestantior. Dum imperator *βασιλεὺς, σεβαστὸς, Καῖσαρ* dictus est, uno eodemque omnes hos titulos obtinente, dignitates officiis ac non titulis aestimatae sunt. Postea vero imperatores luserunt titulis, et honoraria dignitatum nomina sine officiis impertiti sunt arbitratu suo, ut Curopalata his verbis declarat: Despota, Sebastocrator, Caesar ad nullum ministerium tenentur, nisi ad summum aliquem principatum instituantur, puta aut regendo imperio, aut gerendo bello: cuius rei exempla sunt apud Nicephorum Gregoram quam plurima.

Ac primum quidem Caesar fuit secundus ab imperatore (ut hodie rex Romanorum est in occidenti imperio) et obtinuit hoc ad Alexium Comnenum usque: postea Sebastocrator secundus est habitus, et Caesar tertius esse coepit, cum Alexius Comnenus Isaacium fratrem Sebastocratora diceret; auctor Zonaras. Postremo despotes sive dominus ab imperatore secundus est factus, nempe Alexius Palaeologus, cum idem Comnenus filiis maribus carens, Irenem filiam suam primogenitam Alexio huic despondit eumque titulo despotae, id est, domini, ornavit, futurum nempe heredem imperii, nisi morte sublatus esset, teste Gregora lib. 3.

Πρωτοψάλτης, *Princeps seu primus psallentium.* Ecclesiasticum nomen est, de clero palatii. Forsitan magister chori aut simile quiddam.

Δομέστικοι, *Domestici*. In iure appellantur domestici omnes adiutores sive administri legitime instituti a iustis functionum principibus in palatio, aut in foro, aut in ecclesia. In palatio, ut magnus domesticus, domesticus mensae, domesticus scholarum, domesticus murorum, domesticus regionum etc. In foro, ut domestici iudicum, administri. In ecclesia, ut domesticus chori, domesticus ianuarum etc., quorum omnium functio *δομεστίκειον* sive *δομεστίκιον*, id est, domesticatus, dicta est.

Ῥαιφερενδάριος, *Referendarius.* Ecclesiasticae dignitatis nomen, Latine Relator, qui allegatur ad imperatorem et sacerdotem maximum.

Παννπερσέβαστος, *Augustissimus omnium.* Ab Alexio Comneno titulus inventus, ut Michaeli Taronitae gratificaretur, quod scribit Zonaras tomo 3. sub finem. Superior erat omnibus, etiam ipso protovestiario, magno duce, magno domestico etc.

Πρωτοβεστιάριος, *Protovestiarius.* Huius officium sic describitur. Ascendente igitur imperatore, ut declaratum est, ad oratorium, Protovestiarius, qui pilaticia, quae imperatoris prospectum obtegunt, aut sceptra iudicialia tenet, ut in altum subvecta sunt, dextra manu sua educens ea, e prothyro ostendit populo, demonstrans hoc signo, ascendisse imperatorem in oratorium. Hic autem in oratorio, si imperator aut suum ipsius stemma aut aliquod aliud gestamen suum gestaturus est, Protovestiarius, inquam, sumit illud a ministris rucharii et imperatori tradit: neque id solum in tempore eiusmodi festorum dierum, verum etiam semper ita facit. Id vero etiam proprium et singulare habet, quod si quid alienum viderit, aut lutum, aut quid aliud ad imperatoris vestem, deponens ille umbellam aut tegmen capitis sui, extenta manu tollit, aut purgat illud non rogatus. Ex omnibus vero aliis principibus nemo auctoritatem habet faciendi istuc, sed ille solus. *Pilaticia* est opus e margaritis cum fimbria, in longitudinem minus spithama, in latitudinem autem palmo, quae rex Medorum gestabat similiterque

iudices, quemadmodum olim duces exercitus gestabant torques, honorem ipsorum demonstrantes. τὸ ῥοῦχον suprema vestis, species vestis e Germania apportata, unde Germanicum nomen retinuit, *Rock*. Hinc ῥουχαρεῖον vestiarium speciali nomine a Curopalata appellatur, quia latius patet nomen vestiarii apud recentiores Graecos. *Protovestiarius*, ut agamus dilucidius, regio vestitui praeerat, quod hodie cubiculariorum videtur munus. Saepe rebus maximi momenti adhibebantur, et res per eos non vulgares gerebantur, ut in Lecapeno et Leone Basilii F. Credeni videre est. In Constantino Romano F. protovestiarii dignitas proxima a domestico scholarum et accubitore, biglae drungario, superior ostenditur. Inveni, qui scriberet, Protovestiarium fuisse thesaurarium seu thesauro praefectum, quia βεστιάριον aerarium vocetur seu thesauri repositorium, ταμιεῖον. Quod ego quidem in aliquo vel auctore vel glossario nondum legi.

Δικαιοφύλαξ, ad verbum, *Custos legum et iuris*, de quo magistratu nihil habet Curopalata.

Λογαριάστης, *Logariastes*. A Curopalata additur, τῆς αὐλῆς, aulae seu palatii. Rationes init omnium stipendiatorum, qui in aula sunt, si quid deest ulli de stipendio eius, aut ad servitium eius, cuius caussa stipendia facit. Apud Nicetam et φροντιστὴς καὶ λογιστής. Valere putant idem, quod quaestor aut receptor generalis, aut quod Germanis est *Kammermaister*. Inde clarum quis μεγαλογαριάστης.

Ἀποκρισιάριος, *Apocrisiarius*. Sic iurisconsulti Graeci eum nominant, qui legationibus audiendis referendisque ad imperatorem et responsis ab eo dandis constitutus est.

Χαρτοφύλαξ, *Praefectus Chartis*. Qui tabulas habet chartaceas, ad iura ecclesiae pertinentes, chartarum custos, qui privilegia et similia asservat, praefectus scriniorum, iudex idem causarum ecclesiasticarum et quaestionum matrimonialium, defensor in clericorum caussis, veluti manus summi sacerdotis dextra. Hinc μέγας χαρτοφύλαξ.

Δομέστικος τῆς τραπέζης, *Dapifer*, aut simile habens officium, ut suspicor.

Δρουγγάριος, *Drungarius*. *Δρουγγὰς* seu δρουγγὸς orientale nomen, coetum hominum una commeantium significans, et coetus illius princeps vocatur Dargon vel Dorgon, ex quo Drungarius, facta epenthesi τοῦ ν pro γ geminato. Quidam vocant tribunum militum. Drungus globum significat, ait Turnebus libro vigesimo quarto capite vigesimo quinto. Vopiscus in Probo: Triumphavit de Germanis et Blemiis, omnium gentium drungos, usque ad quingenarios homines ante triumphum duxit. Vegetius libro tertio capite decimo sexto: Scire debet dux hostium, contra quos drungos (male scriptum drunos) hoc

est, globos hostium quos equites oporteat ponere. Hinc Drungarius biglae, Drungarius classis, qui praesunt globis vigilum et classiariorum. De hac voce Leunclavius in Pandecte ad annales Turcicos: Dico, Turcis Agelarios esse sua lingua, qui Graecis erant vel Drungarii, vel Druncarii potius. Eos Leo Sapiens Augustus in Libro suo de apparatibus bellicis capite 3. num. 42. 43. 45. olim dictos fuisse tradit Chiliarchos, quod militibus mille praeessent: et druncum chiliarchiam. Latini Chiliarchos vocabant tribunos, qui nunc colonelli sunt. Druncum (sic enim pronuntiabat Zygomalas, et Druncarium, non Drungum, vel Drungarium; quod vulgo fieri solet) sic appellatum arbitror a trunco sive baculo sive sceptro: quemadmodum hodieque regimentum vocamus tam ipsius tribuni baculum (vitem dixere, puto, Romani) quem ceu magistratus insigne gestat, quam illum signorum militumque numerum, qui ad constituendum regimentum requiritur. Ideoque truncus est regimentum militum, cuius caput est Druncarius, olim Tribunus, nunc Colonellus aut regimenti praefectus.

Μέγας ἑταιριάρχης, Magnus sodalitatis princeps. Antequam e cella sua imperator exeat, protovestiarites adest in triclinio cum magno hetaeriarcha et primicerio aulae. Postquam vero egressus est et constitit imperator, egrediens protovestiarites accersit honoratissimos principes ad circumstationem. Lege cetera. Et infra: Hic vero excipit etiam perfugas advenientes ex omni parte, ac propterea etiam hetaeriarches nominatur, velut ἑταίρους sive amicos excipiens.

Βάραγγοι, Barangi. In festo occursus (purificationis) discedit imperator in Blachernarum templum, Barangis quoque sequentibus. Atque hi quidem ubique imperatorem equitantem prosequuntur, ferentes humeris secures suas. Erant ergo custodes, satellites aut stipatores imperatoris bipenniferi: eorum praefectus ante illos imperatorem sequebatur et ideo ἀκόλουθος dicebatur.

Πιγκέρνης, Pincerna, a poculis. Quod si imperatorem oportet bibere, pincerna ministrat illud: ac non diebus festis solum, verum etiam semper imperatore cibum sumente miscet, si praesens est. Ac vetere quidem more hic extra civitatem imperatorem sequens ferebat poculum castrense, catena vinctum: ut si eum opus esset bibere, ex fonte aut fluvio daret ac biberet. Hoc autem in praesentia non fit.

Ὁ ἐπὶ τῆς τραπέζης, Mensae praefectus. Serviebat etiam imperatori ad mensam. Praebebat missum magnus domesticus primus proxime imperatorem: post eum domesticus mensae; tunc praefectus mensae, et quae apud Curopalatam sequuntur.

Δομέστικος θεμάτων ἑσπερίων, Domesticus thematum occidentalium. Quae florente adhuc imperio Romano τάγματα

sive legiones dictae, postmodum imminuta Heraclii temporibus Romana potentia et truncato imperio, *θεμάτων* nomen acceperunt, carentes iam veteri amplitudine sua. Vide libellum Constantini Porphyrogennetae de thematibus sive de agminibus militaribus per imperium orientale distributis. Hic praefectus huiuscemodi agminum per occidentis urbes distributorum intelligendus est.

Μέγας Διοικητὴς, *Magnus administrator sive procurator*. Nihil de hoc Curopalata.

Μέγας Δοὺξ, *Magnus Dux*. Quemadmodum magnus domesticus princeps et caput est ad universum fossatum, (quid sit *fossatum*, suo loco explicabitur,) sic etiam hic ad universum mare. Ac ceteri quidem principes aliis rebus instituti ut capita, praeferunt consuetum imperatoris flammeum, aut exercitus flammeum cum ignitis telis. Magnus dux contum praefert imperatoris insidentis equo. Habet autem subiectos sibi magnum Drungarium classis, Ameralium etc. Vide Curopalatam et scholiasten.

Πρωτοσέβαστος, *Primaugustus*. Nullum ministerium habet, quia non functio est palatio militans, sed dignitas honoraria, quam non ministerii aut ordinis necessitas facit, sed imperatoris *εὐδοκία*.

Μέγας Χαρτουλάριος, *Magnus chartularius*. Equum imperatoris a protostratore susceptum, etc. Vide quae supra in protostratore dicta sunt. *Stallmaister* Germanis dici putat scholiasta. Zonaras in Leone Isauro, tomo tertio Annalium, posterioribus temporibus *τὸν τῶν βασιλικῶν ἱπποκόμων ἐπιστατοῦντα* appellatum tradit.

Πριμικήριος αὐλῆς, *Aulae primicerius*. Habet quidem in circumstatione administrationem, qualem ante diximus, ordine vero collocat etiam omnes, qui in aula sunt. Ut enim princeps quisque suum et constitutum locum ad circumstandum habet: sic etiam ordines, qui in aula sunt, singuli proprium suum locum obtinent.

Πρωτοκυνηγὸς, *Venatorum princeps*, *Jägermaister*. Imperatore conscendente equum, nemo alius praeter hunc stapiam tenet, cum praesens est. Praeest vero iis venatoribus, qui curatores canum appellantur. Quod si quando imperatoris, cum in venatione est, vestem aliquam sanguine aspergi contigerit, eam hic venator accipit ex beneficio.

Πραίτωρ δήμου, *Praetor populi*. Nullam administrationem habet in aula palatina, sed in urbe, et urbanam solum.

ΙΩΑΝΝΟΥ ΤΟΥ ΚΑΝΤΑΚΟΥΖΗΝΟΥ

ΙΣΤΟΡΙΩΝ ΒΙΒΛΙΑ Δ.

ΙΩΑΝΝΟΥ ΤΟΥ ΚΑΝΤΑΚΟΥΖΗΝΟΥ
ΙΣΤΟΡΙΩΝ ΒΙΒΛΙΟΝ Α.

IOANNIS CANTACUZENI
HISTORIARUM LIBER I.

PERIOCHA.

Michael senioris Andronici filius, iunioris pater, filiabus in matrimonio collocatis et filiis parenti ad educandum commissis, ex oriente Byzantium rediens, Adrianopolin, deinde Thessalonicam ab eodem transmittitur: ubi de morte filii Manuelis certior factus, prae luctu acerbissimo in morbum labitur, quo etiam hac vita decedit. Senex pater Andronicum adolescentem nepotem, Constantino despota filio suo, Michaelis germano fratre, in imperio surrogato, idque non tam ipsius Constantini, quam Michaelis pueri eidem Constantino ex pellice suscepti, causa abdicare constituit (Cap. 1). *Post obitum Michaelis imperatoris provinciarum praesides et magistratus sacramentum novum postulantur, et iuvenis Andronici nomen in conceptione iuramenti praeteritur: solus Cantacuzenus, cubiculi sacri praefectus, ne se scelere contaminet, iurare detrectat: veteri formula iurare sinitur. Tacitus fert iniuriam nepos, quem Syrgiannes vir nobilissimus serio monet, ut sibi consulat; et in eam rem operam fidelem spondet. Ille rem cum Cantacuzeno, qui tum in Thracia praetor versabatur, ut cum amico omnium sincerissimo, prius communicandam censet* (2). *Dolet is ea necessitate, quam Syrgianni internuntio diserte explanat, calamitatemque in posterum praesentit, et iuvenem in tuto collocandum; aliud nihil, nisi cogantur, incipiendum suadet* (3). *Christopolis fugae, nepote approbante, deligitur. Cantacuzenus e Thracia Constantinopolin veniens, quid sibi cum Syrgianne convenerit, renuntiat: Apocauchum hominem obscuri generis, sed prudentem inprimis, a quo postmodum diu vehementerque divexatus est, ut patebit lib.* 3., *Syrgianni gratificans, Andronico commendat* (4). *Causae dissidii inter avum et nepotem aliae antiquiores afferuntur, prolatisque exemplis, avus nimiae austeritatis et importunitatis insimulatur* (5), *quam illi per patriarcham Iosephum nepos exprobrat. Avus se excusat. Placatur nepos. Verum haec Michaele adhuc vivente. Quo fatis absumto, cum quoddam dictum redigeret ei in memoriam, quo honestius eum hereditaria successione multaret* (6), *ostendit nepos qua mente dixerit: veniam delictis suis petit; cui Cantacuzenus, ut iustam causam habenti, semet et omnia sua offert. Iterum perfugio*

Christopolis destinatur (7). *Callinicus ad Cralem Triballorum principem de societate legatur. Spondet. Denuo de loco, ad quem salutis tuendae confugiant, deliberatur, et Adrianopolis praefertur. Iniuriae avi in nepotem memorantur. Syrgiannes e Thracia revocatur. Adhuc de loco fugae. Adrianopolis iterum eligitur. Quaerunt, quomodo Constantinopoli impune exeant* (8). *Protostrator senem in custodiam tradendum, Syrgiannes omnino iugulandum decernit: utrique repugnans Cantacuzenus, in prima sententia, de simplici discessu, permanendum pronuntiat, Syrgianni contra nitenti sapienter occurrit, simulque protostratorem refellit* (9). *Nepos ab omni crudelitate in avum abhorrens, Cantacuzeno subscribit. Idem Syrgiannes et protostrator faciunt* (10), *imperatricem Cantacuzenus, qui et magnus domesticus, iunioris imperatoris coniugem Constantinopoli relinquendam sentit. Magnus contostaulus et magnus logotheta Metochites causam nepotis apud avum agunt* (11). *Ad iudicium arcessitur: protostrator eum comitatur: domesticus supervenit postea: in palatio de servando iuvene sermocinantur. Ternae triremes a Genuensibus amicis instruuntur* (12). *Nepos magnum domesticum offendens, se desertum conqueritur: quae maxime vult, audit. Citatur de integro ab avo ad iudicium: amicos ad fidelitatem sibi in periculo praestandam hortatur. Cantacuzenus et protostrator omnia pollicentur: ad palatium deducunt* (13). *Ibi coram episcopis ut superbus et rebellis a sene accusatur. Negat se talem: si facinorum istorum compertus fuerit, vel capitalem poenam libenter excepturum, et avum ut contumeliosum redarguit* (14). *Amici duo foris clamorem audientes, succurrere parant. Senex quiescit, et nepoti conditiones fert quatuor: ad singulas respondet* (15), *pedem eius pronus osculatur. Fingit ille se reconciliatum: inani gaudio exultatur. Iubetur in Peloponnesum praefectus abire magnus domesticus; quae iussio quoniam fraudem olebat, quid agat cum sociis consultat. Coniicitur mens senis haec, ut ipsis specie praefecturarum distractis, nocere liberius ac facilius possit: non esse salutem negligendam* (16). *A iuniore ad senem pro impunitate sociorum legatio decernitur, quam Metochites certis de causis obire detrectat. Sequitur frivola domestici excusatio, cur a Peloponneso abhorreat. Obiurgatus ab imperatore, in Thessaliam iubetur proficisci; quam conditionem similiter subterfugere studens dissimulat, et extra urbem milites pecuniamque exspectat. Protostratori Prillapi praefectura mandatur* (17). *Scriptura ad lectulum inventa, nepos Byzantio decimo tertio Kalendas Maias, comitatus protostratore paucisque famulis, cum canibus et avibus venatoriis, ad fugam tegendam scilicet, egreditur. Adrianopoli comiter accipitur. Hoc intellecto, imperator Tagarim magistrum militiae ad fugitivum reducendum mittere vult: a quo docetur, laborem inanem fore* (18). *Interdicitur omnibus, ne nepotem nomine imperatoris afficiant, declaraturque hostis, et cum factione sua a piorum communione secluditur. Ab eo deinde pacem senex petit. Legati in discrimen veniunt: et ibi alterius praesens atque inconcussus animus. Benigno cum responso dimittuntur* (19). *Postridie in concilio pax recusatur, ni senior imperio cedat: datur tamen opera, ut is imminens periculum declinare possit. Exercitus mire avet Byzantium petere, nec ei persuaderi potest, ut libens in occidentem tendat* (20). *A Sphentisthlabo Moesorum rege insidiae. Lente Constantinopolin pergit iunior, morbum praetexens; senem praemonet, ut sibi caveat. Magnus domesticus ab oppugnatione urbis dehortatur* (21). *Palaeo-*

loga monacha super induciis rogatum accedit (22). Nepos respondens, se in avum officiosissimum demonstrat. Avus iusiurandum dat, et anathematismum rescindit: irascitur, hominem de infima plebe ad se iuramenti exigendi missum. Factum excusatur (23). Adrianopolin se recipit nepos, eo uxorem evocat. Syrgiannes ad senem deficit: obiectum perfidiae crimen negat (24). Itur infestis signis Byzantium: optimates et duces exercitus ad avum de pace scribunt (25). Xena mater Andronici minoris Thessalonicae a templo avulsa, pro captiva adducitur Constantinopolin (26). Pax petitur. Morbus iunioris, a quo stratopedarcha desciscit (27). Beneficentiae magni domestici, eiusque matris Theodorae magnanimitas (28). Oppida Apri (29), Garella, Rhaedestum, Sergentzium occupantur, Sacci exuruntur. Stratopedarchae perfidia, Syrmpani pastoris fidelitas in dominum et caritas in inimicum admirabilis (30). Nepotis in hostem lenitas. Constantinus despota captivus in vincula coniicitur. Qui Xenae imperatrici manus violentas attulerant, puniuntur. Lemniorum ad nepotem defectio: quem formidantes Persae, deserto avo, cui auxilio veniebant, in orientem turpiter refugiunt (31). Poscitur pacem, quam dare cogitat, ita ut ipse, exercitus, urbes, tota imperii administratio penes seniorem sint de cetero. Conciones imperatoris, et Cantacuzeni ad principes et duces exercitus (32). Responsum nepotis ad avum de pacis conditionibus (33). Actum gratias et pacem confirmatum Xena ad filium mittitur. Conditiones senex accipit, ad quem salutandum nepos Byzantium concedit: ille obviam se fert. Ibi consuetudo quaedam imperatoria declaratur. Una in urbem ingrediuntur. Die sequenti Deiparae de confecta pace nepos gratias agit. In palatio cum avo degit aliquamdiu: ad eum spectandum frequentes undique concursus fiunt. Didymotichum redit (34). Sphentisthlabus morbo interit, Tertere filio successore, a quo Philippopolis capitur. Nepos Moesiam incursans, praedas ingentes agit, et Byzantii Syrgiannem in senem coniurationis reum in carcere invenit: in quem, facta licet potestate, sententiam ferre abnuit (35). Moritur Terteres. Complura Moesiae oppida Andronico minori se dedunt: reliqua Boesilas, defuncti regis patruus, sibi asserit. Avi commissu nepos Philippopolin, sed frustra, oppugnat. Machina, cuiusdam Germani opus, depingitur. De Boesilae socii et amici morte falsus rumor (36). Philippopolis fortuito recuperatur (37). Bellum in barbaros decernitur, incassum dissentientibus senioris consiliariis, a quo magnus domesticus commendatur (38). Pax et foedus inter imperatores, et Moesum, quicum iunioris nupta erat soror. Mos Romanorum imperatorum, quo sibi per matrimonia Scytharum satrapas devinciebant. De Scytharum binis in Thraciam irruptionibus, quorum partem Romani trucidant. Cum Scytharum quodam duce nepotis ex altera ripa colloquium (39). Irene coniux diem obit, Anna Sabaudiae comitis filia iuniori ad connubium petitur (40); ipse a patriarcha Isaia solenni ceremonia, quam auctor accurate explicat, coronatur (40). Annae e Sabaudia illustris adventus, quae, Byzantii splendide peractis nuptiis, ipsa quoque corona induitur. Nobiles Sabaudi complures quasi per successionem manent Constantinopoli, et imperatorem iuvenem ludicris artibus instituunt. Persae praedones caeduntur. Imperator pedem sagitta vulneratur. Magni domestici in pugna virtus. Michael Moesorum rex Zernae cum nepote dies aliquot hilares agit. Didymotichum reversus, de avo ab se sine causa alienato nuntium accipit (42). Panhypersebastus re-

gnum affectat, cui magni logothetae filii student: quorum litterae intercipiuntur, et eorum pater officii sui admonetur. Protovestarius logothetae extrema minitans, a nepote compescitur, et apud avum excusatur. Ambo ingratissimi inveniuntur, eorumque instigatione bellum recrudescit (43). *Nititur senex memoriam iunioris e sacris tollere, cuius patrocinium patriarcha suscipit* (44). *Avum placare Andronicus conatur, et a bello dehortans, se ad causam dicendam offert. Orat idem per litteras magnus domesticus et in extremis terret, si monita contempserit* (45). *Responso avi moestus iuvenis, patriarchae, et episcoporum fidem appellat, qui eum in avi gratiam conantur restituere. Mittuntur Rhegium ex tribus delecti ordinibus, qui crimina exponant, eius defensionem audiant, et iudicent* (46). *Ille avum in odium rapit, sibi benevolentiam iudicum colligit, et sigillatim obiectis respondet. Sequitur oratiuncula, qua suam innocentiam adversus criminationem de periurio in foedere violando tuetur* (47). *Avi et Cocalae litteras contra se profert, quibus ab ipsis foedus violatum convincere contendit* (48). *Cocalae impudentia. Episcopi damnare accusatum verentur. Respondens avo, de se, ut in eum officioso, praedicat, illum, ut sycophantis credulum, perstringit, pacem pro re publica orat, se subiicit, et ni bene monenti obsecundet, minatur* (49). *Cocalas acta Rhegii renuntiat seni omnia: reliqui non audiuntur. Eum patriarcha castigans, a iuniore se staturum profitetur. Cum episcopis idcirco habetur sub custodiis. Magnus domesticus et protostrator ad procedendum Constantinopolin nepotem incitant: cui spem reliquam pacis domesticus eripit* (50). *Rhegio Byzantium iter intendunt. Imperat ei avus, uti se ab urbe amoliatur. Marci Caballarii convitium. Memorat, quo officio in avum fuerit, cuius pertinaciam accusat. Selybriae rem publicam ordinat. Rursum nepos Didymotichum rediit. Andronicus Tornices, et Manuel Lascaris pactionis cum satrapis Scytharum suspecti et Thracia exacti* (51)*; quae protostratori cum parte copiarum committitur. In Macedoniam iunior contra hostes abit, Pheris eos provocat. Iis se excusantibus, quo minus postulata praestent, removetur inde exercitus* (52). *Thessalonicam vocatur: urbe dedita, arx oppugnatur, cui Pherenses eventu infelici subsidium mittunt. Miraculum sancti Demetrii martyris in imperatore. Arx traditur* (53). *Deliberatur, quo eundum. Probatur consilium magni domestici. Edessa et Berrhoea se dedunt. Ingens occidentis defectio. Duces senioris ad Triballum fugientes, a Pheraeis militibus capti ad nepotem adducuntur. Cum uxoribus eorum benigne agitur* (54). *Deditio Castoriae et Achridis. Protovestiarius cum sociis Triballum ad arma in imperatorem iuniorem sollicitat. Uxoris eiusdem protovestiarii mendacium. Domestici in contemptu auri argentique apud protovestiarium reperti excelsus animus. Imperatoris beneficentia. Voluntaria agrestium Albanorum deditio, Triballorum procerum in dissuadendo bello aequitas. Viae ad fugitivos iuvandos complures* (55). *Casus eorumdem. Strombitza et Melenicus nolunt se dedere. Protostrator ad fluvium Nigrum seniorem vincit: nec laetatur victoriae nuntio iunior. Foedus cum Moeso senex facit; ad urbem iunior accedit, pacem iterum iterumque petit. Duo plebeii Constantinopolin produnt* (56). *Pulcrum exemplum Christianae mansuetudinis Andronicus minor. Proditoribus praemium condignum promittitur. Moesus ad confinia copias adducit. Nepos abire Logos decernit. Quaeritur cur tria millia equitum a Moesis Byzantium missa. Avus monitionem de periculo vilipendit* (57). *Interrogatur*

Moesus, quid sibi velit cum exercitu. Post conterritus minis, iurat se foedus non rumpere, nec contra imperatorem venire: fidei pignus sacram crucem mittit. Ibanem, seu Ioannem, ducem cum equitibus ex urbe revocat. Scalae et alia ad eam capiendam parantur. Die pentecostes Logis progrediuntur: a domestico et imperatore agmen oppugnationi disponitur (58). *Extremo capite, quomodo urbs capta sit, et humanitas nepotis erga avum, et patriarchae e monasterio liberatio describuntur* (59). *In hoc libro praecipua animadversione digna et tamquam potissima capita haec observanda: varii naturae motus in avo et nepote, ac memorabile exemplum illius in hunc odii, huius in illum observantiae; deliberationes et legationes multae, in quibus multa prudenter dicta; pacis mentio et desiderium frequens et incredibile; assentatorum et sycophantarum studium; ritus coronationis imperatorum; singularis eventus in capienda Constantinopoli; mira commutatio imperatoris senioris in privatum, contra iunioris, privati propemodum et exulis, in monarcham.*

N i l u s et C h r i s t o d u l u s ficta nomina sunt; qualia apud veteres in dialogis et epistolis plurima. Christodulus mihi Cantacuzenus est, utpote qui curis illustribus defunctus, decursisque vitae palatinae malefidis honoribus, Christo sibique in posterum vacare statuens, nobilem illam servitutem amplexus est, quae mera viri sapientis libertas haberi debet. Nilus, a quo se ad scribendum impelli fingit, monachi nomen, ut cuivis obvium est.

ΝΕΙΛΟΣ ΧΡΙΣΤΟΔΟΥΛΩι. Ed. Par. 1

Ed. Ven. 1

Ἐπειδή σε βούλεσθαι οἶδα μηδὲν τῶν ἡμετέρων ἀγνοεῖν, εἰ καὶ μηδέν τι γενναῖον ἔχοιμεν λέγειν, ἅ γε ἔνεστι, σιωπᾷν οὐ θέμις. οἶσθα τοὺς περιπάτους οὓς ἑκάστοτε μετὰ τῶν φίλων ποιούμεθα, ἐν οἷς πολλὰ, τὰ μὲν σπουδῇ, τὰ δὲ παιδιᾷ προσήκοντα λέγεται. ἐν τούτοις τινῶν τὸν τῶν βασιλέων διεξιόντων B πόλεμον, ὅπως τε τὴν ἀρχὴν συνέστη καὶ ἤκμασεν εἰς τοσοῦτον, καὶ τί τὸ πεῖσαν τοὺς γενναίους ἀγνοῆσαι τὴν φύσιν, καὶ πότερος αὐτῶν μάχης ἤρξατο, καὶ τίς πρὸς διαλλαγὰς ὀξύτε-

NILUS CHRISTODULO S.

Quoniam probe scio te res nostras omnes velle cognoscere, etsi egregii nihil sit, quod dicamus: ea quae habemus, nefas est tacere. Scis quotidie una cum familiaribus ambulationes a nobis institui: in quibus multi nobis sermones, partim serii, partim hilares ac iocosi incidere solent. Ibi cum nonnulli de bello imperatorum dissererent, quonam modo primitus conflatum ac tantis postea incrementis auctum, et quid tandem generosas illas animas ad naturam exuendam impulisset, ab utro praeterea belli inferendi initium, et hic, an ille

ρος· οἱ μὲν τὸν πάππον, οἱ δὲ τὸν νεώτερον αἰτίαις ἐνέχεσθαι
ἠξίουν. ἐγὼ δὲ ἀκούων ἐπλήγην τοῖς λόγοις, ῥαθυμίαν κατε-
C γνωκὼς τῶν ἀνδρῶν, οἳ παρηκολουθηκότες τοῖς πράγμασιν ἐξ
ἀρχῆς, οὐ κατέλιπον τῷ βίῳ τὴν τῶν πεπραγμένων διήγησιν.
ἀλλ᾽ ἔστι καὶ περὶ ἐκείνων διπλᾶ λογίζεσθαι, καθάπερ καὶ περὶ
P. 2 τῶν Εὐκλείδου φασίν. ἀλλὰ σὺ δίκαιος ἂν εἴης ἀπαλλάττειν
πραγμάτων ἡμᾶς, τά τε ἐπὶ τῶν βασιλέων τά τε ἐφ᾽ ἡμῶν γε-
γονότα διδάξας· τὸ δ᾽ ἂν γένοιτο, ἐπιτομωτάτῃ χρησάμενος
ὁδῷ τινι συγγραφῆς, δι᾽ ἧς μόνης ἔξεστι τἀληθὲς εὑρεῖν. καὶ
ὅτε γὰρ τὰ κοινὰ διετέλεις πράττων, σωτηρία τοῖς πράγμασιν
ἦσθα· καὶ νῦν σαυτοῦ γεγονὼς, ἀληθείας καὶ δικαιοσύνης παρά-
B δειγμα τὸν βίον κατέστησας τὸν σαυτοῦ. ὡς μὲν οὖν τῶν γε-
γονότων καὶ νομιζόμενος καὶ ὢν αὐτουργὸς, οὐκ ἀγνοήσεις δή-
που τὰ σά· ὡς δὲ μηδὲν τῆς ἀληθείας διὰ βίου πρότερον ἡγη-
σάμενος, τἀληθὲς ἐρεῖς· ὡς δὲ ῥαθυμίαν ἐξορίσας παντάπασι
τῆς ψυχῆς, οὐ λογιῇ τὸν ἐπὶ τῷ πράγματι πόνον. ἔστι δὲ καὶ
C εἰς παράδειγμα τὴν ἡμετέραν ἱκετείαν ἀνενεγκεῖν. ἄν τε γὰρ
τοὺς ἔξωθεν, ἄν τε τοὺς ἡμετέρους ἡγεμόνας ἐνθυμηθῇς, οὐδα-
μῶς ἀτιμάσεις τὴν ἱστορίαν. καὶ οὗτοι γὰρ κἀκεῖνοι ἐπὶ τὸ
συγγράφειν καθῆκαν ἑαυτοὺς, οὐ μικρὰ τὸν ἀνθρώπινον βίον ἐκ
τοιούτων ὀνήσειν οἰόμενοι. καὶ ἁπλῶς δὲ εἰπεῖν, οἱ μὲν ἠθικοὶ
τῶν λόγων, ὅσοι ἢ ἀρετὴν ἐπῄνεσαν ἢ κακίαν διέβαλον, καλοί

6. Interpres corrigit *ἀπαλλάττειν*, sed nil mutandum. *ED. P.* Immo mutandum erat, quod antea legebatur, *ἀπαλλάττων*.

ad reconciliationem concordiae propensior fuisset, avum hi, nepotem illi in reprehensionem vocarunt. Qua ego disputatione commotus, eos desidiae condemnavi, qui inde a primordio singula percepta cum haberent, nullam eorum memoriam posteritati reliquissent. Sed possunt etiam ea in utramque partem disputari, quod idem de placitis Euclidis aiunt. Tu vero idoneus sane es, qui nos hac molestia expedias, quaeque sub imperatoribus illis, quaeque nostro aevo contigerunt, exponens, et quidem summa usus brevitate scribendi, qua sola verum investigari potest. Tu enim et quamdiu publico functus es munere, salus imperii fuisti: et hodie posteaquam decursis honoribus tui ipsius esse coepisti, vitam et mores tuos veritatis ac iustitiae exemplar effecisti. Quando igitur rerum gestarum actor et iudicaris fuisse et vero fuisti, quae tibi acciderunt, ea profecto nescire non potes. Dein, quia in omni vita nihil duxisti veritate antiquius, nihil ab ea alienum memorabis. Ad extremum, quia omnem de mente socordiam fugasti, quid laboris sit ista litteris amplecti, non reputabis. Nec vero primus, nulloque exemplo facturus es, quod abs te contendimus. Etenim sive extraneos sive nostrates belli duces respicis, genus hoc scriptionis minime contemnes. Nam et hi, et illi non parum inde humanae societati consultum iri arbitrantes, huc pariter se demiserunt. Atque ut simpliciter dicam

τί εἰσι καὶ θαυμάζεσθαι δίκαιοι· εἰ δὲ καὶ δυνατὸν κατὰ τού- D
τους τοὺς ἀνθρώπους βιῶναι, ἐνταῦθα δὴ πολὺς ὁ λόγος, τινῶν
ἀξιούντων μὴ δύνασθαι τὰ πράγματα διὰ τέλους συμβαίνειν V. 2
τοῖς λόγοις. οἷς δὲ ἐμέλησε πράξεις ἀνδρῶν ἀναγράφειν, ἐξ ὧν
ἀρετὴν καὶ κακίαν, τὴν μέν ἐστιν ἑλέσθαι, τὴν δὲ φυγεῖν, τοῖς
τοιούτοις ἀντιλέγειν οὐ πάνυ τοι ῥᾴδιον, ὅτι μὴ λογισμοῖς, ἀλλὰ P. 3
πράγμασι πείθουσιν, οἷς ἐρίζειν μανία σαφής. ὡς οὖν τὰ μέ-
γιστα ὀνήσων τὸν ἀνθρώπινον βίον, ἂν μὴ κατ' ἐλπίδας τὰ
παρόντα ἐκβῇ, ἐξ ὧν ἔστι τούς τε ἄλλους εὖ ποιεῖν καὶ τὸ
σαυτοῦ διασώζειν ἦθος, ἑλοῦ.

ΧΡΙΣΤΟΔΟΥΛΟΣ ΝΕΙΛΩι. V. 3

Ἐπῄνεσα σοῦ τὸν τρόπον, ὦ φίλε Νεῖλε, τὴν σὴν ἐπι- B
στολὴν ἀναγνούς. τὸ γὰρ μαθεῖν ἐθέλειν ἃ τοῖς βασιλεῦσι Ῥω-
μαίων συνέβησαν ἐφ' ἡμῶν, τἀληθές ἐστιν εἰδέναι ποθοῦντος.
παράδοξα γάρ τινα καὶ ἀλλόκοτα συνέβησαν ἐπ' αὐτῶν καὶ
οὐδαμῶς προσόμοια τοῖς ἐπὶ τῶν προτέρων βασιλέων, ἀλλὰ
πολύν τινα τὸν παράλογόν ἐστιν εὑρεῖν ἐν αὐτοῖς, ἔν τε ταῖς C
ἀγχιστρόφοις τῶν πραγμάτων μεταβολαῖς καὶ ἐν τοῖς τῶν ἀν-
θρώπων ἤθεσι καὶ βίοις, τῶν μὲν εἰς τὸ πάντῃ εὐσταθὲς καὶ
ἀκίνητον καὶ μηδαμῶς εἶκον ταῖς μεταβολαῖς τῶν πραγμάτων
ἑαυτοὺς κάλλιστα ἁρμοσάντων, τῶν δὲ τοὐναντίον ἅπαν Εὐρί-

quod sentio, morales commentarii, quotquot aut virtutem efferunt, aut vitiositatem insectantur, egregii sane sunt et admiratione digni: verum, possintne homines ad illorum praecepta vitam exigere, de eo magna quaestio est; censentibus nonnullis, quae sub actionem cadant, philosophorum decretis usque ad ultimum non posse exaequari. At quibus cordi fuit res gestas et facta litteris persequi, unde quae honesta sunt ad imitandum eligas, quae turpia, vites, contra illos dicere difficile est; quod non ratiocinationibus, sed rebus ipsis persuadent; quas impugnare, aperta insania est. Quare ut plurimum vitae humanae commodaturus, si praesentia spem fefellerint, tu ea tibi sumito, per quae et aliis benefacias, et animi ingenium conserves.

CHRISTODULUS NILO S.

Cum legissem litteras tuas, mi Nile, praeclaram indolem tuam amplexatus sum. Nam velle discere quae nostra aetate Romanorum imperatoribus acciderint, optantis est veri notitiam adipisci. Admirabilia siquidem et inaudita prorsus, superiorumque imperatorum casibus dissimillima eis evenerunt: in quibus praeter opinionem, cum in subitis rerum conversionibus, tum in hominum moribus plurima cernas, quando hi sese ad penitus inconcussam et immobilem ac nullis mutationibus expugnabilem constantiam pulcerrime composuerunt;

που δίκην μεταφερομένων ἀεὶ καὶ ἀστατούντων. οὐ μὴν ἀλλὰ D καὶ τῶν τοῦ θεοῦ κριμάτων τὸ βάθος φανεῖται τῷ βουλομένῳ τοῖς πράγμασι προσέχειν ἐπιμελῶς. τούτου δὴ χάριν ὤκνουν ἐπιπολὺ τῶν λόγων ἅψασθαι τουτωνὶ, τῆς διηγήσεως ἀναλογιζόμενος τὸ πολυειδὲς καὶ ποικίλον· ἐπεὶ δὲ φιλίας οὐδὲν ἰσχυρότερον οὐδὲ πιθανώτερον καὶ τοῖς ὑπὲρ δύναμιν ἐγχειρεῖν, P. 4 ταύτῃ βιασθεὶς κἀγὼ ἤδη ἄρχομαι λόγου. ὁ δὲ τῆς ἀληθείας θεὸς μὴ περιέλοι λόγον ἀληθείας ἐκ στόματός μου· οὐ γὰρ ἀπεχθείᾳ τινὶ ἢ φιλίᾳ, ἐξ ὧν τὸ ψεῦδος ἐπιπολὺ τίκτεται, πρὸς τούτους ὑπήχθην τοὺς λόγους, ἀλλ᾽ ἀληθείας ἕνεκα καὶ πρὸς ἀληθείας ἐραστὴν τούτους ποιοῦμαι. ἔτι δὲ οὐδ᾽ ἀκοῇ ταῦτα πρὸς τῶν παλαιοτέρων παρειληφὼς ἢ φήμαις προσέχων καὶ B μύθοις ὑγιὲς οὐδὲν ἔχουσιν, ἐξ ὧν συμβέβηκε τοῖς πολλοῖς τῶν συγγραφέων ἀποπλανηθῆναι τῆς ἀληθείας, ἀλλ᾽ αὐτὸς ἐφ᾽ ἅπασι παρὼν καὶ ὡς ἔνεστι μάλιστα τἀληθῆ περὶ πάντων εἴπερ τις εἰδὼς, οὕτω δὴ ποιήσομαι τὴν περὶ αὐτῶν διήγησιν, τὴν ἀλήθειαν προστησάμενος καὶ πάσης ἄλλης αἰτίας αὐτὴν προτιμήσας. εἰ δὴ σὺ μὲν ἀληθείας ἐραστὴς, ἐμέ τε οὐδέν ἐστι τὸ C πεῖσον ταύτης ἀποστῆναι διὰ πάσης τῆς διηγήσεως, ἔχεις ὅπερ ἐπόθεις. ἄξιον δὲ μικρὸν ἄνωθεν ἀναλαβεῖν τὴν σειρὰν τοῦ γένους τῶν βασιλέων, ὡς ἂν εἰδείημεν, τίς ἐκ τίνος ἔφυ, τίνας τε αὐτὸς τετοκὼς τίνα προέστησε βασιλεύειν, τοὺς ἄλλους καταστήσας τελεῖν ὑπ᾽ αὐτόν.

8. *μὴ περιέλοι.* Psalm. 118. *ED. P.*

alii plane secus continenter huc illuc Euripi instar fluitarunt. Quin etiam si quis diligenter his rebus attendere animum voluerit, divinorum quoque iudiciorum profunda deprehendet. Quare cum propositae narrationis multiplicem varietatem ob oculos ponerem, ecquid me ad scribendum darem, diu in incerto habui. Tamen quia nihil amicitia potentius, nec ad suscipienda vel maiora viribus onera quidquam efficacius, ideo ego quoque ad scribendum accedo, Deum veritatis antea comprecatus, ne verbum veritatis auferat de ore meo. Non enim odio aut gratia, mendaciorum plerumque parentibus, adductus: sed veritatis studio et veritatis amantibus scribere me profiteor. Ad hoc non ista a maioribus natu didici, aut famae auscultans fabulisve ineptis, quibus decepti plerique scriptores a recto itinere aberrarunt: sed ipse ego praesens omnibus interfui, singulaque, si quisquam alius, perspectissima habens, ut potero, ea commemorabo: veritatemque, tamquam scopum intuens, quacunque alia causa potiorem ducam. Quamobrem si tu, Nile, veri pernoscendi es cupidus: nihil autem erit quod me per totam narrationem ab eo avocet: fiet profecto quod concupisti. Verum paulo supra genealogiam domus imperatoriae iuvat repetere, ut intelligamus, quis a quo procreatus, et quorum ex se ipso natorum quem imperio admoverit, reliquis filiis huic parere iussis.

Ὁ βασιλεὺς τοίνυν Ἀλέξιος, ὁ τὴν ἐπωνυμίαν Ἄγγελος, τῷ Θεοδώρῳ Λάσκαρι τὴν θυγατέρα κατεγγυήσας, τὴν βασίλειον D ἀρχὴν παρέπεμψε πρὸς αὐτόν. οὗτος δὲ αὖ πάλιν ἄῤῥενος παιδὸς ἀπορῶν, Ἰωάννῃ τῷ Βατάτζῃ ἐξ ἀρχοντικῆς τάξεως ὄντι Εἰρήνην τὴν θυγατέρα συνέζευξεν, ἀποδείξας καὶ βασιλέα τὸν κηδεστήν. αὐτῷ δὲ Θεόδωρος γεγέννηται παῖς, Ῥωμαίων καὶ αὐτὸς βασιλεύσας. ἐξ αὐτοῦ δὲ γεγέννηται Ἰωάννης, ἐφ' οὗ δὴ τῆς P. 5 βασιλικῆς τοῦ γένους διατμηθείσης σειρᾶς, ἐπὶ Μιχαὴλ τὸν Παλαιολόγον ἡ βασιλεία μετέβη· ὃς δὴ παῖδας ἐγέννησεν ἄῤῥενας τρεῖς, Ἀνδρόνικον, ὃς καὶ τῶν βασιλικῶν ἐπελάβετο σκήπτρων, καὶ Κωνσταντῖνον τὸν ἐν τῇ πορφύρᾳ τεχθέντα, καὶ τρίτον Θεόδωρον· ἀλλὰ καὶ θηλείας τοσαύτας, Εἰρήνην καὶ Εὐδοκίαν καὶ Ἄνναν. V. 4 οὗτος δὴ ὁ βασιλεὺς Ἀνδρόνικος ὁ τοῦ Μιχαὴλ βασιλέως παῖς, B δυσὶ γάμοις προσομιλήσας, ἐκ μὲν Ἄννης τῆς θυγατρὸς τοῦ τῆς Οὐγκρίας ῥηγὸς, παῖδας ἐγέννησεν ἄῤῥενας δύο, Μιχαὴλ τὸν βασιλεύσαντα σὺν αὐτῷ, καὶ τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ Κωνσταντῖνον δεσπότην ὀνομασθέντα, ὡς καὶ μετὰ τὸν βασιλέα τεχθέντα καὶ τὰ δευτερεῖα φερόμενον ἐπὶ πᾶσιν. ἐκ δὲ τῆς πρὸς δεύτερον γάμον ὁμιλησάσης αὐτῷ Εἰρήνης, τῆς θυγατρὸς μαρκέση Μουμφαρὰ ἄρχοντος Λουμπαρδίας, ἐγέννησεν υἱοὺς τρεῖς, Ἰωάννην, C Θεόδωρον καὶ Δημήτριον, καὶ θυγατέρα μίαν τὴν Σιμωνίδα. ὁ δέ γε βασιλεὺς Μιχαὴλ, ὁ τοῦ προῤῥηθέντος Ἀνδρονίκου βασιλέως παῖς, εἰς γάμον ἑαυτῷ συναρμόσας τὴν θυγατέρα τοῦ τῆς Ἀρμενίας ῥηγὸς, παῖδας ἔσχεν ἐξ αὐτῆς τόν τε βασιλέα

13. *παῖς.* Ad oram ms. ascriptum erat *πατὴρ*, frustra. *ED. P.*
15. Zonaras et alii *Οὐγγρίαν* appellant. *Idem.*

Alexius igitur imperator cognomento Angelus, filia Theodoro Lascari thalamo sociata, summum quoque principatum ad eumdem transmisit. Lascaris sobole virili carens, Ioanni Batatzae, ex ordine procerum, Irenen ex se natam collocavit, generumque imperatorem nominavit. Ioannis satu Theodorus editur, qui et ipse Romanis imperitavit. Is Ioannem creat, in quo intercisa propagatione imperatoria, ad Michaelem Palaeologum regnum transiit. Hic liberos sustulit mares tres, Andronicum, qui etiam in imperium successit: Constantinum porphyrogenitum ac tertium Theodorum: filiasque totidem, Irenen, Eudociam et Annam. Andronico igitur Michaelis imperatoris filio duae deinceps uxores fuerunt, quarum prior Anna, Hungarorum regis filia, duos mares ei peperit, Michaelem, qui cum patre imperium tenuit, et Constantinum despotam cognominatum, ut qui post fratrem imperatorem generatus, per cuncta proinde secundas obtineret. Ex altera, nempe Irene, marchionis Montisferrati Lombardi principis filia, trium filiorum factus est parens, Ioannis, Theodori, Demetrii et unius puellae nomine Simonidis. Iam vero Michael imperator praedicti Andronici filius, ducta regis Armeniorum filia, An-

D Ἀνδρόνικον καὶ Μανουὴλ τὸν δεσπότην, καὶ θυγατέρας, Ἄνναν καὶ Θεοδώραν. Ἃ μὲν οὖν συμβέβηκεν ἐπὶ τῶν ἀναγεγραμμένων βασιλέων, ἀπὸ τῶν τοῦ Λάσκαρι χρόνων ἄχρι Μιχαὴλ βασιλέως τοῦ τῶν Παλαιολόγων δευτέρου, πολλοῖς ἐγένετο συγγράψασθαι σπούδασμα οὐ μικρόν· ἐξ ὧν αὐτός τε σὺ καὶ εἴ τις ἕτερος βούλοιτο, δυνηθείη ἂν ἀκριβῶς μαθεῖν περὶ τῶν P. 6 πεπραγμένων· εἴ γε μὴ κἀκεῖνοι, ταῖς προῤῥηθείσαις ἐνσχεθέντες αἰτίαις, τὸ μὲν ἀληθῆ λέγειν εἴασαν χαίρειν, αὐτοὶ δὲ ὅπως ποτὲ ἔτυχον διακείμενοι περὶ ὧν διελέγοντο, οὕτω δὴ καὶ τὴν διήγησιν ἀπέδωκαν τῶν πραγμάτων, ἀρκεῖν αὐτοῖς ἡγούμενοι πρὸς ἀντιμισθίαν τῶν πόνων, ἢ τὸν φιλούμενον ἐπαινέσαι, ἢ τὸν μισούμενον καθυβρίσαι, τῆς δ' ἀληθείας μηδὲν B φροντίσαντες. ἐξ ὅτου δ' ὁ βασιλεὺς Μιχαὴλ, τῶν Παλαιολόγων ὁ δεύτερος δηλαδὴ, τοῦ παρόντος ἀπέστη βίου, ἢ οὐδεὶς συνεγράψατο τὰ τοῖν βασιλέοιν ἐξειργασμένα ἔν τε τοῖς εἰρήνης καιροῖς καὶ ἐν οἷς περὶ τῆς ἀρχῆς ἐπολέμησαν πρὸς ἀλλήλους· ἢ εἴγε καὶ συνεγράψατο, οὐκ ἂν οἶμαι καθαρῶς τῆς ἀληθείας αὐτὸν ἐφάπτεσθαι, ἅτε δὴ τῶν πραγμάτων ἀκριβῆ γνῶσιν οὐκ ἐσχηκότα, πολλῶν ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ καὶ ποικίλων συνενε- C χθέντων. διὸ σύ τε καλῶς ἐποίησας παρὰ τοῦ σαφῶς εἰδότος ἐθελήσας μαθεῖν, ἐγώ τε μηδὲν μελλήσας, τὴν διήγησιν ἐκθήσομαι τῶν πραγμάτων, τῆς ἀληθείας προτιμήσας μηδέν.

dronicum imperatorem, et Manuelem despotam, muliebris autem sexus Annam et Theodoram ex ea suscepit. Quae autem temporibus imperatorum, quos supra dixi, a Theodoro Lascari usque ad Michaelem ex Palaeologis secundum acta sunt, in iis describendis complures diligentissime elaborarunt: unde et tu, et quibus libebit, accuratam rerum cognitionem possitis parare, nisi forte etiam illi, praedictorum rei criminum, veritatem valere iusserunt, et prout erga eos erant animati, de quibus exponebant, ita rerum nobis memoriam tradiderunt, satis magnam suis laboribus mercedem statuentes vel immodice commendare quos diligerent, vel despicabiles reddere quos odissent, veritatis rationem habentes nullam. Ab excessu autem Michaelis Palaeologi secundi aut nemo quisquam quae ab utroque imperatore et pacis temporibus et bello, in quo de imperio dimicarunt, gesta sunt, conscripsit: aut si etiam, non eum arbitror incorruptam veritatem attigisse: utpote accurata gestorum cognitione destitutum, quandoquidem haud ita longo intervallo multa et varia contigerunt. Quocirca cum tu prudenter facis, ab eo accipere illa desiderans, qui ea certissime novit: tum ego nihil procrastinans, eadem quam verissime explanare occipiam.

α. Ὁ τοίνυν βασιλεὺς οὑτοσὶ Μιχαὴλ, συμβασιλεύων P. 10
Ἀνδρονίκῳ τῷ βασιλεῖ καὶ πατρὶ, καὶ παῖδας ἐσχηκὼς, καθάπερ V. 9
εἰπόντες ἔφθημεν, ἄῤῥενας δύο καὶ θυγατέρας τοσαύτας, τὴν μὲν ἑτέραν τῶν θυγατέρων τὴν Ἄνναν Θωμᾷ τῷ δεσπότῃ, τῷ τοῦ Νικηφόρου τοῦ δεσπότου παιδὶ, ἄρχοντι τῆς Ἀκαρνανίας πρὸς γάμον ἐξέδωκε· τὴν Θεοδώραν δὲ τῷ βασιλεῖ Μυσῶν Σφεντισθλάβῳ· τοὺς υἱοὺς δὲ αὐτοῦ, τὸν βασιλέα Ἀνδρόνικον καὶ Μανουὴλ τὸν δεσπότην, παρὰ τῷ βασιλεῖ καὶ πάππῳ αὐτῶν ἀφεὶς ἀνάγεσθαι βασιλικῶς, αὐτὸς ἐπεραιώθη πρὸς ἕω, τοῖς ὑπηκόοις ἐκεῖσε τῇ βασιλείᾳ Ῥωμαίων τὴν δυνατὴν εἰσοίσων βοήθειαν, πάσχουσι κακῶς ὑπὸ τῶν Περσῶν. ὀλίγον δέ P. 11
τινα χρόνον ἐνδιατρίψας ἐκεῖ, καὶ πρὸς τὴν Κωνσταντίνου πόλιν ἐπανελθὼν, πέμπεται παρὰ τοῦ πατρὸς αὐτῷ καὶ βασιλέως τῇ Ἀδριανοῦ πόλει ἐνδιατρίβειν. καὶ διέτριψεν ἐκεῖ χρόνον τινὰ συχνόν· εἶτα τοῦ πατρὸς πάλιν προστεταχότος, πρὸς Θεσσαλονίκην ἀπῇρεν. ἐν τούτοις ὄντος αὐτοῦ, ἥκουσι κακῶν ἄγγελοι πρὸς αὐτὸν, τὴν τῷ δεσπότῃ συνοικοῦσαν Θωμᾷ θυγατέρα αὐτοῦ λέγοντες τεθνηκέναι· καὶ μετὰ μικρὸν ἕτεροι τῶν προτέρων βαρυτέρας φέροντες ἀγγελίας τὸν υἱὸν αὐτοῦ Μανουὴλ δεσπότην ἔφασαν τεθνηκέναι. εἴτε δὲ καὶ νόσημά τι τῶν ὀξέων ἔνδον οἰκουροῦν ἔτι ἡ τῆς ἀθυμίας ὑπανῆψε φλὸξ, εἴτε καὶ αὐτὴ καθ' αὑτὴν ἡ ἀμετρία τῆς λύπης ἤρκεσε πρὸς θά- B
νατον αὐτῷ, μετὰ ὀγδόην ἡμέραν τῆς ἀγγελίας τῆς τελευτῆς

13. αὐτῷ. αὐτοῦ et ita saepius infra. *ED. P.* καὶ post αὐτῷ Gr.

1. Michael imperator, senioris Andronici et patris in imperio socius et collega, cum generasset, sicuti antea demonstravimus, filios duos, filias item duas, Annam quidem filiarum alteram Thomae despotae, Nicephori despotae filio, principi Acarnaniae, in coniugium tradidit, Theodoram autem Sphentisthlabo Moesorum regi connubio iunxit: puerosque ambos Andronicum imperatorem et Manuelem despotam avo regali disciplina educandos concredens, ipse in orientem transmisit, ut qui illic in Romanorum ditione erant et a Persis vexabantur, iis pro copia auxilium portaret. Ubi cum non ita diu commoratus esset, Constantinopolin revenit, et a patre Adrianopolin missus, diutius ibidem aetatem habuit. Ab eodem denuo iussus, Thessalonicam proficiscitur, quo illi tristes nuntii afferuntur, Annam filiam, cum Thoma despota coniunctam, lucis usuram reddidisse, parvo intervallo alii prioribus etiam tristiores, Manuelem despotam iuniorem filium vivere desiisse. Sive autem morbum quempiam intestinum et acutum dolor acceptus veluti flamma succensum exaggeravit, sive ipsa per se luctus immensitas tantum valuit: die post acceptum de filii morte

A. C. 1320 τοῦ παιδὸς τελευτᾷ καὶ αὐτὸς ἐν Θεσσαλονίκῃ, τρίτον πρὸς τεσσαράκοντα χρόνον ἄγων τῆς ἡλικίας, ἔτους ἐννάτου πρὸς τοῖς εἴκοσι καὶ ὀκτακοσίοις καὶ ἑξακισχιλίοις, δωδεκάτῃ μηνὸς ὀκτωβρίου, ἡμέρᾳ πρώτῃ τῆς ἑβδομάδος. τούτων οὕτω συνενεχθέντων, ἀγγέλλεται τῷ βασιλεῖ Ἀνδρονίκῳ τῷ τοῦ τετελευτηκότος πατρὶ ἡ τοῦ βασιλέως καὶ υἱοῦ τελευτὴ, καὶ χρόνον μέν τινα συχνὸν ἐπένθησεν ἐπὶ τῷ βασιλεῖ καὶ παιδί· οὐ γὰρ ἄκρας ἔψαυσεν αὐτοῦ καρδίας ἡ τοῦ καλοῦ παιδὸς τελευτή· εἶτα δαίμονός τινος τῶν ἐξητασμένων ἐπὶ φθορᾷ, βαρὺ καὶ ἄγριον C κατὰ τῆς Ῥωμαίων πνεύσαντος εὐτυχίας, ἢ τἀληθέστερον μᾶλλον εἰπεῖν, αὐτοῦ τοῦ τὰ πάντα οἰκονομοῦντος θεοῦ πρὸς ἔκτισιν τῶν ἐπὶ πλήθει καὶ μεγέθει τὸ μέτρον ὑπερβαινόντων ἡμετέρων σφαλμάτων τὰ τοιαῦτα παραχωροῦντος, ἐπὶ νοῦν ἔρχεται τῷ βασιλεῖ Ἀνδρονίκῳ, τὸν μὲν καθεστῶτα βασιλέα τὸν ἔγγονον αὐτοῦ τὸν νέον Ἀνδρόνικον ἀποστερῆσαι τῆς βασιλείας καὶ εἰς ἰδιώτου μεταστῆσαι σχῆμα, τὸν υἱὸν δὲ αὐτοῦ τὸν Κωνσταντῖνον δεσπότην ὄντα τῷ διαδήματι τῆς βασιλείας κοσμῆσαι. οὐ μᾶλλον αὐτοῦ τούτου γε ἕνεκα διανοηθεὶς τοῦτο τοῦ Κωνσταντίνου, D ἢ ὥστε τὸ τῆς βασιλείας ἀξίωμα καὶ εἰς τὸν ἐκ παλλακῆς αὐτῷ δὴ τῷ Κωνσταντίνῳ προσόντα παῖδα μεταβῆναι τὸν Μιχαὴλ, ὡς πατρόθεν καὶ ἐξ ἁρμονίας αὐτῷ προσῆκον, ὃς δὴ καὶ Καθαρὸς ὠνόμαστο, μητρόθεν λαχὼν τὴν κλῆσιν. οὗτος δὴ ὁ Μιχαὴλ εἷλκε μὲν καὶ τὰς τοῦ γένους πηγὰς ἐκ φαύλης καὶ ἀσήμου μητρὸς, ἦν δὲ καὶ τἄλλα ἄξιος οὐδενός. V. 10 οὔτε γὰρ φύσεως ἔτυχεν εὐρώστου πρὸς τὸ φρονεῖν, οὔτ' ἐγ-

1. A. C. 1321 in margine ed. P., male. 15. ἔγγονον. Vulgo ἔκγονον.

nuntium octavo ipse similiter apud Thessalonicam naturae concedit, annum agens tertium ultra quadragesimum, ab orbe condito sexies millesimo octingentesimo vicesimo nono, quarto Idus Octobres, primo die hebdomadis. Cum haec ad istunc modum evenissent, Andronicus senior de eius obitu certior factus, in diuturno moerore iacuit; in pectus enim quam altissime tam boni filii occasus descenderat. Exin quopiam malo daemone de iis qui in exitio hominibus machinando sunt exercitati, adversus Romanorum felicia tempora dirum et immane spirante, quinimo, ut verius loquar, ipso universam naturam procurante Deo ad delictorum nostrorum, qua multitudine qua gravitate infinitorum, poenas expetendas permittente, Andronicus decretum iam imperatorem nepotem suum Andronicum iuniorem, imperio spoliatum, in ordinem privati hominis redigere, ac pro eo Constantinum filium despotam imperiali diademate exornare meditatur; neque id tam ipsius Constantini causa, quam ut amplitudo imperatoria etiam ad Michaelem puerum, ipsi Constantino ex Cathara pellice natum, a qua et Catharus cognomen invenit, tamquam debita a patre et per cognationis vinculum veniret. Hic igitur Michael generis sui

serim: aut si quid aliud huiusmodi iniussu tuo perpetrarim, et postea mandatum quoque tuum pro nihilo putans, nihilo minus facere perrexerim. Atqui ego in his peccare me nesciebam, tibi autem delinquere forsitan videbar. Sic mihi persuadens, nihil me indignum admittere, dicebam iis, quibuscum mihi sermo, velle magnopere apud dominum et imperatorem causam dicere: ita namque nullius, quorum arguerer, convictum iri, et ipsum imperatorem flagitiorum meorum abiecta suspicione iram remissurum. Negare non potes, te ab obitu parentis mei imperatoris usque hodie tam implacabilem adversus me iracundiam aluisse, ut tanto intervallo non verbo saltem uno dignatus sis: quod cum considero, morte ipsa dirius videtur. Talia occurrebant quae dicerem, sperabamque tempus aliquod defensionis nacturum ex lege, quae iudiciis ipsis dominatur. Atenim desipere me aiebant quibuscum agebam, si putarem eodem accusatore et iudice non potius indicta causa me damnatum, quam probationes et argumenta mea, quamobrem damnandus non sim, requisitum iri. Quorum orationi fidem non habebam; quam nunc re ipsa comprobatam videns (antequam enim verbum emisi, apud te iudicem omnibus calculis condemnatus sum: cuius rei evidens indicium sedes humilis, in quam damnatus sum) vix tandem intelligo,

A.C. 1321 γμάτων· ἐῶ γὰρ εἰπεῖν δίκαιον. ἐπεὶ δ' αἱ δυσπραγίαι τοσοῦ-
τον ἔπνευσαν βαρὺ κατ' ἐμοῦ, ὥστε μοι καὶ τὰ πατρὸς σπλάγ-
χνα τοσοῦτον ἐκπεπολεμῶσθαι, ὡς μηδὲ τῆς ὁτῳοῦν προσηκού-
σης ἐλευθερίας τυγχάνειν ἐπὶ τὸ τὰ ἐγκλήματα ἀπολύσασθαι,
δέομαι τοῦ σοῦ κράτους, ὦ βασιλεῦ, μὴ πρότερον ψῆφον ἐξ-
C ενεγκεῖν, πρὶν ἂν τὰ ἐγκλήματα, ἅπερ ἐμοῦ κατηγόρηκας, βα-
σάνῳ δοκιμασθῇ. κἂν μέν τι φαίνωμαι τούτων ἐξειργασμένος,
τὴν ἐσχάτην δοῦναι δίκην ἀποθανόντα· ἂν δ' ἐλεύθερος ἐκ πάν-
των τούτων ἀποδειχθῶ, ὅπερ οἶμαι καὶ σὲ βούλεσθαι καὶ δι'
εὐχῆς ποιεῖσθαι, τότ' ἐξέσται πάλιν πατρί γε ὄντι σοὶ καὶ κυ-
ρίῳ πράττειν τὰ κατὰ γνώμην." Τούτοις τοῖς λόγοις εἰς ὀρ-
γὴν ἐξαφθεὶς ἐπιπλέον ὁ πρεσβύτερος βασιλεὺς, τραχυτέρᾳ τοῦ
V. 38 δέοντος χρησάμενος τῇ φωνῇ, μὴ οἴεσθαι αὐτὸν ἔλεγε τῶν κα-
λουμένων ἀπὸ Χριστοῦ. ὁ νέος δὲ Ἀνδρόνικος εὐθὺς πρὸς τὸν
τοιοῦτον ἀπαντῶν λόγον, „κράτιστε βασιλεῦ" ἔφη „τῶν ἐμοὶ νῦν
D ἐπενεχθέντων ἐγκλημάτων πολλῶν ὄντων καὶ χαλεπῶν, ἔτι καὶ
πλείω καὶ χαλεπώτερα σοῦ προτάξαντος ἤνεγκα ἂν σιγῇ. ὃ δὲ
νῦν ἔφης, μὴ οἴεσθαί με Χριστιανὸν, τοσοῦτον ἀπέχω τοῦ
σιγῇ φέρειν ἢ πρὸς ἐμὲ εἰρῆσθαι νομίζειν, ὥστ' ἐμπίδος ἤ τι-
νος τῶν φαυλοτέρων τὴν φωνὴν ταύτην νομίζω. ἀλλ' εἰ καὶ
αὐτός, φημι, οὐχ ἡγῇ με Χριστιανὸν, ἀλλ' ὅγε τὸ σεβάσμιον
αὐτοῦ αἷμα ὑπὲρ ἐμοῦ φιλανθρώπως ἐκχέας Χριστὸς, ὑπὲρ
οὗ καὶ αὐτὸς ἕτοιμος εἶναι τὸ ἴδιον ἀποδοῦναι, καιροῦ καλοῦν-
τος, θαῤῥούντως φημὶ, ἑαυτοῦ καὶ οἴεταί με καὶ ὀνομάζει. καὶ

16. ἐπανεχθέντων antea. 20. Ita corr. pro νομίζων, ED. P. νομίζειν.

illos quam me iudicasse prudentius. Mihi vero melius (mitto dicere iustius) persuadebam fore, eo modo rerum eventum videre. Quoniam autem adversa sors ita me horribiliter afflavit, ut nullo modo mihi debitam libertatem ad respondendum criminibus obtineam, oro maiestatem tuam, imperator, uti prius sententiam ne feras, quam quae obiecisti, explorata et probata fuerint: ut si quid eorum admisisse deprehendar, capite poenas exsolvam: sin autem per omnia liber et innocens inveniar (quod te quoque desiderare et votis optare existimo) ut tibi rursum patri ac domino meo quod libuerit facere liceat. His verbis maiore inflammatus ira senior asperiore voce quam fas erat exclamans, arbitrari se illum non esse Christianum dixit. Cui verbo iunior statim sic occurrit: Cum multa et gravia de me crimina praedicaris, imperator optime, si plura adhuc et graviora praedicasses, silentio sustinuissem: sed quia nunc me Christianorum numero eximis, tantum abest, ut hoc tacitus feram aut in me convenire ducam, ut culicis, aut si quid est eo contemptius, hanc vocem dicere non verear. Sed ut tu me pro Christiano non habeas, at certe Christus, qui pretiosum sanguinem suum pro me be-

τις χρεία τοιούτων λόγων; εἰ μὲν δικάζεις, δίκαζε κατὰ νό- A.C. 1321
μους, εἰ δὲ πρὶν δικάσαι καταψηφίζῃ, οὐδὲν ἢ δίκας λοιπὸν P. 47
λαμβάνειν. πράττε τοιγαροῦν ἃ σοι κεχαρισμένα· χάριτας δέ σοι τὰς μεγίστας ὁμολογῶ τῷ καὶ λέγειν καὶ πράττειν ἐπὶ τῶν παρόντων τουτωνὶ, ἃ δὴ καὶ λέγεις καὶ πράττεις. ἐμοὶ γὰρ ἄν τι καὶ τῶν ἀδοκήτων ἀπό γε τοῦ νῦν ἐπίῃ, οὐ σφόδρα λυπήσει, πολλοὺς ἔχοντι μάρτυρας τῆς ἀδικίας.

ιέ. Ἔνδον μὲν οὖν τοιαῦτα παρ' ἀμφοῖν τοῖν βασιλέοιν B
ἐλέχθη. ὁ μέγας δὲ δομέστικος καὶ ὁ πρωτοστράτωρ ἐν τῷ ἐξωτέρῳ, καθάπερ ἔφθημεν εἰπόντες, διατρίβοντες οἴκῳ, καὶ τοῦ πρεσβυτέρου βασιλέως τραχύτερον ἀκούσαντες φθεγξαμένου, ἐπὶ κακῷ τε τοῦ νέου βασιλέως τὴν τραχύτητα τῆς φωνῆς οἰηθέντες εἶναι, ἐκινήθησαν μὲν ὅθεν ἐκάθηντο, καὶ προῆλθον ἐπὶ μικρὸν ἀμύνειν ὡρμημένοι τῷ νέῳ βασιλεῖ. τῆς ταραχῆς δὲ πεπαυμένης, αὖθις ἡσύχασαν καὶ αὐτοί. τρεῖς δ' αὐτοῖς ἐκεῖ συμπαρόντες τῶν οἰκειοτάτων τῷ πρεσβυτέρῳ τῶν βασιλέων, ὅ, τε Μελιτηνιώτης Ἰωάννης, Ἀνδρόνικός τε ὁ Ἐξώτροχος καὶ τρίτος ὁ Βάρδας, καὶ τὴν ὁρμὴν αὐτῶν ὑποπτεύσαντες ὡς ὑπὲρ Ἀνδρονίκου τοῦ νέου γεγεννημένην, λέγουσιν αὐτοῖς προσελθόντες, ὡς „τῶν βασιλέων πρὸς ἀλλήλους περί τινων ἀδήλων διαλεγομένων, δέον ὑμᾶς ἀποστάντας τῶν ὧδε, πρὸς τὴν ἐν βασιλείοις αὐλὴν χωρεῖν." τῶν δ' αὐτοῖς δριμύτερον ἐνιδόντων, καὶ τὸ θυμοῦσθαι καὶ ὀφθαλμοῖς καὶ λόγοις ἐνδεικνυμένων, ἐξίστασθαί τε καὶ μὴ παρενοχλεῖν κελευσάντων, οἱ δύο μὲν

nigne effudit, pro quo vicissim meum, causa postulante, effusurum fidenter aio, pro suo habet suumque nominat. Verum quid ista verborum velitatione opus est? Si iudicas, secundum leges iudica: si autem ante condemnas, quam iudicas, restat, uti supplicium quoque de me sumas. Proinde fac delicias animo tuo. Gratias autem tibi maximas ago, quod his praesentibus ista et dicis et facis. Nam si quippiam etiam improvisum ex hoc die me incursaverit, non vehementer contristabit, quando plures iniustitiae tuae testes habeo.

15. Intus haec ab imperatoribus dicebantur. Magnus porro domesticus et protostrator foris expectantes, ut docuimus, et senem tumultuosius clamantem audientes, eamque rem malo esse nepoti opinantes, loco se repente movent, et ad ferendum auxilium concitati aliquantum procedunt. Sed strepitu illo conquiescente, etiam ipsi quiescunt. Aderant illis tres, avo imperatori familiarissimi, Ioannes Melitenensis, Andronicus Exotrochus et Bardas, qui huiuscemodi impetum pro Andronico iuniore susceptum coniectantes, sic eos aggressi sunt, ut dicerent, imperatoribus sermonem arcanum conferentibus, decere eos inde se removentes in atrium palatii secedere. Quibus torvo lumine intuentibus, conceptamque in praecordiis iram non vultu modo, sed voce quoque prodentibus, eosque

A. C. 1321 πάλιν ἡσύχασαν καθεσθέντες, ὁ Μελιτηνιώτης δὲ ἔνδον πρὸς τὸν πρεσβύτερον τῶν βασιλέων ἐλθών· „σκεπτέον σοι" πρὸς οὓς
D εἶπεν „ὅ, τι μέλλεις δρᾷν, ὦ βασιλεῦ. πρὸς γὰρ θύραις ταῖς σαῖς ἐφεστήκασι τῶν τῆς συγκλήτου τινὲς, πάντα δρᾷν ὑπὲρ τοῦ νέου βασιλέως ἕτοιμοι καὶ πάσχειν ὄντες." τούτων ἀκούσας ὁ βασιλεὺς ἀνέστη τε αὐτίκα τοῦ θρόνου, καὶ πρὸς τὸν ἐνδότερον οἰκίσκον ἐχώρει, τὸν νέον βασιλέα τοῖς ἀκροωμένοις ἅμα παρὰ τὸν ἔξω καταλιπών. τὸν μέγαν δὲ μετακαλεσάμενος
V. 39 λογοθέτην τὸν Μετοχίτην, καὶ ὅσα ἦν αὐτῷ βουλομένῳ διαλεχθεὶς, εἶτα δι' αὐτοῦ μηνύει τῷ ἐγγόνῳ καὶ βασιλεῖ· „σὺ μὲν οἷσπερ εἶπον καὶ πλείοσιν ἐνέχῃ κακοῖς· ἐγὼ δ' ἅπαντα παριδὼν, ἀξιώσω συγγνώμης, ἂν ἃ λέγω ποιήσῃς αὐτός. ταῦτα δ' ἐστί· πρῶτον μὲν ὅρκῳ πιστώσασθαι τὴν πίστιν καθα-
P. 48 ρὰν τῷ Χριστῷ τηρεῖν· ἔπειτα μετὰ τοῦτο, μηδὲ περὶ ἐμὲ κακὸν ὀφθήσεσθαι γεγενημένον· τρίτον μετὰ τοῦτο, καταδήλους ἐμοὶ ποιῆσαι τοὺς σοὶ συμπράττειν καὶ προσκεῖσθαι προῃρημένους· τέταρτον δὲ, ὅρκῳ πιστώσασθαι δρασμῷ χρήσεσθαι μηδαμῶς." πρὸς ταῦτα βασιλεὺς ὁ νέος ἀπεκρίνατο τοιαῦτα· „κράτιστε βασιλεῦ, τὸ τὴν πίστιν ὅρκοις ἀπαιτεῖν βεβαιοῦν, πρὸς τῷ σκληρὸν ἐμοὶ φαίνεσθαι καὶ τὴν ψυχὴν δεινῶς ἐκταράττειν, ἔτι καὶ ἑαυτῷ περιπίπτει. εἰ μὲν γὰρ ἐν τοῖς ἱεροῖς τὸν ὅρκον εὐαγγελίοις καὶ ταῖς σεβασμίαις εἰκόσι κελεύεις πιστὸν ποιεῖν, αὐτῷ τούτῳ περὶ τὸν θεὸν πιστὸν, καὶ τὸν Χριστὸν ἀποδεικνύεις ἐνδεδυμένον ἐμέ. εἰ δ' ἄλλῳ

facessere iubentibus, duo quidem conticuerunt ac resederunt; Melitenensis autem ad imperatorem adiens in aurem illi insusurravit: Videret, quid ageret; ad fores conclavis quosdam astare de viris principibus, pro iuniore imperatore paratos facere et pati omnia. Hoc nuntio commotus, e solio nil cunctatus surgit et in domunculam interiorem se recipiens, foris nepotem cum assessoribus relinquit: advocatoque magno logotheta Metochite, et cum eo, quae volebat, collocutus, adolescenti per eum haec significat. Esse quidem illum iis, quae audisset, et pluribus sceleribus obstrictum: se tamen omnia in minimis numeraturum, et veniam reo impertiturum, si quae postularet, efficere in animum inducat, nempe haec: primum, ut sacramento firmet se Christo fidem puram et sanctam servare; tum, nihil mali in avum molliturum; adhaec, eorum nomina, qui se ipsi satellites ac ministros facinorum volentes libentesque praebuerint, ad ipsum delaturum; postremo, non se ullo modo fugiturum. Ad ista iunior hoc responsum dedit: Quod de fide in Christum confirmanda sacramenti a me religionem exigis, imperator optime, praeterquam quod durum videtur mentemque meam maiorem in modum percellit, etiam non cohaeret et in se ipsum corruit. Si enim me per sacra evangelia et venerandas sanctorum imagines fideliter iurare iubes, hoc ipso utique Deo fidelem

τινὶ σεβάσματι προσέχειν ἐμὲ νομίζεις, τῶν ἀνονήτων καὶ πε- A.C. 1321
ριττῶν, ὧν ἠθέτησα τὴν πίστιν, ταῦτ' εἰς ὅρκον ἐμοὶ προ- B
βάλλειν· ῥᾳδίως γὰρ ἂν καταψεύσομαι τῶν μὴ τιμωμένων.
διὸ δή σου δέομαι, βασιλεῦ, μὴ περὶ τῶν τοιούτων λόγους
κινεῖν· χάριτι γὰρ Χριστοῦ καὶ Χριστιανός εἰμι καὶ τῶν ὀρ-
θοδόξων. κατὰ σοῦ δὲ μήτε δρᾶσαι μήτε βουλεύσασθαί τι
κακὸν, καὶ νῦν μὲν ὄμνυμι τὸν οὐρανοῦ καὶ γῆς ποιητὴν, ὡς
οὔτε πρότερον εἰς λογισμοὺς ὑπήχθην τοιούτους, οὔτ' ἐν τῷ
μέλλοντι κακὸς ὀφθῆναι βούλομαι περὶ σέ· σὸν δ' ἐπίταγμα
ἐκπληρῶν, καὶ αὖθις ὀμοῦμαι. περὶ δὲ τοῦ καταδήλους
τοὺς ἐμοὶ συνόντας καὶ ταῦτα βουλομένους σοὶ θέσθαι, ἐκεῖνο C
λέγω, ὡς αὐτὸς ἂν εἰδείης μᾶλλον ἐμοῦ, ὁποίους τινὰς εἰκὸς
εἶναι τοὺς προσκειμένους ἐμοί. ὅπου γὰρ χρημάτων μέν μοι
πόρος οὐδεὶς, οἷς ἂν ἴσως πείσαιμι τῶν ἀξίων μοι λόγου τινὰς
προσέχειν, παῤῥησίας τε πρὸς σὲ μέτεστιν οὐδεμιᾶς, δι' ἧς εὐ-
εργετῶν ἐμαυτῷ κτήσομαι φίλους τινὰς τῶν δεομένων ὠφελείας,
συνορᾷν ἐστιν ἐκ τῶν πραγμάτων τῷ βουλομένῳ παντὶ τοὺς
ἠθροισμένους περὶ ἐμέ. εἰ δ' ἄρα καί τινες εἶεν εὐνοϊκῶς
ἐμοὶ διακείμενοι, οὐκ ὀφείλοντες τὴν εὔνοιαν, ἀλλὰ μᾶλλον
χάριτος κατάρχοντές εἰσιν· ὧν οὕτω βελτίστων περὶ ἐμὲ προῖ- D
κα γεγενημένων, οὐκ ἂν ἐλλίπῃ μοχθηρίας ὑπερβολὴν τὸ κάκι-
στον αὐτὸν καὶ προδότην ὀφθῆναι περὶ αὐτούς. καίτοι γε καὶ
αὐτοὶ οὐδὲν ἄλλο μοι προσιόντες πείθειν ἐπιχειροῦσιν, ἢ σοὶ,

me et Christum induisse ostendis. Sin aliud pro numine adorare me credis, inutile et supervacaneum est, quorum fidem irritam feci, per ea iusiurandum a me exigi: facile siquidem contra illa mentiar, quae colere desii. Quocirca te rogatum volo, imperator, ne quid super hoc negotio verborum facias; gratia enim Christi et Christianus et orthodoxus sum. Adversus te autem nihil mali vel designavi vel cogitavi: et nunc caeli terraeque conditorem ultro testor: me neque antehac istiusmodi consilia coxisse, neque de cetero improbi aliquid in te machinaturum; tuis vero iussis parens denuo iurabo. Iam quod vis, ut adiutores et socios tibi meos indicem, illud dico, te potius, quam me scire posse, quales consentaneum sit esse, qui me sequuntur. Cum enim pecuniae faciendae ratio nulla suppeditet, qua forsitan quosdam non infimae conditionis ad meas partes allicerem, libertate autem apud te nulla uti liceat, quo ope aliena indigentibus benefaciens, amicos comparem, discere hinc quivis potest, si vult, quales se ad societatem meam aggregaverint. Quod si forte nonnulli me non oderunt, at in eo non illi debitum pro gratia praestant, sed gratia me antevertunt: qui cum nulla exspectata mercede mei sint quam studiosissimi, nihil posset fieri scelestius, si ego in illos contra ingratissimus ac proditor existerem. Quamquam et ipsi me adeuntes, non aliud mihi persuadere nituntur, quam ut tibi, imperatori ac parenti meo, dicto

A.C. 1321 τῷ βασιλεῖ καὶ πατρὶ, ὑπέχειν ἐμαυτὸν καὶ καταδουλοῦν καὶ
μὴ παρέχειν αἰτίας, ὥστ' ἐμαυτῷ τὴν σὴν γαληνότητα ἐξοργί-
ζειν. ἐμοῦ δ' ἰσχυριζομένου τοιοῦτον ἐμαυτῷ συνειδέναι μηδὲν
καὶ πολλοὺς εἰς ἀπολογίαν συνείροντος λόγους, οὐδὲν αὐτοῖς
εἰς πειθὼ νομίζεται ἀξιόχρεων, ὅπερ ἐστὶν εἰκὸς λογιζομέ-
P. 49 νοις, ὡς οὐκ ἂν οὕτως ἡ φύσις πρὸς ἑαυτὴν ἐκπολεμωθείη, μὴ
τῶν αἰτίων ὄντων ὑπερφυῶν. οὐδὲ γὰρ οὐδὲ τῶν θηρίων τὰ
χαλεπώτατα τοῖς τέκνοις ἐπεβούλευσάν ποτε τοῖς ἰδίοις. εἰ δέ
τινες ἐν αὐτοῖς εἶεν καὶ μὴ τοιοῦτοι, οὕτω δοκεῖς ἐμὲ κακὸν
καὶ ἀγνώμονα εἶναι περὶ τοὺς φίλους, ὥστε τῆς εἰς ἐμὲ φιλίας
προδοσίαν παρασχεῖν ἀντιμισθίαν; οὐκ ἔστιν οὐδαμῶς. ῥᾷον
γὰρ ἂν αὐτὸς οὐχ ὑπὲρ πάντων ὁμοῦ, ἀλλὰ καὶ ἑνὸς αὐτῶν
V. 40 τὴν ἐμὴν προήσομαι σωτηρίαν, ἢ ταύτην περιποιούμενος ἐκεί-
νους ἐθελήσω καὶ μικροῖς τισι προσομιλῆσαι κακοῖς. ἔτι πρὸς
τούτοις καὶ ὅρκοις ἐπέταξας τὸ μὴ δρασμῷ χρήσασθαι ἀσφα-
λίσασθαι· ὄμνυμι δή σοι τὸν ἁπάντων κύριον καὶ βασιλέα
B θεὸν, ὡς ἄν τι φωράσω περὶ ἐμὲ βουλευόμενον κίνδυνον ἀπει-
λοῦν, πάσῃ δυνάμει καὶ ὅλῳ ποδὶ χρήσομαι πρὸς φυγήν."
ιϛ'. Ταῦτα τοῦ νέου βασιλέως διεξιόντος, ὁ πρεσβύτερος
ὑπὸ τὰς θύρας ἱστάμενος τοῦ οἰκίσκου, πάντων ἐπηκροᾶτο,
καὶ τἆλλα μὲν ἤνεγκε σιωπῶν, τὴν φυγὴν δὲ ἀκούσας „σὺ δ',"
C ἔφη „φεύξῃ γε σύ; ἀλλ' ὅσον οὔπω σὺ μὲν συλληφθεὶς ἀπα-
χθήσῃ δεσμώτης καὶ πρὸς δοριαλώτου καταστὰς τύχην. ἐγὼ δ'

sim audiens, tibique serviam, occasiones fugiam, quibus serenitas tua adversum me turbari et irritari queat. Dum autem constanter affirmo, nihil huiusmodi conscire mihi, verbaque ad defensionem acervo, haud illis quidquam ad fidem satis videtur: probabiliter ratiocinantibus, non potuisse naturam tantam in semetipsam hostilitatem induere, nisi causae fuissent, et quidem tales, quae ipsas naturae metas excederent: quando neque truculentissimae ferarum in catulos suos unquam sese insidiosas ac malignas praebuerunt. Et ut aliqui inter eos tam solliciti non sint, an me adeo nequam in amicos et officii immemorem putas, ut eorum caritatem proditione remunerare velim? Oh neutiquam: citius, non pro omnibus modo simul, sed pro singulis etiam caput meum devovere non dubitabo, quam ut eius servandi vel leve eos patiar subire incommodum. Praeterea de fuga non suscipienda iurisiurandi testificationem mihi imperasti: per universorum igitur dominum et principem Deum iuro tibi, si te quidquam inimicius contra me molientem cognovero, nervis omnibus et toto, quod aiunt, pede fugiam.

16. Haec iuniore disserente, sub ianua domunculae consistens senior auscultabat omnia. Et ad cetera quidem mutus, ubi fugae illata est mentio, Tu, inquit, tunc ut fugias? Atqui iamiam comprehensus et vinculis constrictus abducere, et ad captivi fortunam

οὐδὲ τριῶν ὀβολῶν ἐθελήσω λύσασθαι τῆς δουλίας· εἶτα μικρὸν προβὰς, „ὁρᾶτε" ἔφη πρὸς τοὺς παρόντας „ὅπως τοῖς ἐμοῖς λόγοις οὗτος συμμαρτυρεῖ, σκληρὸς ὢν καὶ αὐθάδης καὶ πέρα τοῦ δέοντος ἀλαζών; ἤδη καὶ ὑμῖν ἐστι σαφῶς ἐκ τῶν πραγμάτων καταμαθεῖν." ὁ νέος δ' Ἀνδρόνικος, „ἐπ' ἀληθείας" εἶπεν „ὦ βασιλεῦ, οὔτε σκληρός εἰμί τις, οὔτε αὐθάδης, ἀλλὰ τῶν ἐμῶν ἁμαρτιῶν ὁ σωρὸς τοιοῦτον εἶναι φαίνεσθαί σοι ποιεῖ· ἐγὼ δ' ἐπὶ μάρτυρι λέγω τῷ εἰδότι πάντα θεῷ, ὡς οὐδὲν τοιοῦτον ἐμαυτῷ σύνοιδα εἰργασμένῳ ὡς ἄξιον εἶναι τῆς τοσαύτης ὀργῆς. διὸ δὴ καὶ δέομαι τοῦ σοῦ κράτους συγγνώμης κἄν τε ἥμαρτον τυχεῖν, κἄν τε μή. πρὸς τοὺς πόδας γὰρ ἐφίεμαι τοὺς σοὺς ἀποθανεῖν," αἰνιττόμενος, ὡς οὐκ ἂν αὐτοῦ βουλήσοιτο ἀποστῆναι χωρὶς ἀνάγκης. ἅμα δὲ τούτοις τοῖς λόγοις καὶ πρὸς γῆν κατεκλίνετο ἀσπασόμενος τὸν πόδα τοῦ βασιλέως. ὁ δ' ἀνεῖχε λαβόμενος τοῦ ὤμου, ἅμα καὶ λόγοις τὸ ἔργον ἀπαγορεύων· ὡς δ' ἑώρα βιαζόμενον, ἀφεὶς τὸν ὦμον, ἐλάβετο τῶν τριχῶν· ὡς δὲ καὶ οὕτως ἐβιάζετο, ἀφειδῶν ἑαυτοῦ, δείσας ὁ πάππος, μὴ τῇ βίᾳ τῆς κεφαλῆς διαστῶσιν αἱ τρίχες, ἐνέδωκε τὴν κατάκλισιν· ὁ δὲ κατακλιθεὶς ἠσπάσατο τὸν πόδα τοῦ βασιλέως. εἶτ' ἀναστάντος τῆς κεφαλῆς λαβόμενος ὁ βασιλεὺς, κατεφίλει τὰς ὄψεις. τοῦτο δὴ ὁ πατριάρχης καὶ οἱ τῆς συγκλήτου παρόντες ἰδόντες καὶ διαλλαγῆς ἀπόδειξιν νομίσαντες ἤδη βεβαίας τῶν βασιλέων, πολλὰς ἀφῆκαν

A.C. 1321

D

P. 50

redigere. Ego vero nec tribus obolis, si possim, te e servitute exemerim. Dehinc paululum progressus, Cernitis, inquit ad praesentes, quemadmodum iste verbis meis fidem conciliet, contumax videlicet, se magnifice circumspiciens, et immodice arrogans? Quod ex re ipsa vobis licet discere. Subiicit iunior: Equidem neque contumax sum, neque mihimet tantopere plaudo, sed multitudini peccatorum meorum acceptum refero, quod talis tibi videar. Testor Deum, quem nihil latet, haud me ullam culpam ira tua tam atroci dignam commeruisse. Quapropter potentiam tuam obsecro, seu noxius seu innoxius sum, mihi ignoscas: ad tuos enim pedes mori cupio (significans, non nisi coactum ab eo recessurum). Et simul cum hoc dicto ad terram procumbebat, avi pedem osculaturus; quem ille humeris eius obnitens abstinebat, ac voce item prohibebat, tandemque amplius luctantem capillis retinebat. Cum etiam sic sibimet non parcens, vi summa pergeret, metuens avus, ne illa violentia crines a vertice abstraherentur, terram petere et pedi osculum figere permisit, surgentemque capite apprehendens, oculos eius deosculatus est. Quo conspecto, patriarcha quique aderant proceres hoc minime dubium redintegratae inter imperatores amicitiae argumentum rati, ingeminatis vocibus Deo pacis largitori gratias agere. Quin et iunior imperator cum magno domestico et protostratore se-

A.C. 1321 φωνὰς εὐχαριστοῦντες θεῷ τῷ χορηγῷ τῆς εἰρήνης. καὶ αὐτὸς δὲ βασιλεὺς ὁ νέος καὶ οἱ περὶ αὐτὸν διηλλάχθαι νομίσαντες τῷ ἐγγόνῳ τὸν βασιλέα, ἔχαιρόν τε αὐτοὶ, καὶ εὐτυχίας ἄκρας ἡγοῦντο τὴν ἡμέραν ἐκείνην. ἐκ τῶν βασιλείων οἴκαδε B ὁ νέος βασιλεὺς ἀπελθὼν, διηγεῖτό τε τοῖς φίλοις τοὺς κατὰ τὴν δίκην λόγους, συνεόρταζόν τε καὶ συνέχαιρον ἀλλήλοις. μηνύουσι δὴ καὶ Συργιάννῃ τὰ γεγονότα, ὡς ἂν καὶ αὐτὸς συγχαίρῃ τοῖς φίλοις χαίρουσι καὶ μηδεμίαν ἔχῃ φροντίδα τήκουσαν τὴν ψυχὴν, ὡς τῶν προτέρων ἤδη βουλευμάτων διαλυθέντων καὶ βεβαίας εἰρήνης γεγενημένης τοῖς βασιλεῦσι καὶ κατ' εὐχὴν αὐτοῖς τῶν πραγμάτων κεχωρηκότων. τοῦτο V. 41 γὰρ ηὔχοντο, τὸν μὲν βασιλέα τῆς εἰς τὸν ἔγγονον ἀπεχθείας μεταβαλεῖν, αὐτοὺς δὲ κινδύνων ἔξω καταστάντας ἡσυχίαν ἄγειν. οὕτω μὲν οὖν αὐτοῖς ἔχειν ἐδόκει τὰ γεγενημένα· τὰ δ' ἦσαν ἕτερον τρόπον, ὡς ἔδοξε τοῖς πολλοῖς ἐκ τῶν μετὰ C ταῦτα. ἐκρίθη γὰρ διανοίᾳ γεγενῆσθαι τοιαύτῃ. ἔθος ἐπεκράτησε παρὰ τοῖς βασιλεῦσι Ῥωμαίων, ἐπειδάν τις τῶν καθ' αἷμα προσηκόντων ἢ καὶ ἄλλως τῶν ἐν τέλει, προσκυνήσας ἀσπάσηται τὸν πόδα τοῦ βασιλέως, ἀντασπάζεσθαι καὶ αὐτὸν [αὐτὸν] εἰς τὴν ὄψιν. καὶ τότε δὴ τοῦ νέου βασιλέως ἀσπασαμένου πρὸς τὸν πόδα τὸν πάππον, ἵνα μὴ εἰς ἄκρον ἀπεχθείας ἐληλακέναι δοκῇ, οὐδὲ τῶν ἰδιώταις προσηκόντων ἀξιῶν τὸν ἔγγονον καὶ βασιλέα, ἀντεφίλησεν εἰς τὸ πρόσωπον καὶ D αὐτός. ἀλλὰ τὰ μὲν τῆς πρὸς ἀλλήλους διαλέξεως τῶν βασι-

20. Unci vulgo desunt.

niorem placatum arbitrati, laetitia exsultare diemque illum candidissimum iudicare. Et rediens domum, nepos inquam, sermones in iudicio habitos necessariis suis memorabat; qui omnes una diem festum communibus gaudiis exigebant: Syrgianni insuper acta perscribentes, ut et ipse gauderet cum amicis gaudentibus, neque se ulla in posterum cura maceraret; utpote abiectis iam prioribus consiliis, et stabili inter imperatores concordia revocata et confectis omnibus ex sententia. Hoc enim erat, quod votis saepenumero petiverant: ut avus odium contra nepotem deponeret, ipsique periculorum metu soluti ac liberi, vitam placidam et quietam degerent. Quae igitur gesta fuerant, hunc in modum habere se illis videbantur: aliter tamen habuisse, multi ex iis, quae postea consecuta sunt, intelligebant. Hac enim mente gesta fuisse, iudicabatur. More Romanis imperatoribus receptum erat, cum consanguineorum aut magistratuum aliquis secundum adorationem pedem imperatoris osculo contigisset, ut imperator vicissim eius faciem deoscularetur. Cum itaque tum nepos avi pedem osculatus fuisset, ille, ne inexpiabili odio flagrare crederetur, si ne iis quidem nepotem et imperatorem dignaretur, quae privatis tribuerentur, faciem eius contra et ipse osculo

λέων ἐπὶ τῆς δίκης ἐνταῦθα ἐτελεύτησε· δυσὶ δὲ ὕστερον ἡμέ- A.C. 1321 ραις μετὰ τοῦτο ὁ πρεσβύτερος τῶν βασιλέων τῷ μεγάλῳ διά τινος δηλοῖ δομεστίκῳ πρὸς Πελοπόννησον ἀπελθεῖν, ἐκείνης ἐπιτροπεύσοντα. τὸ δ' εὐθὺς ἐδόκει μὲν εἶναι τῶν ἀριστερῶν οἰωνῶν· ὅπως δ' ἀνακωχὴ γένηται, καὶ βασιλεῖ τῷ νέῳ τὰ τῆς ἀγγελίας δῆλα γενέσθαι, ἀντεμήνυσε καὶ αὐτὸς τοιαῦτα· „τῆς εἰς ἐμὲ εὐμενείας καὶ προμηθείας, ὦ βασιλεῦ, πολλὰς μὲν καὶ ἄλλας ἔχω τὰς ἀποδείξεις, μάλιστα δὲ τὸ ἐξ ἡλικίας, ὡς εἰπεῖν, πρώτης εἰς ἀρχὰς ἐκλέγεσθαι καὶ διοικήσεις ἐπιτρέπειν πόλεών τε καὶ στρατιῶν, οἴκοθεν ὡρμημένον· καὶ τὸ νῦν P. 51 δὲ τοῦτο πολλὰς τῷ σῷ κράτει πείθει χάριτας ὁμολογεῖν, βασιλεῦ. δέομαι δὴ καὶ ταύτην ἐπιθεῖναι τὴν χάριν, τὴν παροῦσαν ἐπιτρέψαι πρὸς διάσκεψιν ἡμέραν, ὡς ἐς τὴν ὑστεραίαν ἐπιτέταγμαι τὴν ἀπολογίαν ἀποδώσοντι." πρὸς μὲν δὴ τὸν πρεσβύτερον τῶν βασιλέων ἀπεκρίνατο τοιαῦτα· ᾗ δὲ τάχους, ἀπελθὼν πρὸς τὸν νέον, τὸ τοῦ βασιλέως ἐπίταγμα ἀναγγέλλει, καὶ Συναδηνοῦ παρόντος τοῦ πρωτοστράτορος. τοῖς δ' ἐδόκει βουλευτέα πάλιν ἐξ ἀρχῆς εἶναι περὶ τῶν ὅλων πραγμάτων· οὐδὲ γὰρ πρὸς ἕνα φέρειν τὸν κίνδυνον, πρὸς πάντας δέ. ἦρχε δὲ ὁ βασιλεὺς τῆς βουλῆς οὕτω διαλεχθείς· „αὐτοὶ μάρ- B τυρες ἡμεῖς καθεστήκαμεν ἑαυτοῖς, ἔχοντες καὶ θεόν, ἐφ' οἷς βεβουλεύμεθα, συνειδότα, ὡς οὔθ' ἡττηθέντες λύπῃ, οὔτ' εἴξαντες ἀκαίρῳ θράσει καὶ παραβόλῳ, οὔτ' ἐπράξαμεν οὔτ' ἐβου-

14. Lege ὧν ἐπιτέταγμαι, ut sensus loco constet. 15. τάχους correxi, cum vulgo esset τάχος.

libavit. Ac imperatorum quidem lis et controversia in iudicio hunc finem tulit. Tertio post die senior magno domestico per certum hominem mandat, ut in Peloponnesum, ei praefuturus, discedat: id quod statim pro sinistro augurio fuit. Sed quo res tantisper extraheretur, dum super hoc mandato nepos certior fieret, haec illi per internuntium respondit: eius erga se benevolentiae curaeque cum alia non levia argumenta proferre posse, tum illud inprimis, quod ultro et sua sponte sibi paene adhuc puero magistratus dedisset, civitates et exercitus regendos commisisset. Et hoc ipsum, quod modo imperaret, ad singulares ipsius maiestati gratias agendas stimulum sibi addere. Rogare autem, hanc unam gratiam adiiceret, praesentem diem ad deliberandum sibi concederet: crastina luce de mandatis responsurum. Haec ad avum. Ad nepotem vero sine mora abiens, praesente etiam protostratore, quid in mandatis acceperit, narrat. Tum rem a capite arcessendam, et de integro consultandum videri: neque enim ad unum, sed ad omnes communiter periculum pertinere. Initium fecit iunior imperator, loquens verba huiuscemodi. Testes ipsi nobis sumus et deum habemus conscium eorum, quae in consiliis agitavimus: quodque nec moestitudini succumbentes, nec intempestivae et inconsideratae audaciae cedentes, quidquam iniustum

A. C. 1321 λευσάμεθά τι τῶν μὴ δεόντων. ἀλλὰ τοσαύτην ἐνεδειξάμεθα
μεγαλοψυχίαν καὶ καρτερίαν πρὸς τὸ μηδ' ἡντινοῦν αἰτίαν ἐφ'
οἷς ὁ βασιλεὺς βεβούληται καθ' ἡμῶν αὐτοὶ παρασχεῖν, ὥστ'
εἰ μὴ θεὸς ἄνωθεν ὑπερέσχε χεῖρα, οὐδὲ πάνυ πόῤῥω τῶν
θανάτου κατηντήκαμεν πυλῶν. ἄχρι μὲν οὖν δεῦρο τὸ τοῖς
δεινοῖς ἐγκαρτερεῖν αὐτός τε ἐπῄνουν καὶ συνεβούλευον ὑμῖν:
ἔτι γὰρ ὄντων ἐν ἀδήλῳ τῶν καθ' ἡμᾶς, πρὸς ἐμὲ μόνον ᾤετο
τὴν διαφορὰν ἔχειν ὁ βασιλεὺς, καὶ μαλακώτερον ἥπτετο τῶν
C πραγμάτων, εὐχερῶς νομίζων, ὅταν ἐθελήσῃ πρὸς πέρας ἀγα-
γεῖν ἃ προῄρητο, δρᾷν· νυνὶ δὲ φανεροῦ γεγενημένου τοῦ τινας
εἶναι τοὺς συναιρομένους ἐμοὶ, οὐκέτι τῶν ὁμοίων ἕξεται λογι-
σμῶν, ἀλλὰ πρότερον ὑμᾶς ἐν ἀρχῶν προσχήματι διαστήσας
ἐμοῦ, καὶ τῆς παρ' ἀλλήλων ἡμᾶς ἐπικουρίας ἀποστερήσας,
πᾶσι διὰ τὴν μόνωσιν οὖσιν ἀσθενεστάτοις, ἣν ἂν βούλοιτο,
δίκην ἐπιθήσει. νῦν μὲν οὖν σοὶ τὴν πρὸς Πελοπόννησον ἐπέ-
V. 42 ταξεν ἀπιέναι· εἰς τὴν ὑστεραίαν δὲ πρωτοστράτορι ἑτέραν
δῆθεν ἀρχήν τινα πρὸς ταῖς ἐσχατιαῖς τῆς Ῥωμαίων γῆς ἐγ-
D χειρίσει καὶ καταναγκάσει πρὸς τάχος γε ἀπιέναι· ὑμᾶς δ'
ἐκποδὼν ποιήσας τοὺς περιφανεστέρους, τότ' ἤδη καὶ περὶ
ἑτέρων εἴπερ εἰσὶν ἀνερευνήσει. πάντα δ' ὡς ἂν αὐτῷ καλῶς
ἔχοι πρότερον διαθέμενος, ὡς ἤδη πρὸς καταστροφὴν εὐεπι-
χείρητον ὕστερον χωρήσει καὶ πρὸς ἐμέ. ἀλλ' ἴσως ἐρεῖ τις,
ὡς, εἴγε κατὰ λόγον τὸν σὸν σὲ τῆς ἀπὸ τούτων ἐπικουρίας
ἀποστερῆσαι βουλόμενος ἀρχὰς αὐτοῖς ἐγχειρίσει τὰς ἐν ἐσχα-
τιαῖς τῆς Ῥωμαίων ἀρχῆς, ῥᾷον ἦν δήπου καὶ λυσιτελέστε-

vel egimus, vel consuluimus: sed ideo tantam animorum altitudinem ac tolerantiam prae nobis tulimus, ne imperatori in nos secus statuendi minimam causam daremus. Quod nisi deus desuper manum suam extendisset; haud longe admodum a porta mortis abfuimus. Hucusque igitur in rebus afflictis perdurare ego et laudavi, et vobis, ut id faceretis, auctor fui. Quippe nondum patente conspiratione nostra, mecum solo putabat imperator sibi esse negotium; et segnius agebat, confisus, parvo labore, cum libuisset, meditata opera perfecturum. Nunc, quoniam constat, esse qui me adiutent, aliter sentiet: et postquam vos praetextu praefecturarum a me divellerit, mutuisque nos auxiliis spoliaverit, omnibus propter disiunctionem solitudinemque iam imbecillimis poenam pro arbitratu irrogabit. Hodie tibi, domestice, imperavit Peloponnesum capessere: cras protostratorem ad aliam quandam provinciam in ultimis Romani imperii finibus amandabit celeriterque proficisci compellet. Ubi vos illustriores et ipsa capita e medio removerit, tum iam et reliquos, si qui sunt, investigabit, totaque re antea ex sua sententia bene constituta, tandem pro catastrophe ad me quoque, ut superatu facilem, se convertet. Dicet quispiam: si, ut ais, te horum virorum praesi-

ρον πολὺ συλλαβόντα καὶ κατακλείσαντα φρουρᾷ τῆς ἀπὸ τού- A.C. 1321 των ἀπηλλάχθαι φροντίδος· τί γὰρ ἔσται τὸ κωλῦσον τοῦ ταῦτα καταπράξασθαι τὸν βασιλέα; — καὶ νοῦν ἔχοντα λόγον ἐρεῖ, τὸ κωλῦσον μὲν οὖν οὐδέν· συνετὸν δὲ ὄντα καὶ πολλῶν P. 52 πραγμάτων ἔμπειρον τὸν βασιλέα τοῦτο λέληθεν οὐδαμῶς ὡς ἀλυσιτελὲς, πρὶν ἀκριβῶς ἐκμαθεῖν, ὁπόσοι τινὲς καὶ οἷοι τὴν πρὸς ἐμὲ προείλοντο κοινωνίαν, ὁμόσε πρὸς τὸ πολεμεῖν. δέος γὰρ μὴ πολλῶν τινων καὶ δυνατωτάτων ὄντων ἕνα μὲν ἢ καὶ δύο καθείρξῃ, τῶν δὲ λοιπῶν ἤδη πρὸς ἀνάγκην συνισταμένων, οὐ κατὰ νοῦν χωρήσῃ τὰ πράγματα αὐτῷ. εἰκὸς δὲ αὐτὸν καὶ πολλούς τινας καὶ δυνατοὺς τοὺς τὰ ἡμέτερα εἶναι οἴεσθαι προῃρημένους· τὸ γὰρ ἐν τῇ δίκῃ πρὸ τῆς χθὲς ἐμὲ μόνον ἐναπειλημμένον μὴ καταπεσεῖν μηδὲ δειλίᾳ συσχεθῆναί τινι, ἀλλ' ἀτρέπτῳ καὶ φρονήματι καὶ ἤθει μετὰ ἀσφαλείας ἀντιλέγειν πολλῆς, τὸ καὶ τὸν Μελιτηνιώτην ἔξωθεν ἑστάναι τινὰς B τῶν δυνατῶν ἀπαγγεῖλαι ὑπὲρ ἐμοῦ πάντα πράττειν προσγενόμενον προθυμουμένους, οὐκ ἐπὶ μικρὸν κατέσεισε τοὺς λογισμοὺς τοὺς βασιλικούς. διὸ τότε μὲν εὐθὺς ὅπερ ἀσφάλειαν ἐδόκει παρέχειν ἔπραττε, τῶν θρόνων ἐξαναστάς. νυνὶ δὲ καλῶς ἔχειν ἔδοξεν αὐτῷ τοὺς καταδήλους γενομένους ὑμᾶς ἐν εὐεργεσίας προσχήματι ἀποστῆσαι, καὶ μετὰ τοῦτο πάλιν, αὐτῶν διδασκόντων τῶν πραγμάτων, οἷς οἰήσεται λυσιτελήσειν ἐπιχειρήσει. τούτων ἕνεκα πάντων οὐκέτι διαμέλλειν οἴομαι δεῖν, οὐδὲ πρὸς

7. Post πολεμεῖν excidit ἰέναι vel simile quid.

dio nudare volens, provincias in remotissimis Romani imperii oris illis describit, expeditius erat sine dubio multoque utilius, si iis apprehensis et custodia clausis, curis se hisce exuisset: quid enim est, quod istuc facere prohibeat imperatorem? — Recte, quod illum prohibeat, nihil est: sed callidum usuque rerum doctum imperatorem nequaquam fallit, haud conducere, priusquam exquisite norit, quot et quales sint, qui mecum societatem coierint, ad pugnandum cominus aggredi. Timendum enim, ne si multi sint ac potentissimi, unum quidem alterumve in vincula tradere queat; ceteris autem iam necessario coniurantibus, cogitata perficere non possit. Probabile porro est, eum existimare multos et opulentos nostrarum esse partium. Nam quod in iudicio nudiustertius ego solus interceptus non concidi, neque timiditate aliqua concussus, multa cum fiducia constantique animo contradixi; quodque accessit, ut Melitenensis veniens nuntiaret, foris stare quosdam potentes, mea causa paratos ad omnia, non parum eius consilia turbavit: unde statim throno exiliens, securitati suae consuluit. Nunc sibi conducere censuit, vos delatos, per speciem beneficentiae a me distrahere. Postea iterum rebus ipsis docentibus, quibus se operae pretium facturum putabit, nos aggredietur. His omnibus de causis non amplius tergiversandum, nec, quasi prae malorum magnitudine de potestate exissemus, salu-

A. C. 1321 προὖπτον κίνδυνον αὐτοὺς ἀμελεῖν, ὥσπερ ὑπὸ μεγέθους τῶν δεινῶν ἐκστάντας τῶν λογισμῶν, ἀλλ' αὐτοὺς διασώζειν, ὡς ἂν C οἷοί τε ὦμεν. ἔτι γε μὴν καὶ γνώμην ἑτέραν περὶ τῶν προκειμένων, εἴγε καὶ ὑμῖν συνδοκεῖ, βούλομαι ἐξενεγκεῖν. ποίαν δὴ ταύτην; ὁ βασιλεὺς καὶ πάππος ὁ ἐμὸς, καθάπερ ἴστε δὴ καὶ αὐτοὶ, καταδήλους τοὺς ἐμοὶ συνόντας ἐζήτησεν αὐτῷ ποιῆσαι. τότε μὲν οὖν ἁρμόζοντας ἀπεκρινάμην τῷ καιρῷ λόγους, μήτ' εἶναι εἰπὼν τοὺς συνόντας ἐμοί τινας, μήτ' εἴπερ εἰσὶ, καταδήλους αὐτοὺς ποιήσειν· νῦν δέ μοι δοκεῖ λυσιτελεῖν πρεσβείᾳ χρησάμενον πρὸς αὐτὸν, ὅτι τέ εἰσιν ὁμολογῆσαι καὶ ὅρκοις αὐτὸν ἀπαιτῆσαι πιστώσασθαι, μὴ μνησικακήσειν αὐτοῖς μηδ' ἀμυνεῖσθαι τῆς εὐνοίας τῆς εἰς ἐμέ. εἰ D μὲν οὖν ἡμέρως καὶ προσηνῶς τοὺς παρ' ἐμοῦ δεξάμενος λόγους ὅρκοις πιστώσηται τὴν ἀπάθειαν τοῖς ἐμοῖς φίλοις, ἐναργὲς ἂν εἴη τεκμήριον, ὡς αὐτός τε καθαρῶς διήλλακται πρὸς ἐμὲ, καὶ τὸ ὑμᾶς εἰς ἀρχὰς ἐκπέμπειν οὐ περιέργως οὐδ' ἐπιβούλως, ἀλλ' ἁπλῶς αὐτῷ οὕτως ἐπινενόηται· εἰ δ' ἀγανακτήσει καὶ ἀποσείσεται τὴν πρεσβείαν, μηδεμίαν ἄλλην ἀπόδειξιν ἐναργεστέραν ζητεῖν τοῦ πάντα συσκευάζεσθαι καθ' ἡμῶν. χρήσομαι δὲ πρεσβευτῇ τῷ μεγάλῳ λογοθέτῃ τῷ Μετοχίτῃ, ἅτε δὴ καὶ τότε μεσιτεύσαντι πρὸς τὰς ἀγγελίας ἐμοὶ καὶ τῷ βασιλεῖ, καὶ παῤῥησίαν ἔχοντι πρὸς αὐτὸν, ὥστε θαῤῥῆσαι περὶ τοιούτων πρεσβεύειν.

P. 53 ιζ'. Τοιαῦτα τοῦ νέου βασιλέως βουλευσαμένου, καὶ τοῦ V. 43 μεγάλου δομεστίκου καὶ πρωτοστράτορος ὡς καλῶς ἔχει συνεπιψηφισαμένων, αὐτοὶ μὲν ἕκαστος οἴκαδε ἀπεχώρουν· βασι-

tem nostram usque ad ipsum periculi nobis praevisi punctum negligendam: sed eam pro viribus conservandam opinor. Volo tamen, si vobis placet, super eo, de quo agimus, et aliam sententiam proponere. Quam illam? Avus socios meos qui essent, scire studuit; ego pro tempore tum respondi, neque socios mihi esse ullos, neque si essent, me ipsos nominaturum. Atqui modo profuturum sentio, legatione missa confiteri, habere me socios, et poscere ab eo iuramentum, mea causa non fore iniuriae memorem, neque malum ipsis daturum. Si pacate et mansuete petitionem excipiens, impunitatem illis sacramento promiserit, evidens erit indicium, et mecum citra fucum in gratiam rediisse et vos sine astu et insidiis candideque in provincias mittere cogitasse. Si indignatus legationem reiiciet, nulla erit hac ipsa firmior probatio, omnia haec subdole contra nos instituta et comparata esse. Legatum magnum logothetam Metochitem adhibebo, qui tum quoque meus et avi interpres fuit, quique ea est apud illum auctoritate, ut obire hoc munus non reformidet.

17. Hoc consilio a iuniore Andronico explanato, a magno autem domestico et protostratore approbato, singuli domum concesse-

λεὺς δ' ὁ νέος τὸν μέγαν μετακαλεσάμενος λογοθέτην, οὕτω A.C. 1321
διεπρεσβεύετο πρὸς τὸν πάππον· „Ἡ εἰς ἐμὲ πρὸ τῆς χθὲς γε- B
γενημένη παρὰ τῆς σῆς γαληνότητος, ὦ βασιλεῦ, εὐεργεσία πολλὰς καὶ δικαίας ὁμολογεῖν χάριτας τῷ σῷ πείθει κράτει. κἂν γὰρ ἀπὸ ταραχῆς καὶ ὀργῆς ἦρξαν οἱ λόγοι, ἀλλ' εἰς τέλος ἥμερον καὶ συμπαθείας γέμον ἀποκαταστάντες, μᾶλλον εὔφραναν, ἢ καθ' ὅσον πρότερον ἐλύπουν. διὸ δὴ καὶ τῶν μὲν προτέρων, ὡς πατρικῆς ὄντων καὶ παιδείας καὶ κηδεμονίας, οὐδ' ἀναμιμνήσκεσθαι ἀξιῶ· ἃ δ' ἐν ὑστέρῳ πέπρακται, ὡς ἄξια καὶ μεγαλοψυχίας καὶ εὐμενείας καὶ πατρικῆς καὶ βασιλικῆς, ἀνεξάλειπτα δεῖν ἔγνων φυλάττειν ἐν τῇ ψυχῇ. ἐπεὶ δ' ἕν τι τῶν τότε ῥηθέντων ἐμέ τε δεινῶς ἐκταράττει καὶ φροντίδας C
οὐ παρέχεται μικράς, καὶ ἑτέροις ἐνέσεισεν οὐ τὸν τυχόντα φόβον, δέομαι τῆς σῆς γαληνότητος ἰάσασθαι καὶ ταύτην τὴν ἀλγηδόνα. ἔστι δ' ὃ λέγω τοιοῦτον· σοῦ, βασιλεῦ, ἐμοὶ διὰ τοῦ μεγάλου λογοθέτου προστάξαντος τουτουὶ, καταδήλους σοι θέσθαι τοὺς συνόντας καὶ συναιρομένους ἐμοὶ, τότε μὲν παντάπασι μὴ εἶναι οὐκ ἠρνησάμην, πλὴν ἀπὸ λογισμῶν εἰκότων ἐπεχείρουν, ὡς οὐκ ἂν εἶεν, ἀποδεικνύναι. οἷδ' ἦσαν· τὸ μήποτε πόρον ἔχειν ἐμὲ χρημάτων, οἷς ἂν ἴσως πείσαιμί τινας προσέχειν ἐμοὶ, μήτ' ἐξουσίας ἀπολαύειν παρὰ σοὶ καὶ παῤῥησίας, βασιλέως παιδὶ πρεπούσης, δι' ἣν ἂν καὶ θεραπευθείην παρὰ D
τῶν τῆς ἐμῆς ὠφελείας δεησομένων. νυνὶ δὲ αὐτό τε τὸ πρᾶ-

ad avum illum mittere instituebat: „Quo beneficio ante hesternum diem serenitas tua me ornavit, id me ad amplas meritasque gratias agendas impellit. Quamquam enim sermo a perturbatione et ira principium caperet, tamen in finem suavem affectionisque plenum desinens, delectationis copia antecedentem molestiam obruit. Quare priorum, ut a paterna castigatione ac sollicitudine profectorum, meminisse nolo; quae autem posterius abs te facta sunt, ut digna magnanimitate imperatoria paternaque caritate, ea mihi in medullis infixa semper manebunt. Ceterum quia tum quiddam prolatum graviter me angit, et cura non levi sollicitat, nec aliis quoque exiguum timorem incutit, oratam volo serenitatem tuam, ut huic etiam dolori medeatur. Quod dico, tale est. Cum mihi per magnum logothetam praeceperis, ut administros atque socios meos tibi indicarem, tunc ego quidem non omnino et absolute eos habere me negavi: verumtamen rationibus verisimilibus demonstrare contendi, eos esse nullos posse. Quae erant: quod nec viam et modum adipiscendae pecuniae nossem, qua fortasse quosdam ad obsequelam meam inducerem: nec possem apud te frui eo iure eaque licentia, quae imperatoris filio deberetur; propter quam etiam colerer ab iis, qui opem meam desideraturi essent. Nunc res ipsa consortes meos qui sint aperuit, et ego de iis confiteor. Attamen, quod et tum dicebam,

A.C. 1321 γμα φανεροὺς ἠνάγκασε γενέσθαι τοὺς προσκειμένους ἐμοὶ, καὶ αὐτὸς δὲ ἐγὼ εἶναι ὁμολογῶ· πλὴν, ὅπερ καὶ τότ' ἔφην, οὐκ ὀφείλοντες χάριν, ἀλλὰ προκατάρχοντες μᾶλλον χάριτός εἰσιν. διὸ δὴ καὶ ἀντιβολῶ τὴν σὴν ἡμερότητα, βασιλεῦ, ὅρκοις ἐμοί τε καὶ αὐτοῖς πιστώσασθαι τὸ ἀπαθεῖς κακῶν μέχρι παντὸς διατηρηθῆναι. οὕτω γὰρ ἐμοί τε καὶ αὐτοῖς θαῤῥήσασιν ἀφόβως τε βιοῦν καὶ τῷ σῷ κράτει χάριτας ὁμολογεῖν
P. 54 πολλὰς περιέσται." Τοιαῦτα μὲν ὁ νέος βασιλεὺς πρὸς λογοθέτην διεξῆλθε τὸν μέγαν, ὡς ἀπαγγελοῦντα τῷ πάππῳ καὶ βασιλεῖ, συνάρασθαι καὶ αὐτὸν ἀξιώσας πρὸς τοῦτο, καὶ τὴν τῶν ὅρκων ἐκπλήρωσιν ὑποθέσθαι τῷ βασιλεῖ, ὡς πολλῶν ἀγαθῶν ἐκ τούτου συμβησομένων. ὁ δ' εὐθὺς „ἔγωγε" εἶπεν „ᾠήθην, ὦ βασιλεῦ, τὴν ἐμὴν παρὰ σοῦ κλῆσιν πρός τι φέρειν τῶν ἀγαθῶν. ἐνόμιζον γὰρ, ὡς ὑποπεπτωκότας τινὰς καὶ θεραπευτικοὺς λόγους δι' ἐμοῦ μηνύσεις τῷ βασιλεῖ, ἐξ ὧν
V. 44 ἡμερωτέραν ἀπεργάσῃ καὶ πρᾳεῖαν αὐτοῦ τὴν ψυχήν. τὸ δ' ἐναντίως ἔχει μᾶλλον ἢ αὐτὸς προσεδόκων. ὅθεν οὐδ' αὐτὸς ἄγγελος εἶναι βουλήσομαι τοιούτων, οὐδ' εἰς ὀργὴν ἐξάψαι
B μᾶλλον διὰ τούτων τοὺς τῶν βασιλέως θυμούς. οὐδὲ γὰρ οὐδ' ἀκοῇ παρειλήφαμεν ἄχρι καὶ νῦν τοὺς δεσπότας ὀμνύναι τοῖς δούλοις, τοὐναντίον δὲ μᾶλλον· ἢ εἰ τοῦτο γένοιτο, καὶ ὁ δεσπότης ὀφλήσει τοῖς ὑπηκόοις, ὅπερ ὀφλοῦσιν αὐτοὶ τοῖς δεσπόταις, ὅπερ ἀτοπίας οὐκ ἂν εἴη μακράν. ἐγὼ δὲ καὶ ἀπορίᾳ δεινῇ συνέχομαι, ἂν ὁ βασιλεὺς ἔρηται, ὅτου χάριν πρός σε ἀφῖγμαι, τίνα ἂν ἀπολογίαν εὐπρόσωπον ἀποδοίην. πρὸς ἐκεῖ-

non mihi gratiam referunt; sed potius gratia me antevertunt. Quocirca tuae mansuetudini supplex fio, nobis iureiurando fidem facias, non id illis unquam fraudi futurum. Sic namque mihi iisdemque fidentibus, metus expertes vivere, tuaeque maiestati amplissimas agere gratias licebit." Haec ad magnum logothetam nepos, ut avo imperatori ea expositurum, et sibi quoque in ea re operam daturum, quod cupiebat, eumque de iuramento concipiendo, ut pluribus inde commoditatibus promanaturis, admoniturum videlicet. Logotheta continuo: „Ego me boni alicuius ergo ad te vocatum interpretabar, nempe ut avo subiectionem tuam plenamque obsequii voluntatem tuo nomine indicarem: quo pacto eum placidiorem tibi mitioremque efficeres. Atqui me fefellit augurium, et contrarium evenit. Quapropter nec nuntiare haec, nec eius animum talibus verbis exacerbare volo; quando usque hodie inauditum est, dominos iurare servis. Quod si fiat, domini condemnabuntur servis, quemadmodum illi dominis; quod insolens et absurdum est. Ego vero anceps haereo dubitoque vehementer, si quaesierit imperator, cur ad te ierim, quid honeste respondeam. Sed causam aliquam profectionis ad te meae comminiscar:

νον μὲν οὖν αἰτίαν τινὰ πλάσομαι τῆς ἀφίξεως, σοὶ δὲ παραινῶ καὶ προσέτι καὶ ἱκετεύω, μηκέτι μηδαμῶς περὶ τοιούτων λόγον κινεῖν. συνορῶ γὰρ αὐτὸς, ὡς εἰς κακὸν ἀνήκεστον τελευτήσει, ἂν εἰς ἀκοὴν ἔλθῃ τῷ βασιλεῖ." „ἐμοὶ δὲ τοὐναντίον ἅπαν ἔπεισι καὶ νοεῖν καὶ λέγειν" ὁ νέος εἴρηκε βασιλεὺς „οὐ γὰρ κακῶν αἰτίους τουτουσὶ τοὺς λόγους, ἀλλὰ μυρίων ἀγαθῶν, C ἄν περ ὡς αὐτὸς ἀξιῶ γένηται, νομίζω. ὅτι δὲ καὶ ἐπὶ τῶν προτέρων βασιλέων γεγένηται τοιαῦτά τινα, ἐγγύθεν παράσχομαι τὴν ἀπόδειξιν. ὁ γὰρ ἐμὸς πρόγονος, ὁ βασιλεὺς Μιχαὴλ, ἔτι τὴν ἰδιωτικὴν στέργων τύχην καὶ ὑπὸ χεῖρα τελῶν Ἰωάννῃ Βατάτζῃ τῷ βασιλεῖ, κίνδυνόν τινα ὑπονοήσας ἐς αὐτὸν ἥξειν ἐκ βασιλέως, ηὐτομόλησε πρὸς τὸν τῶν Περσῶν ἡγεμόνα Σουλτάν· εἶτ' ἐκεῖθεν πρὸς τὸν βασιλέα πέμψας πρεσβείαν, ὅρκους ἀπῄτει τὸν βασιλέα, ὡς τοῦ τε δρασμοῦ συγγνώσεται καὶ εἰς τοὐπιὸν οὐδὲν κατ' αὐτοῦ βουλεύσεται δυσχερές. ὁ βασιλεὺς δὲ ἄσμενός τε προσεδέξατο τὴν πρεσβείαν καὶ τοὺς ὅρκους ἐδίδου, δεσπότης ὢν, ὥσπερ ὁ ὑπὸ χεῖρα τελῶν D ἠξίου. οὐκ αὐτὸς δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ πρὸ τούτου πολλοὶ ὠφελείας ἕνεκά τινος ὀμωμόκεισαν τοῖς ὑπηκόοις. πρὸς αὐτῆς δὲ τῆς ἀληθείας, εἴγε καὶ νῦν αὐτοὶ οὗτοι, περὶ ὧν ἐγὼ τοὺς ὅρκους ἀπαιτῶ, δείσαντες τὸν κίνδυνόν τινι προσχωρήσωσι τῶν παρακειμένων ἡμᾶς βαρβάρων, εἶτ' ἐκεῖθεν πέμψαντες ὅρκους ἀπαιτῶσι τὸν βασιλέα, ὥστε μὴ κακῶς παθεῖν αὖθις ἐπανελθόντες, οὐκ ἂν οἴει βουλήσεσθαι παρασχεῖν; ἐμοὶ μὲν δοκεῖ.

A. C. 1321

te autem hortor et obsecro, ut de reliquo taceas de his penitus: prospicio enim, horribili exitu conclusum iri, si ad aures avi pervenerint." „At mihi plane contra sentire dicereque in mentem venit," excipit nepos, „non enim mala, sed innumerabilia bona hanc orationem, si ita ut cupio habeatur, parituram nobis confido. Porro quaedam istius generis etiam sub antegressis imperatoribus usu venerunt. Non longe abiero; meus proavus Michael imperator, adhuc privatus et Ioanni Batatzae imperatori subiectus, quod ab eo atrocius quiddam sibi paratum suspicaretur, ad Persarum principem Sultanum confugit. Inde per legatum iuramentum eum poposcit, quo testaretur, et fugam se condonare et nihil in posterum gravius velle in ipsum statuere. Imperator legatum libenter audiit et quamquam esset dominus, iuramento, quod subditus petebat, se obstrinxit. Nec solus ille, verum ante illum complures alicuius emolumenti spe subiectis iuraverunt. Dic amabo per ipsam veritatem, si vel hoc tempore illi ipsi, quorum causa ego istud iuramentum exposco, timore periculi ad aliquem finitimorum barbarorum se conferrent, post mitterent et adiurare imperatorem postularent, reversis nihil inflicturum mali, numquid recusaturum censes? Equidem non censeo. Ergo quod te iudice alias necessitas exprimeret, id in praesens multorum commo-

A.C. 1321 ὃ τοίνυν ἐν ἑτέρῳ χρόνῳ γενήσεται, φαίης ἂν, δι᾽ ἀνάγκην,
γενέσθω κἂν τῷ παρόντι διὰ τὰ συμβησόμενα ἐκ τούτου πολ-
P. 55 λὰ ἀγαθά.” ἐπὶ τούτοις λογοθέτης ὁ μέγας τούς τε προτέρους
λόγους ἀναλαβὼν καὶ πλείονας ἑτέρους συνείρας, καὶ παν-
ταχόθεν ἀλυσιτελῆ καὶ ἀδύνατον τὴν αἴτησιν ἀποδείξας, καὶ
πρὸς τὸ γενέσθαι τοιούτων ἄγγελος παντελῶς ἀνανεύσας, ἀπῆλ-
θεν. ἔφασκε δ᾽ ἐν ὑστέροις χρόνοις, εἰρήνης γενομένης, ὁ πρε-
σβύτερος βασιλεὺς, ὡς, εἰ περὶ τῶν ὅρκων αὐτῷ ἀπηγγέλθη, ὀμω-
μόκει τε ἂν καὶ οὐδὲν ἐτολμήθη τῶν τετολμημένων· διὸ καὶ
τὴν αἰτίαν ἅπασαν τοῦ πολέμου εἰς λογοθέτην ἀνετίθει τὸν
μέγαν. τοῖς φίλοις δ᾽ εὐθὺς αὐτῷ παραγενομένοις ἅ τε εἴ-
ρηκε καὶ ὧν ἔτυχεν ἀποκρίσεων διηγησάμενος ὁ νέος βασιλεὺς
B καὶ τέλος τοῦτο ἐπιφθεγξάμενος, „θεοῦ δὲ τίς ἔγνω βουλήν
τε νόον τε;” ἔτι μέχρι τινὸς ἐκέλευε τῇ μεγαλοψυχίᾳ προσ-
καρτερεῖν· „ἡ σήμερον γὰρ ἐκδιδάξει τι τῶν ἀγνοουμένων. προ-
θεσμία γὰρ οὖσα τῆς πρὸς τὸν βασιλέα τοῦ μεγάλου δομεστί-
κου ἀπολογίας, δι᾽ αὐτῆς τῆς ἀπολογίας πρὸς τὸ τί χρὴ βου-
λεύεσθαι καὶ δρᾷν ὁδηγήσει.” Οὗτοι μὲν οὖν τοιαῦτα βουλευ-
σάμενοι διελέλυντο. πρὸς δὲ τὸν μέγαν δομέστικον ὁ χθὲς
ἄγγελος ἀφικνεῖται πρὸς βασιλέως, ἀπαιτῶν τὴν ἀπολογίαν.
ἐποιήσατο δὲ τοιαύτην· „ἐμοὶ, κράτιστε βασιλεῦ, τῆς εὐμε-
νείας τῆς σῆς πολλὰς ἔχοντι τὰς ἀποδείξεις, ὥσπερ ἔφην,
V. 45 ἔτι καὶ τὸ νῦν τοῦτο πλείους καὶ μείζους πείθει τὰς χάριτας
C ὁμολογεῖν· ἐπὶ πάσαις δὴ ταύταις καὶ ταύτης αἰτῶ τυχεῖν τῆς

dorum exspectatio impetret.” Ubi nepos conticuit, magnus logotheta dicta sua iterans aliaque multa accumulans, omnique ratione postulatum inutile, nec fieri posse demonstrans: praeterea se in ista re nuntium interponere prorsus abnuens, discessit. Pace postmodum constituta, imperatorem avum autumasse ferunt, si de iuramento intellexisset aliquid, iuraturum fuisse, et ita tam audacibus facinoribus supersederi potuisse; hinc et totam belli culpam in magnum logothetam coniiciebat. Mox iunior amicis supervenientibus, quae ipse dixerit, quae logotheta responderit, cum memorasset et ad extremum adiecisset: „Dei mentem consiliumque quis cognovit?” uti adhuc paulisper tolerando viros se praestarent, eos est cohortatus: hodiernum quippe diem docturum, quod hucusque fuisset ignoratum. Nam cum magnus domesticus ad respondendum praestitutus sit, eum ipsa responsione et consilii et actionis ducem fore. Atque hi quidem, hoc deliberato, digressi sunt. Ad magnum vero domesticum hesternus nuntius revertens, responsum ad imperatoris iussa exegit. Respondit in haec verba: Cum propensi eius in se animi documenta complura habeat, ut ante fassus sit, insuper ista provinciae delatione ad gratias uberiores agendas se compelli. Orare tamen, post omnia etiam

εὐεργεσίας, ἐλάττονος οὐδαμῶς ἐμοὶ τῶν ἄλλων νομιζομένης, A.C. 1321 τὸ μὴ πρὸς Πελοπόννησον ἀπελθεῖν· οὐκ ὄκνῳ εἴκων, ἢ τὴν ἀρχὴν ἥττω τῆς ἐμῆς ἀξίας νομίζων, ἀλλ' ὡς ἐκεῖ τοῦ ἐμοῦ πατρὸς τετελευτηκότος, οὐκ ἂν οἴσων τοῖς χωρίοις ἐκείνοις ἐνδιατρίβειν. οἶσθα γὰρ αὐτὸς ἐμοῦ βέλτιον, ὦ βασιλεῦ, ὡς ἔτος ἓν ἐπὶ τοῖς εἴκοσι γεγενημένος τῆς ἡλικίας οὑμὸς πατὴρ, ὅτε παρὰ σοῦ πρὸς τὴν ἀρχὴν ἐξεπέμφθη Πελοποννήσου, ὀκτὼ τοὺς ἐφεξῆς ἐπὶ τούτοις ἐνδιατρίψας, τὸν βίον ἐτελεύτησεν ἐκεῖ· οὗ δὴ χάριν καὶ πρὸς τὴν μνήμην μόνην ἀηδῶς διάκειμαι Πε- D λοποννήσου, πολλὰ καὶ τῆς μητρὸς πολλάκις πρὸς ἐμὲ διειλεγμένης, ὡς οὐκ ἂν αὐτῇ γένοιτο καθ' ἡδονὴν ἐμὲ τῆς χώρας ἐκείνης, ἣ τοιούτου πατρὸς ἀπέδειξεν ὀρφανὸν, ἄρξαι. διὰ ταῦτα συγγνώμης αἰτῶ τυχεῖν, ἐκεῖ μὴ βουλόμενος ἀπελθεῖν." τοῦτο δ' ἦν σκῆψις, οὐκ ἀληθὴς αἰτία τοῦ τὴν ἀρχὴν τῆς Πέλοπος διωθεῖσθαι. τούτων ἀκούσας ὁ βασιλεὺς καὶ πρᾴως εἰς αὐτὸν ἀποσκώψας, ὡς οὐκ ἀνδρὸς συνετοῦ κεχρημένον λόγοις, οὐδ' ἀνδράσι πρέποντα φόβον πεφοβημένον, διὰ τὴν τοῦ πατρὸς τελευτὴν τὸ χωρίον ὀῤῥωδοῦντα, διὰ τοῦ αὐτοῦ πάλιν ἀντιμηνύει, ὡς, „ἦν μὲν ἂν βέλτιον μηδὲν ἀντιλέγοντα, P. 56 τὸ προσταττόμενον εὐθὺς ἐκπληροῦν. ἐπεὶ δ' ἔστι σοί τις πρόφασις ἐν τῇ Πελοποννήσῳ, οὐκ ἀναγκαία μὲν, ἔστι δ' οὖν ὅμως, ἐκείνης μὲν ἀφείθης τῆς λειτουργίας, πρὸς Θετταλίαν δὲ ἀπελθεῖν ἐπιτάττω καὶ ταύτης ἐπιτροπεῦσαι, τῶν προσοίκων Κατελάνων ἐπικειμένων αὐτῇ καὶ δεινῶς πιεζόντων,

7. Pro ὀκτὼ τοὺς lego ὀκτὼ χρόνους.

istud sineret impetrari ab se beneficium, quod reliquis neutiquam inferius duceret, ut ne in Peloponnesum mitteretur: non quod ignaviae succumberet, aut praefecturam hanc dignitati suae imparem censeret: sed quod illis in locis versari nequeat, ubi patrem amiserit. Scire enim melius ipso, quo pacto parens eius, unum et viginti natus annos, ab eo Peloponneso praefectus, octo continuis ibidem consumptis, vitam reliquerit. Quo factum deinde, ut Peloponnesi memoriam nunquam sine dolore usurpet. Quin et matrem saepe ac multum sibi dixisse, permoleste laturam, si ei regioni praeesset, quae ipsum tali patre orbasset. Huic igitur detrectationi suae veniam daret. Sed enim hoc velamentum quoddam erat, non vera causa repudiandae provinciae. His intellectis, imperator molliter hominem castigat, qui imprudenter locutus esset, quique timorem viro minime decorum concepisset, dum propter patris mortem illic obitam a regione abhorreret; perque eundem nuntium ei significat, consultius facturum fuisse, si non repugnanter mandatis statim paruisset. Quia vero excusationem de Peloponneso non quidem necessariam praetexeret, sed tamen praetexeret, se illum eo munere liberatum velle: in Thessaliam autem iubere proficisci, quae vicinorum Catelanorum incursio-

A. C. 1321 καὶ διὰ τοῦτο δεομένην ἐπικουρίας καὶ δεινοῦ καὶ σώφρονος
στρατηγοῦ." ἐπὶ τούτοις ὁ μέγας δομέστικος οὐδὲν ἀντιλέγειν
ἔχων, ὑπεδέξατο μὲν δῆθεν τὴν ἐγχειριζομένην ἀρχήν· πλὴν
ὡς ἑρμαίου τινὸς λαβόμενος τοῦ λόγου τοῦ βασιλέως, ὅτι δὴ
παρὰ Κατελάνων ἡ Θετταλῶν πιέζοιτο, καὶ διὰ τοῦτο συχνῆς
B πρὸς ἐπικουρίαν δεῖται χειρὸς, πάλιν ἀντεμήνυσεν, ὡς πρὸς
Θετταλίαν μὲν ἀπελεύσεται καθὰ προσετάχθη, δέον δὲ σκε-
ψάμενον ἃ λυσιτελεῖν νομίζοι καὶ πρὸς ἄμυναν τῶν πολεμίων
καὶ πρὸς ἀσφάλειαν τῆς ἀρχῆς, ταῦτ' αἰτήσαντα παρὰ βασι-
λέως λαβεῖν· τοῦτο θέμενος ἐπὶ νοῦν, ὡς ἢ πρὸς τὴν δυσχέ-
ρειαν τῶν ζητημάτων ἰλιγγιάσας ὁ βασιλεὺς ἀφέξεται τοῦ
πέμπειν ἐκεῖσε, ἢ, τό γε δεύτερον, πολλοῦ πρὸς τὴν παρα-
σκευὴν τριβομένου χρόνου, ἐξέσται καὶ βασιλεῖ συντυχεῖν τῷ
νέῳ, καὶ περὶ τοῦ τί χρὴ πράττειν συνδιασκέψασθαι, οὕτως
εἰς στενὸν κομισθῇ τῶν πραγμάτων συνωθούντων. τοῦ πρεσβυ-
C τέρου δὲ βασιλέως ἃ βούλοιτο αἰτεῖν κελεύσαντος, καὶ τοῦ με-
γάλου δομεστίκου διὰ γραμμάτων ὧν δέοιτο δηλώσαντος βα-
σιλεῖ, (ταῦτα δ' ἦν ἀξιόμαχός τε στρατιὰ καὶ χρήματα εἰς
τροφὴν ἀρκέσοντα τοῖς στρατιώταις,) πρὸς οὐδὲ ἓν τῶν ζητη-
μάτων ἀνένευεν ὁ βασιλεὺς, ἀλλ' εὐθὺς ἐκέλευε πάντα πρὸς
πέρας ἀγαγεῖν. ἐπιταχύνοντος δὲ τῷ μεγάλῳ δομεστίκῳ τὴν
ἔξοδον βασιλέως καὶ οὐδ' ἀναπνεῖν ἀνιέντος, ὁ μὲν μετὰ πέμ-
πτην ἡμέραν ὑπέσχετο ἐξελθεῖν· (ἦν δ' αὕτη δευτέρα τῆς παρ'
ἡμῖν μεγάλης ἑβδομάδος ὠνομασμένης·) βασιλεὺς δὲ ἡσύχασεν
D ἀρκεσθείς. τῆς αὐτῆς δὲ ἡμέρας καὶ πρὸς πρωτοστράτορα παρὰ

nibus afflictata, exercitati ac prudentis alicuius ducis auxilio indigeat. Suscepit magnus domesticus provinciam, cum quod opponeret, non haberet. Ceterum ut inopinatum aliquod lucrum imperatoris verba arripiens, dicentis Catelanos incursare Thessaliam, ideo se egere non parva copia vicissim significat, si eo, quemadmodum imperetur, discedendum sit. Oportere autem, quae sibi consideranti tum ad hostes propulsandos, tum ad munus suum tuto fungendum requisita viderentur rogantem, ab imperatore consequi: sic secum ratiocinans, eum aut propter difficultatem petitionis deficiente consilio, missionem istanc missam facturum: aut, quod proximum esset, dum tempus longius in apparatu consumitur, interea iunioris imperatoris conveniendi, et rebus nimiopere fessis, quid agendum sit, cum eo deliberandi facultatem fore. Iussus petere, quae animus hortaretur, per litteras exercitum iustum ac valentem, et pecuniae in alimenta militum quod satis sit, petit. Utrique annuit imperator, et ut quamprimum omnia conficiantur, mandat. Cumque illum ad profectionem urgeret adeo, ut respirare non sineret, magnus domesticus post diem quintum se profecturum recepit: qui dies erat secundus magnae, quae

βασιλέως ἀφῖκτο πρόσταγμα πρὸς τὴν ἐπαρχίαν Πριλλάπου, A.C. 1321 ἧς καὶ πρότερον ἦρχε, πάλιν ἐπιτροπεύσοντα ἀπελθεῖν. ὁ δὲ, τὸ ἐπίταγμα τοῦ βασιλέως ἐπαγγειλάμενος ἐκπληρώσειν, καὶ V. 46 προθεσμίαν αἰτηθεὶς τῆς ἐξόδου, τῆς αὐτῆς μεγάλης ἑβδομάδος ἐπηγγείλατο τὴν ἕκτην. πρὸς μὲν δὴ τὸν πρεσβύτερον τῶν βασιλέων τοιαῦτα εἰπόν τε καὶ ἐπηγγείλαντο.

ιή. Εἰς ταὐτὸν δὲ συνελθόντες τῷ νέῳ, καὶ πάντα διη- P. 57 γησάμενοι τὰ συμπεσόντα, οὐκέτι μένειν ἐδόκει, ἀλλὰ παρασκευασαμένους ἐξελθεῖν Βυζαντίου. γράφουσι δὴ καὶ Συργιάννῃ, παρασκευασάμενον ἅμα τῇ ὑπ' αὐτὸν στρατιᾷ τῇ ἑορτῇ τοῦ πάσχα ἐγγὺς εὑρεθῆναι διατρίβοντα Βυζαντίου· τότε γὰρ καὶ αὐτοῖς ἐδέδοκτο ἐξελθεῖν. οὗτοι μὲν οὖν παρεσκευάζοντο πρὸς τὴν ἔξοδον. τῆς μεγάλης δὲ καταλαβούσης B δευτέρας, καθ' ἣν ὁ μέγας δομέστικος τῆς πόλεως ἐπηγγείλατο ἐξελθεῖν, ἠναγκάζετο μὲν παρὰ τῶν εἰς τοῦτο τεταγμένων τὴν ὑπόσχεσιν ἐκπληροῦν· ὁ δ' αἰτίας τινὰς πλασάμενος, τὴν ἔξοδον ἀνεβάλλετο. τῇ δ' ἐπιούσῃ μηνύεται παρὰ βασιλέως ὡς τάχιστα ἐξελθεῖν· ὁ δ' ἀπεκρίνατο μὴ πρότερον δύνασθαι, πρὶν ἂν τὰ χρήματα δοθῇ πρὸς αὐτὸν, οἷς ἂν πρός τε τὸ μισθοφορικὸν χρήσηται τῆς στρατιᾶς καὶ πρὸς τὰς τῶν πολιχνίων τῶν ἐν Θετταλίᾳ φρουράς. εἰ γὰρ τοῦτο γένοιτο, μηδεμίαν ἀναβολὴν ἔτ' εἶναι πρὸς τὸ τειχῶν ἔξω τῶν Βυζαντίων εἰς τὴν ἐπιοῦσαν ὀφθῆναι. τὰ μὲν οὖν χρήματα, C βασιλέως προστάξαντος, αὐθημερὸν παρέσχον οἱ τῶν βασιλι-

13. Post μεγάλης δὲ ED. P. addi vult ἑβδομάδος.

dicitur, hebdomadis: eo imperator contentus siluit. Eadem luce protostrator quoque Prillapum ire, et praefecturam iterum capessere iubetur. Qui obtemperaturum se pollicitus, et quo die proficisci cogitaret interrogatus, sextum eius hebdomadis nominavit. Ac cum seniore quidem imperatore sic egerunt.

18. Cum iuniore autem verba miscentes, quaeque accidissent commemorantes, comparatis necessariis, Byzantio excedere decreverunt. Monent item per litteras Syrgiannem, uti cum suo agmine die paschae, quo die egredi pepigerant, paratus prope Byzantium adsit. Ad egrediendum igitur sese instruebant. Postquam alter dies magnae hebdomadis illuxit, quo magnus domesticus exiturum sese spoponderat, acrius promissa reposcunt, quos huic curae imperator praeposuerat. Ille commentitiis quibusdam causis exitum differt. Sequenti luce, uti moras tollat et exeat, imperatur. Respondet, non ante id posse, quam pecunia sibi in stipendia mercenariorum ac praesidiariorum per oppida Thessaliae praestetur. Id si fiat, citra tergiversationem postridie extra moenia se appariturum. Pecuniam eo ipso die iussu imperatoris, quinquaginta nummum aureorum millia, quaestores numerant. Quam summam accipientes magni domestici quaestores,

ὑπὲρ αὐτοῦ, ἀλλὰ καὶ συγκατειργάσαντο, τό γε εἰς αὐτοὺς A.C. 1328 ἧκον, τὴν κάθειρξιν ἐκείνου, δοῦναι συγγνώμην δεηθῇ αὐτοῦ. ἦν γὰρ κατ' αὐτῶν πολὺς φερόμενος ὁ πατριάρχης καὶ δίκας ἀξιῶν λαβεῖν παρ' ἐκείνων τῆς προδοσίας τῆς εἰς αὐτόν. καὶ D δεηθεὶς αὐτοῦ πολλὰ περὶ αὐτῶν οὐκ ἠδυνήθη πεῖσαι συγγνώμην παρασχεῖν αὐτοῖς, τὰ ἔσχατα λέγων ἠδικῆσθαι ὑπ' αὐτῶν, καὶ δεῖν αὐτοῖς δίκην λαχεῖν τῆς προδοσίας. ἐπεὶ δὲ ἐπανῆκεν εἰς βασίλεια ὁ βασιλεύς, τὸν μητροπολίτην μετακαλεσάμενος Φερῶν καὶ χαρτοφύλακα τὸν Κουτάλην καὶ τὸν V. 156 τῶν μοναστηρίων ἄρχοντα Κυβεριώτην, οἷα δι' αὐτὸν δεσμωτήριον οἰκήσαντας ἐπὶ χρόνον τινά, τὰ τἆλλα ηὐχαρίστησε καὶ εὐεργεσίαις ἠμείψατο πολλαῖς, τὸν δὲ χαρτοφύλακα, ἐπεὶ μὴ ἠβούλετο ἀπὸ τῆς τοῦ χαρτοφύλακος ἀξίας εἰς ἑτέραν μείζονα μετενεχθῆναι, αὐτὴν ἑαυτῆς ἐποίησεν ἐντιμοτέραν, μέγαν χαρτοφύλακα προσαγορεύσας· καὶ ἀπ' ἐκείνου εἰς δεῦρο τῷ χαρτοφύλακι διασώζεται τὸ μέγας. Μάρκον δὲ Καβαλλάριον τὸν τοῦ Βάρδα, ὃς ἦν ἀπὸ τῶν τειχῶν P. 193 πρότερον πρὸς ὕβριν βασιλεῖ διειλεγμένος, ἐκέλευσεν ἀχθῆναι πρὸς αὐτὸν ὁ βασιλεύς. ὁ δὲ καὶ πρὶν ζητηθῆναι, οἷα ἐφθέγξατο εἰδώς, ἅμα τῷ πυθέσθαι ἐντὸς εἶναι Βυζαντίου βασιλέα, ἐν ὑπονόμοις καὶ ἀδύτοις τισὶ κατέκρυψεν ἑαυτόν. πολλὴν δὲ τὴν περὶ τὴν αὐτοῦ ζήτησιν οἱ προστεταγμένοι εἰσενεγκόντες σπουδήν, εὑρίσκουσί τε καὶ ἄγουσιν εἰς βασίλεια. φήμης δὲ διαδραμούσης, ὡς ὁ ὑβριστὴς ἐκεῖνος βασιλέως εἰς τὰ βασίλεια ἄγεται κολασθησόμενος, συνέδραμεν ἡ

Stomachabatur enim patriarcha magnopere, et ut proditoribus supplicia irroganda arbitrabatur. Verum enimvero precibus quamvis multis locum nullum relinquebat, quod dictitaret, indignissima se ab ipsis affectum iniuria et proditionem eos luere oportere. Ubi domum rediit imperator, metropolitam Pherarum cum Cutale chartophylace et Cyberiota monasteriorum praeside, qui quod ab eo stetissent, aliquamdiu in custodia fuerant, accivit: de officio praestito gratias retulit et honoribus eos ornavit. Chartophylaci, quia maiores honores capessere nolebat, munus effecit splendidius, magnumque chartophylacem nominavit; quod epitheton chartophylaci usque hodie manet. Deinde Marcum Caballarium Bardae filium, qui de muro in ipsum contumeliam torserat, ad se adducendum curavit. Is haud immemor, quae blaterasset, antequam investigaretur, simul imperatorem Byzantium inivisse audivit, in foveis quibusdam locisque subterraneis se abscondit, ut ad conquirendum delecti, multo tandem labore eum invenerint, quem in palatium perduxerunt. Fama disseminata, petulantem illum convitiatorem imperatoris in palatium ad poenas abduci, urbs tota ad spectandam miseri necem concursat. Ut

A.C. 1328 πόλις πανδημεί, ὁποίῳ τρόπῳ ὀψόμενοι ἀποθανεῖται. βασι-
B λεὺς δὲ ἐκέλευσεν αὐτὸν ἀχθῆναι· καὶ ἐπειδὴ τῶν τοῦ οἴκου
θυρῶν ἐγένετο εἴσω, εἰς βασιλέα ἰδὼν, τρόμῳ τε ἐλήφθη καὶ
περιδινηθεὶς κατέπεσεν ἐπὶ τὴν γῆν. ἀναστήσαντες δὲ οἱ ἄγον-
τες, ἐγγὺς ἤγαγον βασιλέως δακρύων τε ὑπόπλεων καὶ πρὸς
τὴν γῆν νενευκότα, καὶ μὴ δυνάμενον ὅλως εἰς βασιλέα ἰδεῖν,
ἀλλ' αὐτίκα προσδοκῶντα πείσεσθαι τὰ δεινότατα. σιωπὴ δὲ
βαθεῖα κατέσχε τὸ πλῆθος πᾶν, καὶ πάντες ἦσαν μετέωροι
πρὸς τὴν ἐπενεχθησομένην τῷ Μάρκῳ καταδίκην. ὁρῶντες δὲ
αὐτὸν οὕτως ἱστάμενον ὑπότρομον καὶ περιδεῆ, οἱ μὲν αὐτῶν
καὶ ἀπὸ τῆς θέας μόνης περιαλγοῦντες, εἰς δάκρυα κατεφέ-
ροντο καὶ οἰμωγάς· ὅσοι δὲ καὶ συνετώτεροι τῶν πολλῶν ἦσαν,
C τῆς μελλούσης κρίσεως ἣν ἀκούομεν ἐλάμβανον ἀπὸ τῶν γινο-
μένων εἰκόνα, καὶ ἀνεζωγράφουν ἐν ἑαυτοῖς τὴν ἄῤῥητον
ἐκείνην τῶν ἁμαρτωλῶν αἰσχύνην ἐπὶ τοῦ φοβεροῦ καὶ ἀδεκά-
στου δικαστηρίου. εἰ γὰρ ἐπὶ θνητοῦ βασιλέως, ἔνθα καὶ αἱ
τιμωρίαι ὀλιγοχρόνιοι, τοσαύτη τὸν κρινόμενον ἔκπληξις εἶχεν,
ὥστ' ἤδη καὶ πρὸ τῆς ἀποφάσεως τῷ πλείστῳ μέρει ἀποτε-
θνηκέναι ὑπὸ δέους, ὅτι μηδεμίαν ἀπολογίαν εἶχεν ἐφ' οἷς
κατηγορεῖτο ἐνεγκεῖν, τί οὐκ ἂν πάθωσι τότε οἱ πονηρὰ συν-
ειδότες ἑαυτοῖς; καὶ βελτίους ἑαυτῶν ἐκ τοῦ παραδείγματος
ἐγίνοντο καὶ πρὸς σωφρονέστερον μετεῤῥυθμίζοντο βίον. βα-
D σιλεὺς δὲ πρότερόν τε οὐκ ἐπὶ τῷ τιμωρήσασθαι τὸν Μάρκον

intra palatium venit, ipso conspectu imperatoris tremore ac vertigine correptus, in terram collabitur: quem erigentes qui ducebant, imperatori sistunt, oppletum lacrymis et oculos humi deiectum, nec audentem illos contra tollere: sed sine mora se interimendum cogitantem. Altum silere universi, et qua poena Marcus plecteretur, suspensi exspectare. Cernentes porro adeo pavitantem ac tremulum astare, alii solo eius aspectu in magnam commiserationem versi, lacrymas et gemitus cohibere non poterant: alii prudentiores, ex praesenti re illius magni quondam, ut audimus, futuri iudicii quandam imaginem concipiebant et apud animos suos inexplicabilem illum coram terribili et incorrupto tribunali peccatorum pudorem depingebant. Si enim coram rege mortali, ubi etiam non possunt esse diuturna supplicia, tanta fuit in reo consternatio, ut eius magnitudine ante prolatam sententiam paene appareret mortuus, (quia nimirum quorum coarguebatur, ad ea quid responderet non habebat,) quid tunc illis fiet, qui sibi improbe factorum sunt conscii? Ex huiusmodi paradigmate intelligentiores illi se ipsis meliores evadebant vitamque suam ad normam probitatis accommodabant. Imperator, cum neque prius Marcum puniendi gratia quaesisset, et tunc omnes hoc exemplo velut in scena emendatos videret, paulum conticescens, Quid hoc, Caballari, inquit, quod tam contumeliosus etiam in praesentem me

ζητῶν, καὶ τότε πάντας ὁρῶν τῇ σκηνῇ ταύτῃ σωφρονισθέντας, A. C. 1328 μικρὸν ἐπισχὼν, „τί παθὼν, ὦ Καβαλλάριε" εἶπε „τοσαῦτα ὕβρικας καὶ πρὸς παρόντα; ἦν γὰρ ἄν τις πρὸς ἀπόντα γινομένων τῶν ὕβρεων συγγνώμη." ὁ δὲ ὑπὸ τῆς τοῦ βασιλέως φωνῆς καταπλαγεὶς, εἰς γῆν τε κατέπεσεν εὐθὺς καὶ τῇ γῇ τὴν κεφαλὴν προσαράσσων, προσδόκιμος ἦν καὶ τὴν ψυχὴν ἀφεῖναι ὑπὸ δέους. πάλιν δὲ ὁ βασιλεὺς σιγήσας ἐφ' ἱκανὸν, τὸν Μάρκον ἐκέλευεν ἀναστῆναι. ὁ δὲ εἴτε καὶ τῶν λεγομένων οὐκ αἰσθανόμενος, εἴτε καὶ μὴ δυνάμενος ἀναστῆναι ὑπὸ τοῦ δέους ἐκλυθεὶς, τῇ γῇ προσεκυλινδεῖτο, μήθ' ὁρῶν μήτε φθεγγόμενος μηδέν. βασιλεὺς δ' ἐσήμαινε τῇ χειρὶ τοὺς κατέχοντας P. 194 ἀνιστᾶν· ἐπειδὴ δὲ ἀνέστη, ἐπανέρχεσθαί τε ἐκέλευεν εἰς ἑαυτὸν καὶ προσέχειν τοῖς λεγομένοις. εἶπέ τε πρὸς αὐτὸν ὁ βασιλεύς· „τὸ μὲν δεδοικέναι καὶ τρέμειν καὶ τὰ δεινότατα πείσεσθαι προσδοκᾶν, δίκαιόν τε ὁμοῦ καὶ σοὶ προσῆκον· ἄξια V. 157 γὰρ ἐφθέγξω πολλῶν τιμωριῶν. ἐγὼ δὲ ἐμαυτῷ πολλὰ συνειδὼς πρὸς τὸν ἁπάντων κύριον καὶ βασιλέα ἡμαρτημένα, καὶ δεόμενος συγγνώμης ὥσπερ καὶ σὺ νῦν, μᾶλλον δὲ καὶ πλείονος πολλῷ, ὅσῳ καὶ τὰ ἡμαρτημένα χείρω, καὶ οὐ πρὸς σύνδουλον ὥσπερ σὺ, ἀλλ' εἰς τὸν ἐκ μὴ ὄντων παραγαγόντα B προσκεκρουκὼς καὶ δεόμενος καὶ αὐτὸς ἐλέου, ἀφίημί τε τὰ ἡμαρτημένα σοι καὶ συγγνώμην παρέχω. δυοῖν δὲ ἕνεκα τὸ σέ τε εὑρεῖν καὶ ἐνθάδε ἀγαγεῖν ἐποιησάμην περὶ πλείστου· ἑνὸς μὲν, ἵν' ἐκ τῶν γινομένων οἱ πολλοὶ σωφρονισθῶσι, μὴ ἀκρατεῖς εἶναι περὶ τὴν γλῶτταν μηδὲ ῥᾳδίως ἐκφέρεσθαι πρὸς

fuisti? nam contumeliis absenti impositis ignosci possit. Hac voce Marcum animus relinquit: humi repente cadit et eam capite pulsans prae timore spiritum editurus putabatur. Imperator post longius silentium iacentem iubet surgere. At ille, sive quia non audiebat quod dicebatur, sive quia solutis pavore membris surgere e terra non valebat, volutabatur, nec oculos aperiens, nec verbum emittens. Imperator apparitoribus manu signum dat, uti eum attollant: sublatum, ut se colligat et dictis mentem adhibeat, hortatur et sic eum alloquitur: Quod pavitas et tremis gravissimaque tormenta exspectas, id quod aequum et te dignum est, facis: multis namque cruciatibus luenda exprompsisti. Ego vero ipsi mihi multorum adversus universorum dominum imperatoremque admissorum conscius, illum veniam quemadmodum tu nunc me, rogitans, ac tanto quidem maiorem, quanto magis deliqui ego, qui non conservum uti tu, sed eum, qui me e nihilo condidit, offendi et mihi quoque ut ignoscatur obsecro, tua tibi peccata condono et ignosco. Duabus porro de causis conquisitum huc adduci maximopere concupivi: una, ut multi tuo exemplo linguae imperare discerent, nec facile ad probra se effunderent, idque

A. C. 1328 ὕβρεις, καὶ ταῦτα, πρὸς ὑπερέχοντας καὶ τιμῆς ἀξίους γινομένας, καὶ τὸ κρεῖσσον ἀπὸ ὕψους ἢ ἀπὸ γλώσσης πεσεῖν, ὑπὸ τῶν σοφῶν τινος καλῶς εἰρημένον, ἔργῳ διδαχθῶσιν, ὁρῶντες εἰς οἷον βάραθρον ἐξ ἀκρασίας περιπέπτωκας αὐτός· δεύτερον δὲ, τοῦ σὲ διὰ βίου φόβων καὶ κινδύνων ἀπαλλαγῆναι. εἰ
C γὰρ μὴ νῦν ἐνθάδε ἀχθεὶς ἐτύγχανες συγγνώμης, κατ' οὐδὲν ἀνεκτότερον ἂν ἔζης τοῦ Κάϊν βίον, στένων καὶ τρέμων ἐπὶ τῆς γῆς καὶ παρὰ παντὸς τοῦ προστυχόντος οἰόμενος αὐτίκα ἀπολεῖσθαι. νυνὶ δὲ συγγνώμης τυχὼν, ἡδέως βιώσεις καὶ ἀδεῶς, οὐδενὸς ἔτι δυναμένου τῶν εἰς ἐμὲ ἡμαρτημένων εὐθύνας ἀπαιτεῖν." Τοιαῦτα μὲν ὁ βασιλεὺς πρὸς Μάρκον εἶπεν. οἱ παρόντες δὲ ἀλλόκοτον μέν τινα ὄψεσθαι ἰδέαν θανάτου προσδοκῶντες, ἔπειτα ἐξαίφνης παρὰ δόξαν τὸν εἰς τὸν Μάρκον τοῦ βασιλέως ἔλεον καὶ τὴν σώζουσαν ψῆφον ἰδόντες ἐξε-
D νηνεγμένην, ἐθαύμαζόν τε τῆς συμπαθείας τὸν βασιλέα καὶ τῷ Μάρκῳ συνέχαιρον τῆς σωτηρίας, καὶ οἰκείαν ἕκαστος οἰόμενοι τὴν εὐεργεσίαν, σοὶ προσήκειν ἔλεγον, βασιλεῦ, πατέρα τὸν θεὸν ἐπικαλεῖσθαι καὶ μετὰ παῤῥησίας τῶν ἡμαρτημένων τὴν συγγνώμην αἰτεῖν, ὡς ἀφιέντι τῷ προσκεκρουκότι τὰ ὀφειλόμενα. τούτων καί τινων ἑτέρων τοιούτων ὑπὸ τοῦ πλήθους εἰρημένων, σὺν ἐκπλήξει καὶ χαρᾷ ὁ σύλλογος διελύθη.

P. 195 β'. Βασιλεὺς δὲ τὸ καὶ τοὺς τῷ πατριάρχῃ προσκεκρουκότας ἀρχιερέας μὴ τυχεῖν συγγνώμης ἡγούμενος οὐκ ἀνεκτὸν,

contra superiores, quos colere ac venerari debent; et quod a quodam sapiente praeclare dictum est, praestare ab alto, quam a lingua cadere, re ipsa docerentur, intuentes, in quale barathrum tu ex intemperantia linguae praecipitasses: altera, ut te per omnem vitam timore periculoque liberarem. Etenim nisi modo huc pertractus, veniam et pacem esses consecutus, tibi perpetuo gementi trementique super terram et a quovis obvio ictum lethiferum metuenti nihilo tolerabilior vita, quam ipsi Caino fuisset. Nunc venia donatus, iucunde secureque annos traduces, cum nemo amplius poenas in me commissorum abs te repetere possit. Hactenus Marco imperator. Qui praesentes aderant, cum se novum quoddam genus mortis visuros crederent, viderent autem praeter opinionem misericordiam Marco tribui eumque absolvi, et imperatorem de istac sympathia admirabantur, et Marco salutem gratulabantur. Cumque singuli in eo beneficium sibi accepisse viderentur, exclamabant: Tibi, imperator, Deum patrem appellare convenit et ab eo libere peccatorum veniam poscere, qui debitori tuo debita dimisisti. His ac similibus iactatis, conventus cum stupore et gaudio solutus est.

2. Ceterum imperator indignum ratus, non etiam a patriarcha ignosci episcopis, a quibus erat offensus, magnum domesticum mittit, qui velut suo nomine cum eo de reconciliatione ageret; ac per se,

τὸν μέγαν δομέστικον ἔπεμψε πρὸς τὸν πατριάρχην διαλεξό- A. C. 1328
μενον μὲν αὐτῷ καὶ ὡς ἐξ αὐτοῦ ὑπὲρ τῆς πρὸς τοὺς ἀρχιε- B
ρέας διαλλαγῆς, καὶ ἀφ' ἑαυτοῦ δὲ καθ' ὅσον ἂν οἷόν τε ᾖ
ἐπιμελησόμενον τῆς εἰρήνης. ὃς πρὸς πατριάρχην ἐλθὼν καὶ
πολλὰ πολλάκις ὑπὲρ τῶν ἀρχιερέων δεηθεὶς, ἐπεὶ ἤνυε μη-
δὲν, ἀλλ' ἀπαραιτήτως ὁ πατριάρχης εἴχετο τῆς ὀργῆς καὶ
οὐδ' ἂν εἴ τι γένοιτο συγγνώμην ἔλεγε παρασχεῖν, εἰ μὴ δίκην
δοῖεν πρότερον τῶν τετολμημένων· καὶ οὐδὲ ἀδικεῖν ἔλεγεν εἰ
ἐπὶ δίκην προκαλεῖται· ὑπολαβὼν ὁ μέγας δομέστικος, „ἀλλ' V. 158
οὐκ ἂν εἴη σοί τε κἀκείνοις ἐξ ἴσου τὰ τῆς δίκης" ἔφη „εἰ σὺ
μὲν καθεδῇ δικάζων τε ἅμα καὶ ἐγκαλῶν, αὐτοὶ δὲ τῷ αὐ- C
τῷ διαιτητῇ τε ἅμα ἀναγκάζοιντο χρῆσθαι καὶ κατηγόρῳ. εἰ
δὲ μὴ παρόψεσθαι τὸ δίκαιον αὐτῶν, μήτε μὴν ὀργῇ μᾶλλον
ἢ αὐτῇ τῇ δυνάμει τοῦ δικαίου τὰ πράγματα δικάσειν ἐπαγγέλ-
λῃ, ἀπαντήσουσιν ἐπὶ τὸ δικαστήριον ἡμέρᾳ τακτῇ." ὁ πατρι-
άρχης δὲ „τὸ μὲν ἐμοὶ τὴν δίκην προσήκειν τῶν τοιούτων καὶ
τοῖς λοιποῖς ἀδελφοῖς τοῖς ἀρχιερεῦσιν, οὐκ ἂν οὐδ' αὐτὸς" εἶπεν
„ἀρνηθείης. ὅτι δὲ αὐτὸς ὡς ἠδικημένος εἰς δικαστήριον ἕλκω
νῦν, οὐ δικαστὴς, ἀλλὰ κρινόμενος καθεδοῦμαι, τῶν ἄλλων δικα-
ζόντων ἀρχιερέων. εἰ δ' ἄρα δικάζοιμι καὶ αὐτὸς, μήποτε το-
σοῦτον μανείην, μηδ' ἀτοπίας εἰς τοσοῦτον ἐξελάσαιμι, ὥστε
ὀργῇ δικάζειν καὶ μὴ τοῖς ὀρθοῖς περὶ τῶν πραγμάτων λογι- D
σμοῖς, καὶ μάλιστα νυνὶ, ὅτ' οὐχ ὑπὲρ ἑτέρου, (ἦν γὰρ ἄν τις
συγγνώμη,) ἀλλ' ὅτε περὶ ἐμαυτοῦ τὴν ψῆφον ἐξάγειν μέλ-
λω." καὶ τάξαντες ἡμέραν ἐν ᾗ παρέσονται πάντες οἱ ἀρχιερεῖς,

18. ἀρνηθείης, quod Intpr. quoque legit, corr. ED. P. pro ἀρνηθείην.

quantum fieri posset, paci iungendae operam daret. Domesticus magnis et iteratis precibus pro episcopis orans nihil effecit. Tenebatur enim ira irrevocabili profitebaturque, non se ante ignoturum, quam illi audaciae suae poenas persolvissent, etiamsi coelum rueret. Neque se idcirco scelus facere, si ad iudicium eos provocaret. Tum magnus domesticus: Atqui impar erit in hoc iudicio litigantium conditio, si tu iudex simul et accusator sedeas, ipsique eundem experiri adversarium et arbitrum cogantur. Sin fidem das, te ius eorum non neglecturum, neque ex ira potius quam ex aequitate res indicaturum, die dicta se sistent. Contra patriarcha, Causarum huiusmodi cognitionem meam reliquorumque fratrum episcoporum esse, ne te quidem latet. Tamen quia nunc ipsos ut laesus in iudicium pertraho, non iudex, sed reus, aliis episcopis ius reddentibus, sedebo. Quod si vel ipse iudicium exercerem, nunquam eo insaniae insolentiaeve progrederer, ut iram magis, quam rectam rationem in iudicando ducem sequerer: nunc potissimum, quando non pro alio, (esset enim aliqua venia,) sed pro me sententiam laturus essem. Die igitur

A.C. 1328 ὡς τῆς δίκης ἐσομένης, ὁ μέγας μὲν δομέστικος τῷ πατρι-
άρχῃ συνταξάμενος, οἴκαδε ἀπεχώρει· ὁ πατριάρχης δὲ πρὸς
τοὺς παρόντας ἀγνοεῖν ἔφη ὅ,τι τῷ μεγάλῳ δομεστίκῳ τὴν
πρὸς τὴν δίκην ἐπαγγελίαν νοεῖν, ἢ τίνι θαῤῥοῦντα πρὸς
τὴν δίκην ἀπαντήσεσθαι τοὺς ἀρχιερέας φάναι, οὕτως αὐτο-
κατακρίτους ὄντας, εἰ μή τι καινότερον ἐπινενόηται αὐτῷ. οἱ
παρόντες δὲ, οἱ μὲν οὐδ' αὐτοὶ ἔφασαν τί δύνασθαι συνεῖναι,
οἱ δὲ ὑπώπτευον, μὴ οὐκ ἀληθῆ τὴν περὶ τῶν πραγμάτων
P.196 ἔσχεν ἀπαγγελίαν, ἀλλ' ὑπὸ πολλῶν καὶ συνεχῶν περιῤῥεό-
μενος φροντίδων, οὐκ ἀκριβῆ τὴν ἐξέτασιν ἐποιήσατο τῶν
ἀκουσθέντων. οὐ γάρ ἐστιν εἰκὸς πυθόμενον περὶ αὐτῶν, ὡς
ἐπ' οὐδεμιᾷ προφάσει, ἀλλὰ μόνῃ τῇ προστάξει πειθόμενοι
βασιλέως, αὐτόν τε ἐξήλασαν ἐλθόντες τῆς ποίμνης δι' ἑαυτῶν
παρὰ πάντα τὸν τοῦ δικαίου λόγον καὶ κατέκλεισαν ἐν φρουρᾷ
ὥσπερ τινὰ τῶν ἐπὶ δεινοτάτοις ἑαλωκότων, αὐτοί τε ὑφ' ἑαυ-
τοῖς ἐποιήσαντο τὴν ἐκκλησίαν καὶ τὰ μέγιστα ἀδικοῦντες καὶ
πλεονεκτοῦντες ἐδίδασκον τὸν λαὸν περὶ ἀρετῆς, μὴ δὲ ἐρυ-
B θριῶντες, ἀλλὰ καὶ σεμνυνόμενοι τῇ ἁρπαγῇ, ἐπαγγέλλεσθαι
αὐτοὺς ἀπαντήσειν εἰς τὴν δίκην· αὐτὸς γὰρ ἂν αὐτῶν ἁπά-
σαις πρότερον κατέγνω. ὁ πατριάρχης δὲ νοῦν μὲν αὐτοὺς ἔφη
λόγον ἔχοντα εἰρηκέναι, αὐτὸν δὲ μὴ πείθεσθαι οὕτως εἶναι,
ἀλλά τι τὸν μέγαν δομέστικον ἐπινενοηκέναι, βαθείαις, καθά-
περ ἴσμεν, κεχρημένον ταῖς φρεσὶν, ὃ νῦν ἡμᾶς μὴ δύνασθαι

12. Legebatur πυθόμενοι et 13. αὐτοί τε.

praefinito, quo episcopi iudicium obirent, magnus domesticus valedixit ac discessit. Tum patriarcha praesentibus, Nescire se, quid sibi velit, quod domesticus ad iudicium condicat: aut qua re confisus, episcopos adeo suo ipsorum iudicio iam damnatos, ad causam dicendam occursuros promittat, nisi novi quippiam fabricetur. Pars respondere, Ne se quidem prospicere, quorsum eat: pars, se suspicari, haud illi rem vere nuntiatam esse: sed variis assiduisque negotiis et curis circumfluentem, quae audisset, diligenter examinare ac perpendere non potuisse. Neque enim probabile apparere, si accepisset, quomodo nullam patriarchae culpam, sed mandatum dumtaxat imperatoris praetendentes venerint, eumque per se a grege contra omne ius et fas abegerint et non secus, quam dirissimo scelere notatum, in carcerem condiderint: sibi autem in ecclesiam auctoritatem arrogarint; et cum essent ipsi iniustissimi atque avarissimi, populum perfricta fronte de virtute docuerint: quin etiam ob rapinas suas gloria se et praedicatione extulerint, tales in iudicium venturos promissurum ac non potius ipsum omnibus prius calculis eos condemnaturum fuisse. Excepit patriarcha, Haud absurde locutos; se nihilo minus nondum adduci, ut credat, ita se rem habere: sed illum cumulatae prudentiae virum, quod sciant omnes, aliquid ex-

νοεῖν. ἐπεὶ δὲ ἐπηγγειλάμεθα τοὺς ἀρχιερέας πάντας εἰς τὴν A.C. 1328 τεταγμένην ἡμέραν συνελθεῖν, ὃ ἐπηγγειλάμεθα καὶ ἔργοις ἀναγκαῖον ἐκπληροῦν. Τῆς προθεσμίας δὲ ἐλθούσης, ἐν ᾗ τῶν ἀρχιερέων τὴν σύνοδον ἔδει εἶναι, οἱ μὲν ἐν πατριαρχείῳ παρῆσαν πάντες, ὁ μέγας δὲ δομέστικος τοὺς ὑπευθύνους τῶν C ἀρχιερέων παραλαβὼν καὶ παραγγείλας αὐτοῖς σιωπᾷν καὶ φθέγγεσθαι μηδὲν, ὡς ὑπὲρ αὐτῶν αὐτοῦ τοὺς λόγους ποιησομένου, ἦλθε σὺν αὐτοῖς ὡς ὑπὲρ ὧν ἐνεκαλοῦντο ἀπολογησομένοις. πάντων δὲ γενομένων ἐν ταὐτῷ, τοὺς ἐγκαλουμένους ἀρχιερέας ὁ πατριάρχης ᾐτιᾶτο ὑπὲρ τοῦ τῶν θρόνων ἀπελασθῆναι ὑπ' αὐτῶν, ἀδικήσαντα μηδὲν, καὶ προσέτι γε εἱρχθῆναι. οἱ μὲν οὖν ἐγκαλούμενοι ἀπεκρίναντο οὐδέν· σιωπῆς δὲ βαθείας γενομένης ἐπιπολὺ, ὁ μέγας δομέστικος εἶπεν „ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς ἐν τοῖς εὐαγγελίοις εἶπεν „ἐὰν D μὴ ἡ δικαιοσύνη ὑμῶν περισσεύσῃ πλέον τῶν γραμματέων καὶ V. 159 Φαρισαίων, οὐ δύνασθε εἰσελθεῖν εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν." τὸ δὲ „πλέον τῶν γραμματέων καὶ Φαρισαίων," ὡς ὑμῶν ἀκούω διδασκόντων ἐγὼ, οὐδὲν ἄλλο εἶναι ἢ τὸ μὴ μόνον τὸν ἀδικοῦντα μὴ ἀμύνεσθαι ἐκ τοῦ ἴσου, ἀλλὰ καὶ εὖ ποιεῖν καθ' ὅσον ἂν οἷόν τε ᾖ. διὸ καὶ τοὺς σωτηρίους νόμους τιθεὶς, τὸν ἑλκόμενον εἰς δικαστήριον ὑπὲρ τοῦ τὸν χιτῶνα ἀφαιρεθῆναι καὶ τὸ ἱμάτιον προσέταξε προσαποδύσασθαι, καὶ τὸν πατάξαντα ἐπὶ κόῤῥης μὴ μόνον εὐθύνας οὐκ ἀπαιτεῖν, ἀλλὰ καὶ τὴν ἑτέραν ἐμπαρέχειν, καὶ ἄλλα ὅσα τῆς αὐτῆς ἔξέχεται

8. ἀπολογησόμενος coni. ED. P. 14. Matth. 5. *ED. P.*

cogitasse, quod in praesens ipsi non perspiciant. Quia vero compromiserit, episcopos omnes die praestituta affuturos, id facto complere oportere. Ubi dies habendae synodo nominata illuxit, qui in patriarchio erant, praesto fuerunt. Magnus autem domesticus assumptis episcopis reis iussisque ne mutire quidem, quandoquidem ipse eorum causam acturus esset, cum illis veluti se defensuris adventavit. Congregatis iam eodem in loco universis, patriarcha episcopos accusare, quod immerens de throno ab ipsis depulsus et insuper carceri mandatus esset. Accusati nihil respondere. Post altum et longum silentium magnus domesticus ita infit: Dominus noster Iesus Christus in evangeliis ait: *Nisi iustitia vestra abundaverit plus quam scribarum aut Pharisaeorum, non intrabitis in regnum coelorum.* Illud autem *plus quam scribarum aut Pharisaeorum*, ut vos docentes audio, nihil est aliud, quam non solum iniurias inferenti par non referre, sed eidem etiam quantum possis benefacere. Quo circa idem dum salutares leges conderet, trahenti in iudicium propter auferendam tunicam, pallium quoque dimitti iussit: et percutienti unam maxillam citra vindictam porrigendam et alteram; et alia de-

A.C. 1328 διανοίας. παραθήγων δὲ ἡμᾶς εἰς τὴν ἐργασίαν τῶν σωτηρίων
P. 197 νόμων, ποτὲ μὲν εἶπε· „μὴ γνώτω ἡ ἀριστερά σου τί ποιεῖ ἡ δεξιά σου" καὶ „εἰσελθὼν εἰς τὸ ταμιεῖόν σου, πρόσευξαι τῷ πατρί σου τῷ ἐν οὐρανῷ" καὶ προσέτι „κλείσας τὴν θύραν," ποτὲ δὲ ὅτι „λαμψάτω τὸ φῶς ὑμῶν ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων, ὅπως ἴδωσι τὰ καλὰ ὑμῶν ἔργα." καίτοι γε τῷ δοκεῖν τὰ τοιαῦτα παραγγέλματα ἀντίκεινται ἀλλήλοις, ἐμοὶ δὲ δοκεῖν, τοῖς μὲν ἀτελέσιν ἡμῖν καὶ δυναμένοις ἐκ τῆς ἐπιδείξεως τῶν καμάτων τὰ ἔπαθλα ἀποστερεῖσθαι, τὸ ἐπικρύπτεσθαι αὐτὰ εἰρῆσθαι παντὶ σθένει· τοῖς διδασκάλοις δὲ ὑμῖν καὶ κοινὸν παράδειγμα τοῦ
B ὀρθοῦ καὶ σώφρονος βίου προκειμένοις, τὸ λάμπειν ὑμῶν τὰ καλὰ ἔργα, ὅπως οἱ πολλοὶ ὁρῶντες, τὸν πατέρα ἡμῶν δοξάζωσι τὸν ἐν τοῖς οὐρανοῖς. ἐὰν τοίνυν ὑμεῖς, οἱ φῶς ἡμῶν τῶν μαθητευομένων καὶ ταῖς ἀπάταις τοῦ βίου καὶ μερίμναις καὶ ἡδοναῖς προσισχομένων δίκαιοι ὄντες εἶναι, δεινοὶ καὶ ἀπαραίτητοι καὶ μηδεμίαν παρέχοντες συγγνώμην τοῖς ἀδικήσασι καὶ κακῶς ὑμᾶς διαθεῖσι φανῆτε, οὐ θηρίων ἀνημέρων ἀγριωτέρους ἡμᾶς καὶ ὠμοτέρους παρασκευάσετε γενέσθαι; καὶ συμβήσεται ὑμῖν, ὥσπερ τοῦ καλοῦ παράδειγμα γινομένοις ὑπὲρ τῆς πάντων ὠφελείας παρὰ τοῦ φιλανθρώπου καὶ δικαίου βραβευτοῦ στεφάνων ἀξιοῦσθαι καὶ γερῶν, οὕτω νῦν
C ὀφλεῖν οὐ τὰς τυχούσας δίκας ὑπὲρ τοῦ πᾶσι βλάβης ἀφορμὴν παρεσχηκέναι. ἐγὼ δὲ παράδειγμα φιλανθρωπίας καὶ ἀπὸ

2. Matth. cap. 6. *ED. P.*

mum, quae in eandem sententiam sequuntur. Exacuens porro nos ad servanda praecepta salutifera, aliquando dixit: *Nesciat sinistra tua, quid faciat dextra tua.* Et, *Ingressus cubiculum tuum, clauso ostio ora Patrem tuum, qui in coelis est.* Aliquando autem: *Luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona.* Hae leges quamvis secum pugnare videantur, tamen nisi aberrat opinio, nobis imperfectis et qui possumus ex ostentatione laborum nostrorum praemia amittere dictum est, uti ipsos totis viribus abscondamus: vobis autem magistris et communibus rectae inculpataeque vitae exemplaribus, ut luceant opera vestra: quo multi, dum ea intuentur, Patrem nostrum, qui in coelis est, glorificent. Si itaque vos qui lux nostra, nostra, inquam, qui discipuli sumus et fallaciis, sollicitudinibus ac voluptatibus huius vitae implicati tenemur, merito esse debetis, duri et inexorabiles eritis et mala irrogantes venia nulla prosequemini, nonne feris immitibus immitiores ac saeviores nos facitis? Quare quemadmodum si ad omnium fructum probitatis exemplaria fieretis, a pio et iusto certaminis arbitro coronis et praemiis dignaremini: sic nunc, quia omnibus nocendi aliis occasionem datis, non vulgaribus poenis condemnabimini. Atqui ego exemplum humanitatis de nobis, huic vitae affixis, proponam vobis, quod recentis-

τῶν τῷ βίῳ προσηλωμένων ἡμῶν παρέξομαι ὑμῖν οὔπω χθὲς A. C. 1328 καὶ πρώην γεγενημένον. ὁρᾶτε γὰρ τὸν βασιλέα, τοσοῦτο μὲν ἀρχῆς μέγεθος περιβεβλημένον, οὕτω δ' ἐν αὐτῷ τῷ τῆς νεότητος ἄνθει, ὅτε μάλιστ' ἄν τις, καὶ πολλὴν ποιούμενος ὀρθοῦ βίου φροντίδα, ῥᾷστα καὶ ὑπὸ ἡδονῶν κρατοῖτο καὶ πρὸς ἀμετρίαν ἐξάγοιτο θυμοῦ, πρὸς τὸν ὑβριστὴν καὶ τὰ δεινότατα τετολμηκότα Μάρκον ὁποίᾳ, μηδενὸς ἂν προσδοκήσαντος, ἡμερότητι ἐχρήσατο καὶ φιλανθρωπίᾳ. εἰ οὖν ἐκεῖνος νέος ὤν, D ὥσπερ ἔφημεν, καὶ βασιλεὺς καὶ τοῖς τοῦ βίου πράγμασι προσέχων, οὕτω συνέγνω τῷ πταίσαντι ῥᾳδίως, οὐ καὶ σὺ διδάσκαλός τε ὢν κοινὸς καὶ οἱονεὶ παράδειγμα προκείμενος ἐναρέτου βίου, τοῖς ὑπὸ ῥᾳθυμίας προσκεκρουκόσι συγγνώμην παρέξεις ἀδελφοῖς; ἀλλ' οὕτω διακαρτερήσεις ἀπαραιτήτως τῶν ἡμαρτημένων δίκας ἀπαιτῶν, μήτε πρὸς τὰς ἡμετέρας καμπτόμενος δεήσεις, μήτε οἶκτον μηδένα λαμβάνων ἀτυχούντων αὐτῶν καὶ τῆς παροινίας ἤδη δεδωκότων ἀξίας δίκας, ἐπὶ τοσοῦτον χρόνον εἰς δικαστήρια ἑλκομένων καὶ παρὰ πάντων περιορωμένων καὶ τὰ ἔσχατα πείσεσθαι προσδοκούντων; μή, παρακαλῶ. ἀναμνήσω δέ σε καί τινος ἐπαγγελίας ἧς ἐπηγγείλω P. 198 πρὸς ἐμέ. καὶ γὰρ ὅτε πρῶτον πρὸς σὲ ἀφῖγμαι ὑπὲρ τουτωνὶ δεόμενος τῶν ἀρχιερέων, ἐπεὶ πολὺς αὐτὸς ἐνέκεισο ἐπὶ δίκην καλῶν, ἀλλ' ὅρα, ἔφην, μὴ σύ, καὶ δικαστὴς καὶ κατήγορος ὤν, V. 160 τὸ τῶν δικαζομένων δικαίωμα παρίδῃς. τότε μὲν οὖν μὴ παρόψεσθαι ἐπηγγείλω· νῦν δ' ἤδη καιρὸς καὶ ἐπὶ τῶν ἔργων τὴν

17. Pro παρὰ ed. P. πάν, quod corr. Editor Ven.

sime contigit. Videtis imperatorem, quamquam in tanto tamque amplo imperio collocatum, nihilo minus in ipso aetatis flore, quando quis, etiam plurimum de vita recte instituenda sollicitus, facillime et a voluptatibus pessumdari et ad iram immoderatam impelli possit, adversus protervitatem Marci, omnium mortalium scelestissimi, quali quamque omnibus inopinata mansuetudine et clementia usus sit. Si ergo ille et aetate iuvenis et imperator, ut diximus, et negotiis huius vitae involutus, tam libenter offensam condonavit, tu communis praeceptor et tamquam sanctioris vitae speculum propositus, fratribus, ignavia quadam male de te meritis, nonne ignosces? an ita obfirmatus in reposcendis a sontibus poenis, neque nostris precibus inflexus, neque ulla infelicium miseratione captus persistes? qui dementiae suae pretium condignum iam tulerunt, tali tempore ad tribunal pertracti et ab omnibus despecti et ultima supplicia se passuros formidantes? Ah noli, obsecro. Redigam autem tibi in memoriam promissum quoddam, quod mihi dedisti. Ut primum ad te pro his episcopis oratum accessi, quia vehementer iudicium urgebas, Vide, inquiebam, ne tu iudex et accusator simul firmamenta reorum negligas. Ac tunc quidem te id minime facturum recipiebas. En tem-

A. C. 1328 ἐπαγγελίαν ἐκπληροῦν. τὸ γὰρ δικαίωμα αὐτῶν ἀφῖγμαι ἔχων
ἐγώ." καὶ ἀναστὰς εὐθὺς, ἐπεὶ ὅ, τε πατριάρχης καὶ οἱ
λοιποὶ συνανέστησαν πάντες, τοὺς ἐγκαλουμένους παραλα-
βὼν ἀρχιερέας, ἅμα δὲ καὶ τοῖς ἄλλοις παρακελευσάμενος τὰ
B ἴσα δρᾷν καὶ τῆς δεήσεως συνεφάπτεσθαι αὐτοῖς, πρὸς τοὺς
πόδας ὁμοῦ πάντες τοῦ πατριάρχου κατακλιθέντες, „συγχώρη-
σον ἡμῖν τοῖς ἐπταικόσιν" ἔλεγον „πάτερ, ἄφες, ἵνα καὶ σοὶ
παρὰ τοῦ πατρὸς τοῦ ἐν οὐρανοῖς τὰ ὀφειλήματα ἀφεθῇ."
οἱ μὲν οὖν τοιαῦτα ἐποίουν· ὁ πατριάρχης δὲ „ἀφύκτοις"
ἔφη „λίνοις ὑπὸ σοῦ, μέγα δομέστικε, περισχεθεὶς, ἐπεὶ μηδὲν
ἔξεστιν ἔτι δρᾷν ἢ ὅπερ αὐτὸς ποιῇ διὰ σπουδῆς, τὸ ἀντιλέ-
γειν ἀφεὶς, ὅπερ ἐθέλεις αὐτὸς ποιήσω." καὶ αὐτίκα συγγνώ-
μην τε ἐδίδου καὶ τῆς αἰτίας ἠφίει τοὺς λελυπηκότας, καὶ
παρὰ τοῦ θεοῦ συγχώρησιν αὐτοῖς τῶν ἡμαρτημένων ἐξῃ-
C τεῖτο, καὶ τῷ μεγάλῳ δομεστίκῳ πολλὰ ἐπηύχετο ἀγαθὰ τῶν
λόγων ἕνεκα, ὧν διεξῆλθε πρὸς αὐτούς. ἠσπάζετό τε τοὺς
λελυπηκότας ἀρχιερέας καθ' ἕνα καὶ εὐλογίας ἠξίου, δεῖγμα
καθαρᾶς διαλλαγῆς. μετὰ δὲ τοῦτο πατριάρχης μὲν διέλυσε
τὸν σύλλογον, βραχέα τινὰ διαλεχθείς· οἱ αἰτιαθέντες δὲ ἀρ-
χιερεῖς εἰς βασιλέα ἐλθόντες, πολλὰς ὡμολόγουν χάριτας
αὐτῷ τῆς ὑπὲρ αὐτῶν ἐπιμελείας καὶ σπουδῆς καὶ ἐπηύχοντο
πολλὰ ἀγαθά. βασιλεῖ δὲ ἰδίᾳ τοῖς τε ἐν τέλει καὶ τοῖς στρα-
τιώταις καὶ τοῖς ἄλλοις ἐπιτηδείοις πολλὰς παρεχομένῳ τὰς
εὐεργεσίας, οὐκ ἐδόκει δεῖν μὴ καὶ δημοσίᾳ τῷ δήμῳ καὶ
D πάσῃ τῇ πόλει χάριν καταθέσθαι τινὰ, καὶ τάς τε βιαιοτέ-

pus adest, ut quod promisisti, id re ipsa praestes: nam praesidia causae ipsorum ego mecum affero. Cum dicto surgens, (surrexerunt autem et patriarcha et reliqui omnes,) episcopos accusatos accipit et alios illos quoque ad preces secum coniungendas hortatur, atque ita simul omnes ad pedes patriarchae procidunt, clamantes: Ignosce lapsis nobis, pater: ut et tibi a patre coelesti debita ignoscantur. Haec illi faciebant. Patriarcha vero, Inextricabili, inquit, reti abs te comprehensus, magne domestice, quia aliud facere non licet, quam quod tibi studio est, omittam repugnare tibique parebo. Mox veniam largitur et crimine absolvit, a quibus fuerat violatus, et a Deo illis impunitatem poscit: magno domestico pro cohortatione multa bona comprecatur; singulosque episcopos, a quibus offensus erat, complexus, etiam benedictione (argumento utique non fucatae reconciliationis) impertit. Post haec pauca effatus, coetum dimittit. Episcopi absoluti imperatorem adeunt; de cura et diligentia in ipsorum causa declarata gratias amplissimas agunt: divinorum ei munerum copiam exoptant. Cui separatim primores, milites aliosque amicos ac necessarios munifice remuneranti, visum est non committendum, quo minus

ρας ἐκώλυσε συνεισφορὰς, καὶ ὅσοι ἀμπέλους ἢ οἰκήματα ἐν A. C. 1328
δημοσίοις χωρίοις εἶχον, ἐφ' οἷς συνετέλουν πρόσοδόν τινα
τακτὴν εἰς τὸ κοινὸν, τούτους ἐκέλευσε μηδὲν παρέχειν, ἀλλ'
ἄνευ φόρων καρποῦσθαι, καὶ χρυσόβουλλον δικαίωμα ἐπὶ
τῇ εὐεργεσίᾳ παρασχών.

γʹ. Ὑπὸ δὲ τοὺς αὐτοὺς χρόνους καὶ ὁ τῶν Μυσῶν P. 199
βασιλεὺς Μιχαὴλ πανστρατιᾷ ἐσέβαλεν εἰς τὴν Ῥωμαίων,
ἄγων καὶ Σκύθας συμμάχους, καὶ τὰς ἄνω τῆς Θρᾴκης ἐδῄωσε
πόλεις ἐφ' ἡμέραις ἱκαναῖς. ἐπεὶ δὲ ἐπύθετο ὁ βασιλεὺς τὴν
εἰσβολὴν, ὅσην ἐξῆν ἀθροίσας στρατιὰν, ἦλθεν εἰς Βιζύην B
κατὰ τάχος, κἀκεῖ παρεσκευάζετο πρὸς μάχην. Μιχαὴλ δὲ
ἐπεὶ πρὸς τῶν σφετέρων μάθοι κατασκόπων ἐν Βιζύῃ παρα-
σκευάζεσθαι τὸν βασιλέα, (ἔτι γὰρ ἐν τῇ Ῥωμαίων καθή-
μενος ἐδῄου,) δείσας μὴ ἐπελθόντα οὐχ οἷός τε ἀμύνεσθαι
ᾖν, ἔγνω δεῖν ἐξαπατῆσαι. καὶ πέμψας πρεσβευτὴν, ἀκηκοέ- V. 161
ναι ἔφασκεν εἰς Βιζύην ἀφιγμένον, στοχάζεσθαί γε μὴν ἐκ
τῶν εἰκότων μάχεσθαί οἱ ὡρμημένον ἐπιέναι. οὐ δεῖν οὖν
κατατρίβειν τὴν στρατιὰν μακρὰν ἀνύοντα ὁδόν. αὐτὸν γὰρ ἐς
τὴν ὑστεραίαν ἅμα ἕῳ ἀφίξεσθαι ἐς Βιζύην ὡς ἐς μάχην.
ὁ μὲν οὖν πρεσβευτὴς τοιαῦτα εἰπὼν ἀπῆλθε. Μιχαὴλ δὲ
ἄρας τῷ στρατῷ, τῆς τε ἡμέρας τὸ λοιπὸν καὶ τὴν ἐπιοῦσαν C
νύκτα βαδίσας συντόνως, ἐς τὴν ὑστεραίαν ἐν ὁρίοις τῆς ἰδίας
ἡγεμονίας ἦν. βασιλεὺς δὲ ἅμα πρωῒ τήν τε στρατιὰν κελεύ-
σας ἐν τοῖς ὅπλοις εἶναι καὶ τὴν ἔφοδον τῶν βαρβάρων πε-

etiam populo civitatique universae publice aliqua gratia referretur. Itaque vectigalia onerosiora sustulit; et quicunque vineas aut domicilia in locis publicis tributaria possidebant, iis pensionem remisit et beneficium istuc data aurea bulla constabilivit.

3. Sub idem tempus Moesorum rex Michael cum omnibus copiis suis et Scytharum auxiliis in fines Romanos irrupit superiorisque Thraciae oppida diebus multis depopulatus est. Eo comperto, imperator quam maximos potuit delectus egit, et Bizyam properans, ibi se ad proelium instruxit. Quod cum ex speculatoribus suis Michael didicisset, (adhuc enim Romanam provinciam devastabat,) metuens, ne adventantem sustinere non posset, ad fraudem confugiendum censuit. Misso igitur legato, dici iussit, audisse se, eum Bizyam advenisse. Ducere coniecturam e verisimilibus, hostili animo venisse, secum proeliandi ardore inflammatum. Ne igitur militem suum longo itinere delasset, se cum diluculo crastino Bizyam ad manum conserendam accessurum. His nuntiatis legatus discessit. At Michael inde se movens et per reliquum diei noctemque continenter ambulans, die altero fines sui principatus attigit. Imperator suis praecepit, uti mane in armis hostem exspectarent: et ipse conflictui necessaria curans, nonnul-

A. C. 1328 ριμένειν, ἐξηρτύετο καὶ αὐτὸς τὰ πρὸς τὴν μάχην. καὶ στρατιώτας ἔπεμψέ τινας ὡς τὸ στρατόπεδον τῶν πολεμίων κατασκεψομένους. περὶ μεσημβρίαν δὲ οἱ κατάσκοποι ἧκον στρατιῶται, ἄγοντες καὶ Μυσοὺς δοριαλώτους ἕξ· οἳ ἀνερευνώμενοι, τὸν βασιλέα ἔφασαν σφῶν τῇ προτεραίᾳ ἄραντα τῇ στρατιᾷ οἴχεσθαι εἰς τὴν οἰκείαν, αὐτοὺς δὲ ἁρπαγῆς ἕνεκα D περιλειφθέντας, ὑπὸ τῶν στρατιωτῶν ἁλῶναι. οὕτω μὲν Μιχαὴλ κατεστρατήγησε βασιλέα. οὐ πολλαῖς δὲ ὕστερον ἡμέραις καὶ αὐτὸς εἰσέβαλεν εἰς τὴν Μυσίαν, καὶ τἄλλα τε ἐκάκωσεν αὐτὴν καὶ Διάμπολιν εἷλεν ἐξ ἐφόδου· καὶ πορθήσας αὐτὴν, ἐπανέζευξεν εἰς τὴν οἰκείαν. ὁ Μιχαὴλ δὲ μετὰ ἑξηκοστὴν ἡμέραν τῆς βασιλέως εἰσβολῆς πάλιν καὶ αὐτὸς εἰσέβαλεν εἰς τὴν Ῥωμαίων. καὶ γενόμενος ἐν Ὀδρυσοῖς, τὸ Βουκέλου προσαγορευόμενον πόλισμα εἷλε προδοσίᾳ, τῶν φυλάκων νυκτὸς καταπροδόντων· καὶ ἐστρατοπέδευσεν ἐν αὐτῷ ἀδικήσας P. 200 μηδέν. βασιλεὺς δὲ Διδυμοτείχῳ ἐνδιατρίβων, ἐπεὶ ἐπύθετο τὴν εἰσβολὴν, εἰς Ἀδριανούπολιν ἦλθε κατὰ τάχος, κἀκεῖ συνήθροιζε τὴν στρατιὰν ὡς μαχούμενος Μυσοῖς. καὶ ὁ Μιχαὴλ ἐν Βουκέλου ἐστρατοπεδευμένος, παρεσκευάζετο καὶ αὐτὸς, ἐκ τῆς οἰκείας στρατιὰν μεταπεμπόμενος. καὶ ὕστερον ἡμέραις ὀλίγαις τὸ Προβάτου καὶ αὐτὸ πόλισμα ἐγγὺς ὂν περιστρατοπεδευσάμενος ἐπολιόρκει. οὕτω μὲν οὖν ἀλλήλοις ἀντεστρατοπεδεύοντο ἐπὶ τριάκοντα ἡμέραις ἐξαρτυόμενοι τὰ πρὸς τὴν μάχην. ἐπεὶ δὲ ἤδη πάντα ἐπεπόριστο καὶ ἔδει B ἐπιέναι, πρεσβείαν πέμψας ὁ βασιλεὺς πρὸς Μιχαὴλ, οἴεσθαι ἔλεγεν ἐπιλελῆσθαι αὐτὸν τῶν τε ὅρκων καὶ τῶν συνθηκῶν,

los ad castra Moesorum exploranda dimittit: qui sub meridiem cum sex Moesis captivis revertuntur. Ii interrogati, regem pridie cum exercitu domum regressum, se praedandi causa relictos et ita captos memorant. Sic Michael strategemate imperatorem delusit. Non multi dies intercesserunt, cum ipse quoque imperator Moesiam incursans, et cetera infestam habuit et Diampolin primo impetu expugnavit, atque ita in provinciam suam reversus est. Die ab hac incursione sexagesimo rursum Michael in Romanos praedabundus invadit, et in Odrysis Bucelum oppidulum per proditionem excubitorum capit ibique castra sine maleficio ponit. Imperator Didymotichum incursione perlata, Adrianopolin festinat, ubi militem ad pugnam colligit. Michael quoque domo cohortes Bucelum evocat seseque ad certamen comparat. Post paucos dies Probatum vicinum oppidulum obsidione cingit. Sic usque in tricesimum diem castra castris opponentes, ad proelium sese instruebant. Paratis iam omnibus, cum ad manus veniendum esset, mittit legationem ad Michaelem imperator, cuius haec summa fuit: Videri ipsum foederis et iurisiurandi, quod inter se apud Tzer-

οἳ ἐγένοντο αὐτοῖς συγγενομένοις ἐν Τζερνομιάνου, καὶ διὰ A.C. 1328
τοῦτο τῇ τε Ῥωμαίων πρῶτον ἐσβεβληκέναι καὶ τὸν πόλεμον κεκινηκέναι, αὐτὸν δὲ μεμνῆσθαί τε τῶν συνθηκῶν καὶ ἐμμένειν ταῖς σπονδαῖς. ἀδικούμενον δὲ καὶ προεπιβουλευόμενον ἀμύνεσθαι, καὶ ἄκοντα ἐς τὸν πόλεμον καθίστασθαι, τοῦτο μὲν, ὅτι καὶ ἡ ἑκατέρωθεν στρατιὰ τῆς αὐτῆς εἰσι θρησκείας, οὓς οὐ πρὸς ἀλλήλους, ἀλλὰ μετ' ἀλλήλων ἔδει τοῖς ἀσεβοῦσι περὶ τὸν θεὸν βαρβάροις ἐπιέναι· τοῦτο δ', ὅτι καὶ αὐτὸν ἀδελφῆς ὄντα σύνοικον τῆς ἑαυτοῦ οὐ βούλοιτο πολέμιον, ἀλλὰ φίλον ἔχειν. πλὴν ἐὰν τὸ πόλισμα ἀποδῷ, ὃ λα- C
βὼν ἔχει προδοσίᾳ· ἐὰν δὲ μὴ ἀποδιδῷ, τὸν σταυρὸν, ὃν πρότερον πέπομφε πρὸς αὐτὸν, ἐπὶ τῆς σημαίας ἀναθεὶς, ἐλεύσεται ἐπ' αὐτόν. ὁ Μιχαὴλ δὲ καὶ αὐτὸς ἀντεπρεσβεύετο πρὸς βασιλέα, τὸν ἴσον τρόπον αὐτόν τε εἶναι τοῦ σφετέρου παῖδα πατρὸς καὶ τὴν αὐτοῦ ἀδελφήν. προσήκειν οὖν αὐτὸν τὴν πατρῴαν ἔχοντα πᾶσαν ἀρχὴν, καὶ τὴν ἀδελφὴν κατὰ τὸν τοῦ δικαίου λόγον μέρους τινὸς τῶν πατρῴων κληρονομεῖν. ὁ βασιλεὺς δὲ καὶ πάνυ βούλεσθαι τοῦτο ἔφη, καὶ μὴ μόνον τὸ Βουκέλου πόλισμα, ἀλλὰ καὶ πόλεις ἑτέρας ὡς τοῦ πατρῴου κλήρου καὶ αὐτῷ συμμετέχοντι παρασχεῖν· πλὴν D
κατὰ τὸν ἄνωθεν ἐπικρατήσαντα Ῥωμαίοις νόμον. οὗτος δέ V. 162
ἐστι, τὸ τῶν παίδων βασιλέως τὸν μὲν προήκοντα τῷ χρόνῳ βασιλέα τε ἀναγορεύεσθαι καὶ τῶν ἄλλων ἄρχειν, τοὺς δ' ἄλλους ἀδελφοὺς ὑπείκειν τε τῷ πρώτῳ καὶ δουλεύειν ἀκριβῶς.

6. Mendose in MS. Intpr. Θράκης: *quia uterque exercitus Thraces sint. ED. P.*

nomianum dedissent, oblivione captum, atque ideo et Romanam regionem incursasse et bellum commovisse: se pactorum meminisse nec ea temerare: sed inique laesum prioremque insidiis appetitum, velle a se vim arcere ac depellere, et invitum ad hoc proelium adigi: et quia uterque exercitus eandem religionem sectetur, quos non se mutuo, sed iunctim impios in Deum barbaros armis lacessere oporteret, et quia soror sua cum eo nupta sit, quem proinde amicum sibi, non hostem cupiat; dummodo oppidum proditione occupatum restituat: sin minus, cum cruce, quam antea ab eo missam acceperit, in summo vexilli collocata, illum invasurum. Michael per legatos in hanc sententiam respondet, Ipsum imperatorem et sororem eius eiusdem patris esse liberos: decere igitur et iustum esse, quando ipse paternum imperium omne teneat, sororem quoque portionem aliquam paternae hereditatis cernere. Ad haec imperator, Id se percupere: nec Bucelum tantummodo, sed alias urbes insuper ei tamquam paternorum bonorum consorti tradere; salva tamen ipsa iam vetustate corroborata Romanorum lege, quae sic habeat: Ex filiis imperatoris qui aetate antecesserit, imperatorem salutanto, et is fratribus imperato, et hi seniori ceduunto seduloque

A. C. 1328 εἰ οὖν ἀρεστὸν αὐτῷ κατὰ τὸν ἐπικρατήσαντα τουτονὶ Ῥω-
μαίων νόμον, δούλῳ καὶ εἶναι καὶ ὀνομάζεσθαι βασιλέως,
καὶ αὐτὸς ἕτοιμος εἶναι ὡς ὑπὸ τὴν οἰκείαν ἀρχὴν τελοῦντι
καὶ πόλεις καὶ χώρας παρασχεῖν. Μιχαὴλ δὲ ἐπεὶ ἐγγὺς
ἐστρατοπεδεύετο καὶ αὐτὸς, δι' ὀλίγου τὰς ἀποκρίσεις ποιού-
μενος, οὐκ ἔφη προσήκειν καὶ αὐτῷ βασιλεῖ ὄντι, ὑφ' ἕτερον
βασιλέα τελεῖν· ἀλλ' εἰ βούλοιτο τὸ Βουκέλου πόλισμα ἀπο-
λαβεῖν, τὴν Σωζόπολιν κατὰ τὸν Εὔξεινον Πόντον πολυάν-
P. 201 θρωπον οὖσαν καὶ μεγάλην πόλιν ἀντ' ἐκείνου δοῦναι. βασι-
λεὺς δὲ τότε μὲν ἀπεκρίνατο οὐδὲν, ἀλλ' ἐκέλευσε τοὺς πρέ-
σβεις εἰς τὸ στρατόπεδον ἀναπαύλης τυχεῖν· εἰς τὴν ὑστε-
ραίαν δὲ ἅμα ἕῳ τὴν στρατιὰν ἐκέλευσεν ὁπλίσασθαι πᾶσαν.
καὶ ἦσαν ἐν τοῖς ὅπλοις πάντες, οὐ μόνον αὐτοὶ λαμπρῶς
καὶ διαπρεπῶς κεκοσμημένοι, ἀλλὰ καὶ ἵπποι, οἱ μὲν θώραξιν
ἐκ βύρσης πεποιημένοις, οἱ δὲ ἁλυσειδωτοῖς. καὶ ἦν ἰδεῖν οὐ
μόνον ὅπλων καὶ ἵππων ἕνεκα πολυτελῶς μάλιστα παρεσκευα-
σμένην τὴν Ῥωμαίων στρατιὰν, ἀλλὰ καὶ πλήθει, ἐκ πολλοῦ
τοῦ χρόνου οὔπω ἄχρι καὶ τότε τοσαύτην συνελθοῦσαν εἰς
B ἕν. ἥ τε γὰρ ἐκ τῆς ἑσπέρας πᾶσα παρῆν καὶ Μακεδόνες καὶ
Θρᾷκες, καὶ ὅσοι ἐκ τῶν κατὰ τὴν ἕω τοῖς Ῥωμαίοις ὑπη-
κόων πόλεων ἦσαν· καὶ ἐκ Βυζαντίου δὲ αὐτοῦ οὐ μόνον
ἱππεῖς, ἀλλὰ καὶ πεζὸς πολὺς, ὁπλῖταί τε καὶ τοξόται ψιλοί.
ἐπεὶ δὲ κατὰ φάλαγγας ὡς ἐς μάχην παρετάξαντο, τοὺς Μυ-
σῶν μεταπεμψάμενος πρέσβεις ὁ βασιλεὺς, „τὴν μὲν στρατιὰν

15. Scr. ἁλυσιδωτοῖς.

serviunto. Quamobrem si ei placeat, iuxta hanc fixam et confirmatam legem imperatoris servum et esse et appellari, se vicissim paratum esse, illi velut ex proprio ac debito principatu urbes et regiones addicere. Michael, quia cum copiis haud longe distabat, statim respondit, Cum ipse quoque rex sit, absurdum videri, in alterius regis arbitrio esse. Si Bucelum recipere velit, Sozopolin ad Pontum Euxinum amplam et populosam urbem contra dedat. Imperator tum nihil respondens, legatos in castris corpora cibo somnoque curare iussit. In diem sequentem omnibus suis arma imperat, nec ipsi solum, sed equi etiam splendide ornati instructique: et alii quidem e corio, alii hamatis thoracibus induti apparebant. Erat porro videre Romanum exercitum non tantum qua armis, qua equis instructum sumptuosissime; sed etiam numero tantum, quantus iam pridem nunquam in unum convenerat. Occidentalis quippe totus aderat cum Macedonibus et Thracibus: et ex orientis urbibus, quae quidem Romanis subessent, atque etiam e Byzantio equitatus et peditatus multus, gravisque armaturae et sagittarii. Postquam vero per phalangas tamquam ad certamen obeundum fuerunt dispositi, accitis Moesorum

ὁρᾶτε τὴν ἐμὴν" ἔφη „ὡς παρεσκεύασται πρὸς μάχην· ἀπελθόντες δὲ ἀπαγγείλατε βασιλεῖ τῷ ὑμετέρῳ, ὡς, ἐγὼ μὲν ἀσπαζόμενος τὴν εἰρήνην πρότερον πολλάκις διεπρεσβευσάμην πρός σε περὶ αὐτῆς· σοῦ δὲ οὐδὲν ἐπιεικὲς ἀποκρινομένου, τῇ τοῦ σταυροῦ δυνάμει θαῤῥῶν, ὃν αὐτὸς ἐγγυητὴν ἐμοὶ παρέσχου C τοῦ μηδέποτε παρασπονδῆσαι, βαδιοῦμαι ἐπὶ σέ." βασιλεὺς μὲν οὖν τοιαῦτα εἶπεν. οἱ πρέσβεις δὲ ᾗ τάχους εἶχον, πρὸς βασιλέα ἀφιγμένοι τὸν ἑαυτῶν, τούς τε λόγους ἀπήγγελλον βασιλέως, καὶ ὡς ἡ στρατιὰ τοσαύτη τε οὖσα καὶ οὕτως ὡπλισμένη ἐν ὁδῷ εἰσιν ἤδη τῇ πρὸς αὐτούς. Μιχαὴλ δὲ πρότερον μὲν οὐκ ἂν οἰόμενος εἰς χεῖρας αὐτοῖς ἰέναι Ῥωμαίους ὑπομεῖναι, τότε δὲ ἤδη ὁρῶν αὐτοὺς ὡρμημένους πρὸς τὴν μάχην, τό, τε πλῆθος καὶ τὴν παρασκευὴν πυθόμενος ὅση ἦν, οὐκ ἔγνω δεῖν ἐν πολεμίᾳ εἰς προὖπτον κίνδυνον καθιστᾶν ἑαυτόν. καὶ πέμψας πάλιν τοὺς πρέσβεις ᾗ ἐδύναντο τάχιστα D πρὸς βασιλέα, τό, τε πόλισμα Βουκέλου ἐπηγγέλλετο παραδώσειν καὶ εἰρήνην ἄξειν τοῦ λοιποῦ, καὶ ἐδεῖτο βασιλέως εἰς τὸ οἰκεῖον στρατόπεδον ἀπαγαγεῖν τὴν στρατιάν. βασιλεὺς δὲ ὁρῶν αὐτοῖς ἐν καλῷ τῷ σχήματι τὴν ἀναχώρησιν γινομένην καὶ τὴν νίκην ἀναιμωτὶ προσγινομένην, ἄσμενος ἀνεχώρησε πρὸς τὸ στρατόπεδον. τό, τε γὰρ πρότερον μὴ λόγοις καὶ τῇ τοῦ καλοῦ καὶ δικαίου κρίσει τὸν Μιχαὴλ πεισθῆναι τὸ Βουκέλου ἀποδοῦναι, ἀλλὰ νῦν καὶ τὸ, ἤδη πρὸς μάχην παρατεταγμένης τῆς Ῥωμαίων στρατιᾶς, τὴν ἔφοδον αὐτῶν οὐχ ὑπομεῖναι, ἀλλὰ καὶ πρὸ τῆς συμβολῆς ἡττῆσθαι ταῖς γνώ-

A.C. 1328

legatis imperator, Exercitum meum ut sit ad dimicationem paratus videtis, inquit. Itote ergo regique vestro nuntiate, me iam antea pacis cupidissimum, non semel ad illum super ea legatos misisse; eum nihil aequum ac tolerabile respondisse. Itaque crucis virtute fretum quam sibi velut pignus constantiae suae in foedere servando dederit, adversus illum processurum. Haec imperator. Legati ad regem celerrime reversi, quid imperator dixerit, quomodo ingentes copiae et sic armatae contra ipsum in via sint, retulerunt. Michael, qui antea rebatur Romanos secum decertare haud ausuros, intelligens eos iam non parvo exercitu et magno apparatu ad proelium procedere, statuit, non debere in aliena regione praeviso discrimini semet obiectare. Quapropter denuo missis legatis, idque cum celeritate maxima, Bucelum redditurum et de cetero pacem servaturum spondet: rogatque, uti militem in castra reducat. Imperator animadvertens hunc receptum sibi fore honorificum, cum incruenta victoria libens castra repetit. Nam nuper nec verba, nec aequi bonique sensus ut Bucelum restitueret, ei persuadere potuissent, quod nunc restitueret, quodque Romani exercitus per ordines ad pu-

A. C. 1328 μαις καὶ δείσαντας ἀπαγορεῦσαι τὴν μάχην, τὸ Ῥωμαίων
ἡττῆσθαι φανερῶς ὁμολογούντων ἦν. καὶ διὰ τοῦτο καὶ βασιλεῖ
ἐδόκει χρῆσθαι τῷ καιρῷ καὶ μὴ | πέρα τοῦ προσήκοντος φιλο-
P. 202 νεικεῖν. ἐν γὰρ τοῖς προτέροις χρόνοις, Ἀνδρονίκου τοῦ πρε-
V. 163 σβυτέρου βασιλέως ἄρχοντος, πολλὰς ἐς τὴν Ῥωμαίων ἐσβολὰς
τῶν Μυσῶν ποιησαμένων, ἐπεὶ οὐδεὶς αὐτοῖς ἀντεπεξῆλθεν,
ἀλλὰ πρεσβείαις καὶ λόγοις πιθανοῖς διελύετο τὰς πρὸς αὐτοὺς
διαφορὰς ὁ βασιλεὺς, ᾤοντο ὡς τισιν ἀμάχοις μηδὲ προσβλέ-
πειν ἔτι δυνήσεσθαι τοὺς Ῥωμαίων βασιλέας. τότε δὲ ὁ Μι-
χαὴλ ὁρῶν ἤδη βασιλέα ἐπιόντα πολλῇ τε καὶ ἀγαθῇ τῇ στρα-
τιᾷ, οὐ τὰς αὐτὰς εἶχε γνώμας, ἀλλ' ἐδόκει δεῖν ὑποχωρεῖν.
τοιοῦτον γὰρ τὸ βαρβαρικὸν ἅπαν, τοῖς τε οὐχ ὑπομένουσιν ἐπε-
λαῦνον ἀκρατῶς καὶ μετὰ πολλῆς ἐπικείμενον ὁρμῆς, καὶ τοῖς
B μὴ ἐκπληττομένοις, ἀλλὰ μένουσιν ἐν τῷ πολεμεῖν, οὐκ αὐτοὶ
ἀντεπιόντες. ἡ μέντοι στρατιὰ Ῥωμαίων μονονουχὶ τὰ ἀπὸ
τῶν πολεμίων σκῦλα οἰόμενοι ἀποστερεῖσθαι, ἠνιῶντο, ὅτι μὴ
συνέβαλον Μυσοῖς· τοσαύτη προθυμία κατέσχε πάντας πρὸς
τὴν μάχην. ὅμως τῶν περὶ τῆς εἰρήνης συνθηκῶν γεγενημέ-
νων, τό, τε Βουκέλου ἀπέδωκεν ὁ Μιχαὴλ πρὸς βασιλέα, καὶ
ἔφιπποι εἰς τὴν ὑστεραίαν ἑνωθέντες, τήν τε φιλίαν ἀνενεώ-
σαντο, καὶ Ῥωμαίοις καὶ Μυσοῖς οὐκέτι πόλεμος ἐκινήθη,
ἀλλ' εἰρήνην ἦγον τοῦ λοιποῦ. συνθέμενοι δὲ ἀλλήλοις ὡς εἰς
τοὐπιὸν ἐν ταὐτῷ γενήσονται ὅποι ἂν δοκῇ, ὁ μὲν εἰς Μυσίαν,

1. δείσαντα male coni. ED. P.

gnam distributi accessum non tulisset, sed ante conflictum animo victus et timore perculsus pugnam recusasset, confessio manifesta erat, Romanos superiores esse. Quare et imperator occasione utendum, nec ultra quam fas contendendum iudicavit. Etenim ante id tempus, Andronico seniore imperante, cum in Romanorum provinciam saepius impressionem fecissent, nemoque illis occurrisset: sed legationibus et sermonibus dumtaxat fuissent diremptae controversiae, opinabantur, Romanos imperatores eorum, ut bello insuperabilium, ne aspectum quidem laturos esse. Tum vero magno atque strenuo exercitu tendentem in se imperatorem cernens Michael, aliter sensit et pedem omnino referendum duxit. Tale nimirum universe barbarorum ingenium est, effrenato impetu instare cedentibus: intrepidos et in acie stantes aggredi non audere. Romani milites quod concurrere et hostium spolia, quae tantum non de manibus sibi erepta putabant, legere non licuisset, tristabantur; tanta dimicandi cupido omnes ceperat. Tamen pace constituta et foedere novo confirmata, Michael Bucelum reddidit; et die sequenti in equis convenientes, amicitiam renovarunt; nec deinde inter Romanos et Moesos bellum, sed perpetua pax fuit. Cumque pepigissent, in po-

βασιλεὺς δὲ εἰς Βυζάντιον ἐπανῆκον, καὶ ἡ στρατιὰ διελύθησαν κατὰ πόλεις. A. C. 1328 C

δ'. Τοῦ Συργιάννη δὲ ὑπὸ τοῦ πρεσβυτέρου βασιλέως Ἀνδρονίκου, καθάπερ ἔφθημεν εἰπόντες, ἐν δεσμωτηρίῳ φρουρουμένου ὑπὸ κλοιοῖς, ἐπεὶ ὁ νέος βασιλεὺς Βυζάντιον ἑλὼν D τῆς ἁπάσης ἀρχῆς ἤδη ἐγκρατὴς ἦν, ὁ μέγας δομέστικος Συργιάννη μνησθεὶς καὶ πρὸς αὐτὸν εἰς τὸ δεσμωτήριον ἐλθὼν, ἐπεὶ τήν τε ἄλλην ἀπὸ τοῦ δεσμωτηρίου κακοπάθειαν καὶ μάλιστα τὴν ἀπὸ τῶν κλοιῶν πιέζουσαν αὐτὸν ἑώρα, βασιλέως ἐδεήθη πρῶτα μὲν ἀφεθῆναι τῶν κλοιῶν· ἔπειτα δὲ καὶ ἀπὸ τοῦ δεσμωτηρίου, ἐν ᾧ ἐφρουρεῖτο, εἰς τὸν τοῦ Ἀνεμᾶ καλούμενον πύργον γυναικὶ καὶ τέκνοις συνδιάγειν· καὶ κατεπράξατο αἰτήσας. ἔτι μέντοι ἐφρουρεῖτο· κατὰ δὲ τὴν ἐκ Θρᾴκης πρὸς Βυζάντιον ἐπάνοδον αὐτῶν αὖθις βασιλέως ὁ μέγας δομέστικος ἐδεῖτο, τελέως τῆς εἱρκτῆς ἀπολυθῆναι Συργιάννην. μικρὸν δὲ ἐπισχὼν ὁ βασιλεὺς, λελυπῆσθαι ἔλεγε καὶ P. 203 πάνυ παρ' αὐτοῦ νυνὶ, καὶ τὰς αἰτίας προσετίθει, ἀναξίας φάσκων τῆς πρὸς αὐτὸν φιλίας τὰς διανοίας ἔχειν αὐτόν. τοσοῦτον γὰρ αὐτῷ περιεῖναι τῆς πρὸς αὐτὸν φιλίας, ὥστ' εἰ καθ' ἡντιναοῦν αἰτίαν οἰκείους ἔδοξεν αὐτῷ καὶ φίλους καὶ περιουσίαν πᾶσαν, αὐτά τε τὰ τιμιώτατα καὶ τὰ φίλτατα καταλιπόντα, ἐπὶ ξένης οἰκεῖν ἑλέσθαι, αὐτὸν μὲν πείθειν ἀποσχέσθαι τοῦ πράγματος ἐπιχειρεῖν, τὴν ἀτοπίαν ὅση ἐκδιδάσκοντα· εἰ δὲ μὴ δύναιτο κωλύειν, μὴ ῥᾷστα τὴν διάζευ-

sterum conventuros, quo loco complacuisset, ille in Moesiam, imperator Byzantium iter arripuit, et miles oppidatim diffluxit.

4. Syrgiannes, ut supra docuimus, a seniore Andronico in vincula compactus fuit. At postquam iunior Byzantio potitus, totum imperium obtinuit, magnus domesticus eius viri recordatus et ad eum in carcerem ingressus, ubi loci paedorem squaloremque et boiarum inprimis cervici eius inductarum pondus aspexit, imperatorem oravit, primum quidem ut iis levaretur: deinde ut etiam ex ipso quo tenebatur carcere in arcem, Anemae vocatam, cum uxore liberisque victurus dimitteretur. Et valuerunt preces. Nihilo minus adhuc custodiebatur. In reditu autem e Thracia Byzantium iterum imperatorem rogavit, ut Syrgiannes e custodia prorsus ac perfecte eximeretur. Imperator se colligens, modo ab illo summa se affectum molestia dixit causamque adiunxit: quod nempe suo erga ipsum amore domesticus indigna cogitaret. Adeo quippe excellenter se illum amare, ut si is quacunque tandem de causa propinquis, amicis, omnibus fortunis, pretiosissimis atque carissimis quibusque relictis, in peregrino solo potius degere vellet, conaturus esset ut rem illaudabilem dissuadere; si id nequiret, disiunctionem corporum

A.C. 1328 ξιν ἂν ὑπενεγκεῖν, ἀλλὰ καὶ αὐτὸν ἐκ τοῦ ὁμοίου πᾶσιν εἰ-
V. 164 πόντα χαίρειν, τὸ σὺν αὐτῷ πλανᾶσθαι μᾶλλον ἑλέσθαι. ἔτι
B δὲ εἰ αἵρεσις αὐτῷ προὐτέθη παρὰ τοῦ τὰ τοιαῦτα πάντα
δυναμένου ὥστε τὸν ἕτερον αὐτῶν ἀπαλλάττεσθαι τοῦ ζῆν,
ἀπύσαις ἂν εἵλετο τὸ πρὸ αὐτοῦ ἀποθανεῖν. ἀλλὰ μὴν εἴγε
καὶ οἰκείοις ὄμμασιν ἑώρα ξίφος ἔχοντα αὐτῷ ὡς ἀποκτε-
νοῦντα ἐπιέναι, εἶθ' ὑπ' ἄλλης τινὸς αἰτίας καὶ πάνυ μὴ
βουλόμενον συμβέβηκε κεκωλῦσθαι, μηδ' οὕτω δυνηθῆναι ἂν
ποτε ἀπεχθῶς διακείσεσθαι αὐτῷ. καὶ ὅλως μηδὲν εἶναι ὃ
καθ' ἡδονὴν ὂν αὐτῷ πραχθῆναι, μὴ αὐτὸν σὺν πάσῃ προ-
θυμίᾳ παρασχεῖν, ὡς ἅττα ἂν αὐτῷ ἀρέσκῃ, καὶ αὐτῷ ἡδέων
φαινομένων. τούτων οὖν οὕτως ἐχόντων, ὥσπερ καὶ αὐτὸν
σαφῶς οἴεσθαι πεπεῖσθαι, θαυμάζειν ὅτι μὴ, κατὰ γνώμην ὂν
C αὐτῷ Συργιάννην ἀπολυθῆναι τῆς εἱρκτῆς, ἐλευθέρως καὶ ἀπε-
ριέργως εἶπεν ἐξ ἀρχῆς, ἀλλ' ὥσπερ τινὰς τιθέμενον ἀναβα-
σμοὺς, πρῶτα μὲν εἰπεῖν, τῶν κλοιῶν αὐτὸν ἀνεθῆναι, εἶτ'
ἐκ τοῦ δεσμωτηρίου πρὸς ἕτερον ἐπιεικέστερον μετενεχθῆναι,
ὥστε δύνασθαι αὐτῷ καὶ τὰ τέκνα συνεῖναι καὶ τὴν γυναῖκα,
νυνὶ δὲ παντάπασιν ἀπολυθῆναι τῆς εἱρκτῆς. „δέον γὰρ μετὰ
τῆς σοι προσηκούσης παῤῥησίας εὐθὺς ἐξ ἀρχῆς τὸ βούλημα
ποιῆσαι φανερὸν, καὶ μὴ διατεμόντα εἰς πολλὰ κατὰ μέρος
ποιεῖσθαι τὰς αἰτήσεις· σὺ δ' ὥσπερ ἢ ἐμοῦ πολλὴν μικρολο-
γίαν καὶ ἀφιλοτιμίαν κατεγνωκὼς περὶ τοὺς φίλους, ἢ σαυ-

2. ἔτι δὲ scripsi pro ἔτι τί, ED. P. προσέτι εἰ aut ἔτι καὶ εἰ.

non ferentem, similiter omnia valere iussurum et cum eo potius incertis sedibus vagaturum. Insuper si optionem daret is, qui haec absolute potest, ut alter pro altero moreretur, se pro illo huius lucis usura libentissime cariturum. Quinimmo, si stricto ense occidendi causa in se euntem videret, ac deinde impedimento aliquo licet maxime repugnans prohiberetur, ne sic quidem posse unquam sibi odiosum fieri. Denique quidquid carum et iucundum sibi praestari velit, id se quam cupidissime praestiturum. Nam quae eius animo placeant, eadem et sibi suavia atque amoena videri. Quae cum ita sint, quemadmodum et ipsemet certo sciat, mirari se, cum Syrgiannem custodia liberatum desideraret, quomodo id non a principio ingenue simpliciterque aperuerit: sed gradatim ascenderit ac primum collariam detrahi petiverit: dein hominem in carcerem tolerabiliorem transferri, ubi nati et coniux cum eo degere queant: nunc autem omnino e carcere dimitti. Par fuisse pro ea qua apud se gratia auctoritateque valeat, statim a principio voluntatem suam declarare liberrime: nec ea divisa in partes, sic pro reo precari. Eum autem perinde verba fecisse, ac si vel in amicos sordidum et honoris eorum negligentem ipsum iudicaret; vel se parum posse sentiret. At-

τῷ ἀδυναμίαν συνειδὼς, οὕτως ἐποιήσω τοὺς λόγους. οὗ δὴ A.C. 1328 ἕνεκα καὶ ἀχθεσθῆναι εἶπον. νυνὶ δ' ἐπεί σοι φίλον ἀπολυθῆ- D ναι Συργιάννην, τὸ κωλύον οὐδέν. ἅττα γὰρ ἂν αὐτῷ σοι καὶ βέλτιστα δοκῇ καὶ ἡδέα, οὐκ ἔσθ' ὅπως μὴ ἐκ τοῦ ἴσου ὅμοια κἀμοὶ δοκεῖν." Ὁ μέγας δὲ δομέστικος „ἀληθῆ γε εἴρηκας" εἶπεν „ὦ βασιλεῦ, οὐ γάρ ἐστιν, οὐκ ἔστιν οὐδὲν, ὃ θελήσαντος ἐμοῦ πραχθῆναι, ἐναντίαν οἴσεις ψῆφον αὐτός. καὶ τοῦτο οὐκ ἀπὸ τῶν πρὸς ἐμὲ εἰρημένων νυνὶ λόγων, ἀλλὰ πολὺ πρότερον ἐξ αὐτῶν τῶν ἔργων ἐμοί τε πρῶτον καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασίν ἐστι καταφανές. ὅτι δὲ τὸν ἴσον τρόπον ἔχω καὶ αὐτὸς πρὸς σὲ, οὐδ' ἀποδείξεως δεήσεσθαι δοκῶ· αὐτὸς γάρ μοι φθάσας πρότερον συνεμαρτύρησας καλῶς. ἐγὼ P. 204 δὲ τὴν πρὸς ἀλλήλους ἡμῶν φιλίαν παραβάλλων, τῷ μὲν ὄγκῳ τῆς ἀρχῆς καὶ τῷ μεγέθει ἐλασσοῦσθαι νομίζω καὶ παρὰ πολύ· τοῖς λοιποῖς δὲ ἅπασι λείπεσθαι οὐδ' ὁπωσοῦν. οὐ μόνον γὰρ ἃ προείρηκας αὐτὸς, ἀλλ' εἴ τι καὶ τούτων μεῖζον, καὶ ποιεῖν καὶ ὑπομένειν ὑπὲρ τῆς πρὸς σὲ φιλίας ἕτοιμος εἶναι. καίτοι γε κατ' ἐμαυτὸν πολλάκις τοὺς παρὰ ποιηταῖς καὶ συγγραφεῦσι παρὰ πάντα τὸν χρόνον ἐπὶ φιλίᾳ ὑμνουμένους ἐξετάζων, καὶ παραβάλλων τοῖς ἡμετέροις τὰ ἐκείνων, καίτοι γε δοκούντων τῇ φιλοτιμίᾳ τῶν ποιητῶν καὶ πέρα τοῦ ἀληθοῦς καὶ προσήκοντος ηὐξῆσθαι, ὅμως κατ' οὐδὲν B ἀποδέοντα, εἰ μὴ καὶ μείζω τὰ ἡμέτερα εὑρίσκω. εἰ δέ ποτε συμβαίη τοιούτοις λογισμοῖς περιπεσεῖν, ὥστε ἀμφιβάλλειν εἴ

que hoc esse, quod sibi molestum accidere testatus sit. Nunc quoniam optet, Syrgiannem e carcere educi, educeretur: quaecunque enim ipse in bonis et iucundis numeraret, fieri non posse, quin ab se quoque numerarentur. Tum magnus domesticus: Vera sunt haec, imperator; nihil enim est, nihil, inquam, est, quod si fieri velim, tu non concedas; idque non ex hac oratione tua, sed ex factis ipsis mihi inprimis, deinde aliis omnibus pridem constat. Me autem eodem esse in te animo, pluribus demonstrandum non opinor; tu enim alias mihi praeclarum huius rei testimonium impertivisti. Ego vero cum mutuum amorem nostrum comparo, magnitudine et maiestate imperii multum superari, ceteris rebus ne tantillum quidem abs te vinci me existimo. Neque enim ea solum quae commemorasti, sed si quid iis maius excogitari potest, pro eo quantum te diligo, et facere et perpeti en paratum habes. Et quamvis saepenumero per me ipse consideravi atque cum nostra coniunctione contuli, quos in omni memoria a poëtis et historicis ab amicitia celebratos invenio, (etsi poëtae ambitiosius supraque verum et plus quam decet rem exaggerasse videantur,) nihilo minus caritatem nostram si non maiorem, certe haud minorem illorum caritate invenio. Quod si aliquando in eam cogitationem ve-

A.C. 1328 τις ἔστιν ἰδέα φιλίας ἢ τρόπος ἕτερος, ὃν ἡμεῖς οὐκ ἐπεδειξά-
μεθα ἀλλήλοις, ἢ εἰ μὴ πρὸς τὸ ἀκρότατον ἀφίγμεθα αὐτῆς, ἢ
ἀποπνίγεσθαι ἀνάγκη καὶ πνευστιᾶν ὑπὸ τῆς ἀγωνίας καὶ μηδὲ
ζῆν ἐθέλειν, εἰ περὶ τὸ οὕτω καλὸν δεύτερός τινος φαινοίμην,
ἢ ἀποπηδᾶν τῶν τοιούτων λογισμῶν καὶ τὴν ψυχὴν πείθειν
ἰσχυροτέραις ἤ, ὅ φασιν, ἀνάγκαις γεωμετρικαῖς, ὡς οὔτε ἔστιν,
V. 165 οὔτε γεγένηταί τις ἰδέα φιλίας, ἣν οὐ πρὸς ἀλλήλους αὐτοὶ ἐπε-
C δειξάμεθα καὶ μεθ᾽ ὑπερβολῆς. καὶ τοῦτο συνιδόντα καὶ τὸν
εὐαγγελιστὴν Ἰωάννην ἐννοῶ τοῖς ἀνθρώποις παραγγέλλειν,
τὴν ἴσην ὥσπερ πρὸς τοὺς φίλους, οὕτω δὴ καὶ πρὸς τὸν θεὸν
ἐνδείκνυσθαι ἀγάπην. εἰ γὰρ ὥσπερ αὐτὸς ἐξήρτημαι τῆς σῆς
γνώμης καὶ πάντα δεύτερα ἥγημαι τῆς θεραπείας τῆς σῆς, οὕτω
διεκείμην καὶ πρὸς τὸν θεόν, ποῦ οὐκ ἂν προῆλθον ἀρετῆς, ἢ
ποίαν οὐκ ἂν εἰσήνεγκα σπουδὴν καὶ προθυμίαν ὑπὲρ τοῦ τὰς
ἐντολὰς αὐτοῦ σὺν πάσῃ προθυμίᾳ ἐκπληροῦν; εἰ δὲ σὺ μέν,
D ὥσπερ εἴρηκας, πάντα δεύτερα τῆς πρὸς ἐμὲ ἡγῇ φιλίας, ἐγώ
τε τοῦ παντὸς τιμῶμαι τὰ σοὶ φίλα καὶ λογίζεσθαι καὶ πράτ-
τειν, πῶς ἂν ἔχοι χώραν, ἃ ἐνόμιζον ἀνιᾶν, ταῦτ᾽ ἐξεπί-
τηδες λογίζεσθαι ποιεῖν; ὃν δὲ τρόπον ἔσχε τὰ περὶ Συργιάν-
νην, αὐτὸς ἐρῶ. τὰς μὲν αἰτίας ἐφ᾽ αἷς ἁλοὺς κατεκρίθη δε-
σμωτήριον οἰκεῖν ὑπὸ βασιλέως τοῦ πάππου τοῦ σοῦ, οἶσθα
καὶ αὐτός. ἐγὼ δὲ μετὰ τὸ Βυζάντιον ἡμᾶς ποιήσασθαι ὑφ᾽

9. ἐν νοῷ legebatur.

nirem, ut dubitarem, ecquid esset alia quaedam species aliusve modus in amicitia, quem inter nos non usurpassemus, an ad summum eius fastigium pervenissemus: aut aegre spirare ac paene suffocari me prae angore animi vitamque acerbam putare me oporteret, si in re tam honesta tamque liberali alicui secundus invenirer: aut resilire ab huiusmodi cogitatis et animum firmioribus, quam, quod dicunt, geometricis demonstrationibus convincere, non esse, non fore ullam amicitiae formam perfectionemque, quam inter nos non expresserimus ita, ut accedere nihil possit. Hoc et Ioannes evangelista videns, uti opinor, hominibus praecepit, talem erga Deum caritatem ostendere, qualem erga amicos. Si enim ego quemadmodum a tua voluntate totus pendeo, omniaque prae tuo cultu et observantia parvi pendo, sic erga Deum afficerer, quo non virtutis processissem aut quod studium, quam cupiditatem ad mandata eius hilarissime obeunda non adhibuissem? Si porro tu, sicut dixisti, omnia amori nostro postponis, et vicissim in amore tui mihi sunt omnia, ut quae tu vis, ea et cogitem et agam, qui potui, quae molestiam tibi paritura crederem, ea de industria facere? Iam quis status Syrgiannis fuerit, edicam. Quorum criminum compertus, ab avo tuo carcere damnatus sit, tu quoque nosti. Atqui ego, subacto a nobis Byzantio, vehementer durum et a commiseratione alienum censui,

ἑαυτοῖς, ἀσυμπαθὲς ἔκρινα καὶ δεινῶς ἄγνωμον, εἰ μή τινι A.C.1328
ἄλλῳ, τῇ πρὸς αὐτὸν γοῦν ἐπιδημίᾳ τὴν συμφορὰν εἰς ὅσον
οἷόν τε ἐπικουφίσαι καὶ παραμυθίαν παρασχεῖν τινα, μὴ
παντελῶς ἀπεῤῥίφθαι ἐλπίσαντα παρὰ τῶν φίλων. γενό-
μενος δὲ ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ πρὸς αὐτὸν, καὶ τήν τε ἄλ- P.205
λην κάκωσιν τὴν ἀπὸ τοῦ δεσμωτηρίου καὶ μάλιστα τὴν ἀπὸ
τῶν κλοιῶν ἑωρακὼς, δεινῶς τε ἤλγησα ὑπὲρ αὐτοῦ καὶ πα-
ραμυθίαν τινὰ εἰ οἷόν τε αὐτῷ προὐθυμήθην ἐξευρεῖν. καί
σοι προσελθὼν, περὶ τῶν κλοιῶν ἐδεόμην μόνων, ἀρκοῦσαν
ἡγούμενος εἶναι ὡς ἐν δεινοῖς παραμυθίαν. ἐπεὶ δὲ ἐγενόμην
ἐν συνηθείᾳ καὶ συχνῶς ἐφοίτων πρὸς αὐτὸν, ἐκεῖνος μὲν οὐδ'
οὕτω πρὸς ἐμὲ ἐμνήσθη τῶν κακῶν ἀπαλλαγῆς, οὐ μόνον τὴν
σὴν περὶ τὸ συγγινώσκειν τοῖς προσκεκρουκόσι φιλοτιμίαν οὐκ
εἰδὼς, ἀλλὰ καὶ ἑαυτῷ τὰ δεινότατα συνειδὼς καὶ διὰ τοῦτο B
τὴν παραίτησιν ἀπαγορεύων. ἐγὼ δ' ἔτι μᾶλλον ἐκ τῆς συν-
ηθείας ἐπικαμπτόμενος πρὸς τὴν αὐτοῦ κακοπραγίαν, ᾠήθην
δεῖν ἀπό τε τοῦ δεσμωτηρίου εἰς ἕτερον ἐπιεικέστερον μετα-
γαγεῖν καὶ τὴν τῆς μητρὸς καὶ γυναικὸς καὶ τῶν φιλτάτων
συνδιαγωγὴν αὐτῷ ἐφεῖναι, νομίζων οὕτως ἂν ἡμῖν τε εἶναι
ἀσφάλειαν τοῦ μή τι ἐπιβουλεύεσθαι παρ' αὐτοῦ, καὶ αὐτὸν
οὐδὲν ἧττον ἢ εἰ παντάπασι τοῦ δεσμεῖσθαι ἀπολέλυτο, ἡδέως
βιώσεσθαι καὶ ἀνειμένως. τοῦτο μὲν οὖν αἰτήσας παρὰ σοῦ,
ἔπραξα αὐτῷ· ἡ δὲ μήτηρ μὲν αὐτοῦ, θεία δὲ ἐμὴ, ὅπερ
οὐδ' ἂν ποτε ἤλπισεν ὁρῶσα γεγενημένον, καὶ ταῦτα ὑπ' οὐ-

non aditu saltem et collocutione eius aerumnam aliquantum allevare et consolatione aliqua miserum delinire, si aliud non liceret; sperantem ita, se non penitus contemptum ab amicis et abiectum. Cum venissem autem in carcerem vidissemque quantopere cum ipso loco perquam horrido, tum vinculis collo iniectis affligeretur, eius vicem etiam atque etiam dolui et solatium ei, si quod possem, impertire studui: teque adiens, de vinculis tantum detrahendis oravi: quod in his malis hoc levamentum sufficere arbitrabar. Ubi crebrius ad eum ventitans, familiarius agere coepi, ille ne sic quidem liberationis mentionem apud me intulit; non solum tuae ad inimicis ignoscendum incitatae voluntatis nescius, sed etiam sibi nefandorum facinorum conscius, ob quae effectum deprecationis desperabat. At ego ex illa consuetudine magis sortem hominis miseratus, in carcerem mitiorem transferendum, matris, uxoris carissimorumque liberorum convictum ei permittendum existimavi: ratus, nos etiam sic ab eius insidiis tutos fore ipsumque perinde ac si custodia omni liber esset, vitam placidam et iucundam victurum. Hoc igitur illi precibus apud te meis impetravi. Hic mater eius eademque consobrina mea factum videns, quod nunquam speravisset, idque per me

A.C. 1328 δενὸς ἐμοῦ παρακεκλημένου, εὔελπις καὶ πρὸς τὰ λείποντα γε-
C γενημένη, προσῆλθέ τε καὶ ἐδεήθη περὶ τῆς τοῦ υἱοῦ ἐλευ-
θερίας. ἐγὼ δὲ ὅτι τε συγγενής ἐστιν ἐμὸς ἐνθυμηθεὶς καὶ
τὴν ἀρχαίαν φιλίαν καὶ τὴν ἐν ταῖς στρατείαις συνδιατριβὴν,
(ὑφ' ἑνὶ γὰρ καθηγεμόνι τῷ ἡμετέρῳ θείῳ Ἀγγέλῳ τῷ μεγάλῳ
στρατοπεδάρχῃ τὰ πολέμια ἐδιδασκόμεθα, ὃς οὐ μόνον τοὺς
νῦν ἐν ταῖς στρατηγίαις παρήλασε πολλῷ τῷ μέτρῳ, ἀλλὰ καὶ
τοῖς πάλαι ὑμνουμένοις ἐν ταῖς συγγραφαῖς Ῥωμαίων στρα-
τηγοῖς ἤρισεν ἂν περὶ πρωτείων,) καὶ ὡς ἐν ἡμέρᾳ τῇ αὐτῇ
D πολεμίοις πρώτοις (Πέρσαι δὲ ἦσαν) συνήλθομεν εἰς χεῖρας·
τὸ δέ με πάντων μάλιστα πεῖσαν, ὅτι εἰ τοσαῦτα ὅσα σύνοιδεν
V. 166 αὐτῷ προσκεκρουκότι συγγνώμην παράσχοις αὐτὸς, πάσης αἰ-
τίας ἀπολύσας, μεταβαλεῖν ἂν ἐνόμισα καὶ αὐτὸν, ἐκ τῶν
πραγμάτων αὐτῶν διδαχθέντα περὶ οἷον ἠγνωμόνει, καὶ τοῦ
λοιποῦ μενεῖν εὔνουν καὶ φίλον πιστόν· ὡς ἐντεῦθεν δύο τὰ
μέγιστα ἐξειργάσθαι, σοί τε φιλανθρωπίας καὶ ἡμερότητος
παρασχόντα ἀφορμὴν καὶ προσέτι χρήσιμον ἐν πολλοῖς ἄνδρα
προσαγαγόντα, ὃς δι' οἰκείαν ἀγνωμοσύνην ἀπολώλει, καὶ αὐ-
τῷ μεγίστων ἀγαθῶν αἰτιώτατον ὀφθέντα, ἐπειθόμην τε αὐτοῖς
δεομένοις, καὶ σοὶ προσελθὼν περὶ τῆς παντελοῦς αὐτοῦ ἐλευ-
P. 206 θερίας διειλέχθην. ἐπεὶ ἄλλως γε εἰ ἐπὶ τῆς αὐτῆς μοχθηρίας
καὶ τοῦ λοιποῦ αὐτὸν ὑπενόουν μενεῖν, οὐχ ὅτι γε αὐτὸς, ἀλ-
λὰ καὶ ἑτέρου πράττοντος ἐκώλυσα ἂν τὴν ἐλευθερίαν. τοῖς

13. νομίσαν legebatur; ED. P. coni. νομίσαντα.

sollicitatum a nemine, magna spe in futurum quoque subnixa, de reliqua libertate filio impetranda mecum egit. Ego meum consobrinum esse cogitans, veterisque amicitiae et commilitii memor, (sub uno enim magistro avunculo nostro Angelo magno stratopedarcha militiae rudimenta posuimus, qui non modo huius aetatis ductores longo intervallo superavit, sed etiam cum priscis Romanorum ducibus, quos historiarum monumenta loquuntur, de palma contenderit,) et in memoriam regrediens quo pacto eodem die primum cum hostibus (erant autem Persae) pedem contulerimus; quodque me praecipue movebat, confisus, si tam multa, quorum sibi in te commissorum esset conscius, ignosceres et omni crimine absolveres, ipsum quoque mores mutaturum, re ipsa doctum videlicet, in qualem virum adeo peccavisset, ac de cetero in fide et benevolentia mansurum, ut hinc duo quaedam eximia conficerem; et tibi nimirum humanitatis ac mansuetudinis exercendae occasionem darem praetereaque virum ad multa idoneum conciliarem, quem scelus suum perdiderat; et ipsi maximorum bonorum summus auctor fierem: illius rogatu, matris inquam, de eius plena liberatione te allocutus sum. Alioqui si in eadem pravitate perseveraturum suspicatus fuissem, non modo non ipse libertatem ei petivissem, sed quovis alio petente ne libe-

γὰρ εὐνοοῦσί σοι φίλος εἶναι οὐ μᾶλλον προῄρημαι ἐξ ἀρχῆς A.C. 1328 ἢ πολέμιος τοῖς ἐπιβουλεύουσι." Τοιαῦτα μὲν πρὸς ἀλλήλους διειλέχθησαν αὐτοί· ἐπεὶ δὲ ἐκεκύρωτο τὸν Συργιάννην τοῦ δεσμωτηρίου ἀφεθῆναι, ἡ τοῦ βασιλέως μήτηρ βασιλὶς ἡ Ξένη πυθομένη, ὅτι βασιλεῖ τοιαῦτα ἔδοξε περὶ αὐτοῦ, ἐδυσχέραινέ τε οὐκέτι ἀνεκτῶς καὶ τὸν μέγαν δομέστικον εἶχεν ἐν αἰτίαις, οὐ μόνον ὅτι πολεμίῳ ὄντι βασιλέως καὶ διὰ τοῦτο δικαίῳ ὄντι δεσμοῖς ἀφύκτοις διὰ βίου ἔχεσθαι παντὸς αὐτὸς συνεῖπε B πρὸς τὴν ἐλευθερίαν, ἀλλ' ὅτι μήτε πρότερον αὐτῇ μηδὲν μήτε προεῖπε, μήτε ἐβουλεύσατο περὶ αὐτοῦ. ὁ μέγας δὲ δομέστικος αἰτίας ἀπολύων ἑαυτὸν, ἀγνοεῖν τε ἔφασκεν ὅτι μὴ εἴη κατὰ γνώμην τὰ πραττόμενα αὐτῇ, καὶ διὰ τοῦτο μηδὲν περὶ τούτου πρότερον αὐτῇ διαλεχθῆναι. ὅμως ἐπεὶ ἔδοξεν, ἀπελύετό τε τῶν δεσμῶν ὁ Συργιάννης καὶ εὐμενείας ἀπέλαυε καὶ εὐποιΐας τῆς παρὰ βασιλέως. C

ε. Ὑπὸ δὲ τοὺς αὐτοὺς χρόνους καὶ ἐξ Ἀλαμανῶν ἀφίκετο πρὸς βασιλέα τὸν πρεσβύτερον πρεσβεία χρήματα αἰτοῦντες, λέγοντες, κατὰ παλαιὰν συμμαχίαν καὶ φιλίαν τῆς σφετέρας τε καὶ τῆς Ῥωμαίων ἡγεμονίας, ὅταν του δέωνται, προσήκειν ἑκατέροις κομίζεσθαι παρ' ἀλλήλων. Γεμπλίνοις γὰρ πᾶσι φιλίαν εἶναι πρὸς τοὺς Ῥωμαίων βασιλέας, καὶ σπουδάζεσθαι αὐτοῖς ὅσα ὠφέλειάν τε καὶ τιμὴν Ῥωμαίοις περιποιεῖ· D νυνὶ δὲ χρημάτων δεομένους, ἀναγκαίως πρὸς βασιλέα ἥκειν,

20. Γέμπλινοι nil aliud quam Geblini sive Gibelini sunt. Ceterum senior Andronicus subsidia Gibelinis misit contra pontificios, ut ex Ioanne Villani Florentino lib. 9. patet. *ED. P.*

raretur, impedivissem. Haud enim magis tibi benecupientes amare, quam insidiantes odisse ab initio fixum certumque habui. Haec illi inter se sermocinabantur. At Xena imperatoris mater, filium Syrgiannis dimissionem decrevisse audiens, id passa est aegerrime, accusabatque magnum domesticum, non solum quod hosti imperatoris et idcirco sempiternis vinculis iure constringendo ipse ad libertatem patrocinaretur: sed quod se rem celasset penitus, neque super illo se consuluisset. Domesticus culpam ab se removens, nescisse respondit, id eam nolle: ideo nihil prius cum ea communicasse. Ceterum Syrgiannes carcere pro decreto solutus imperatorisque humanitatem ac beneficentiam expertus est.

5. Sub idem tempus ex Alemania ad seniorem imperatorem legati veniunt, pecuniam petentes, quod ex veteri societate et amicitia, quae ipsis cum Romanis intercederet, consentaneum videretur, alteros ab alteris, si quo egerent, adiuvari. Geblinis enim omnibus cum Romanis imperatoribus hospitium esse; qui studiose curarent quaecunque Romanis emolumentum ac decus afferrent. Nunc pecuniae egentes, ad imperatorem compulsos confugere, suae inopiae

A.C. 1328 θαῤῥοῦντας ὡς λήψονται ὅτου ἂν δέωνται. ἐπεὶ δὲ Ἀνδρόνι-
κον τὸν πρεσβύτερον βασιλέα εὗρον τῆς ἀρχῆς ἐκβεβλημένον,
πρὸς τὸν νέον ἐποιοῦντο τὴν πρεσβείαν. βασιλεὺς δ' ἐπεὶ ἐπύ-
θετο περὶ ὧν ἥκοιεν, ἐπέτρεπε τῷ μεγάλῳ δομεστίκῳ πρὸς
αὐτοὺς ποιήσασθαι ἀπολογίαν ᾗ ἂν δόξειε μάλιστα τὸ εὔλογον
ἔχειν. ὁ δὲ μετακαλεσάμενος τοὺς πρέσβεις, βασιλέα τε ἔφα-
σκεν ἀκηκοέναι περὶ ὧν ἥκουσι πρεσβεύοντες καὶ αὐτὸν, καὶ
τὴν μὲν παλαιὰν συμμαχίαν καὶ φιλίαν αὐτῶν πρὸς τοὺς Ῥω-
P. 207 μαίων βασιλέας καὶ αὐτὸν εἰδέναι, καὶ ὡσπερεὶ μίαν ἡγε-
V. 167 μονίαν ἀμφοτέρας τὰς βασιλείας νομίζειν, καὶ δίκαιον ἅμα
καὶ προσῆκον ἡγεῖσθαι, ὅτου ἂν δέωνται ἑκάτεροι, ὠφελεῖσθαι
παρ' ἀλλήλων. χρήματα δὲ ἃ αἰτοῦσι νῦν, εἰ πρὶν τὸν πρὸς
ἀλλήλους τῶν Ῥωμαίων βασιλέων πόλεμον κεκινῆσθαι ἧκον,
ἐκομίσαντο ἂν ᾗ ἐβούλοντο ἀρκοῦντα πρὸς τὴν χρείαν. νυνὶ
δὲ ἀναλωθέντων εἰς τὸν πρὸς ἀλλήλους πόλεμον, χρημάτων
μὲν τὸ νῦν εἶναι οὐκ εὐπορεῖν· ἕτερον δὲ τρόπον δύνασθαι
ἰάσασθαι τὴν ἀπορίαν τῶν χρημάτων. στρατιὰν γὰρ ἂν πα-
ρασχεῖν πολλήν τε καὶ ἀγαθὴν, συμμαχήσουσαν ἐπὶ τοὺς πο-
B λεμίους. οἴεσθαι δὲ μηδὲ αὐτοὺς ἑτέρου του ἕνεκα ἢ τῆς
στρατιᾶς δεῖσθαι τῶν χρημάτων, καὶ εἰ τούτου τύχοιεν, τὸ
σπουδαζόμενον αὐτοῖς ἠνύσθαι. οἱ πρέσβεις δὲ χρημάτων ἕνε-
κα ἥκειν ἔλεγον, οὐ στρατιᾶς. τὴν γὰρ αὐτῶν πολλούς τε καὶ
ἀγαθοὺς τρέφειν οἷς ἔξεστι χρῆσθαι τῷ σφετέρῳ βασιλεῖ, ἀνα-
λωμάτων εὐποροῦντι. τοὺς μὲν οὖν πρέσβεις οὕτως εὐφυῶς

ab ipso consultum iri confidentes. Sed cum Andronicum seniorem imperio motum reperirent, ad iuniorem adierunt. Is causa adventus eorum percepta, magno domestico quae convenientissima putaret respondendi partes dedit. Ille vocatis ad se legatis, sibi et imperatori quamobrem adessent, intellectum esse et vetustam eorum cum Romanis societatem amicitiamque haud se ignorare dixit: et utrorumque imperium quodammodo unum principatum sibi videri; iustum item et cum officio coniunctum esse, ambos invicem utilitates afferre. Quod ad pecuniam attineret, si venissent antequam bellum inter imperatores gereretur, quantum pro necessitate voluissent, accepturos fuisse. Nunc idem bellum exhausisse aerarium. Verumtamen alia via posse huic ipsorum sumptuariae difficultati occurrere: exercitum enim magnum ac fortem contra hostes militiae socium praebituros. Sic namque se existimare, non alius, quam exercitus causa ipsos quaerere pecuniam. Hunc ergo si adipiscantur, quod tam diligenti opera conarentur invenire, iam inventum habere. Contra legati, se pecuniae, non exercitus causa missos: regionem ipsorum multos alere strenuosque milites, quibus uti eorum regi liceat, si sumptus tantum in stipendia non desit. Hunc in modum legatos

ὁ βασιλεὺς ἀπεπέμψατο, δώροις φιλοφρονησάμενος εἰς ὅσον A.C. 1328 ἐξῆν μεγαλοπρεπῶς· τὴν δὲ πρὸς τοὺς πρέσβεις τοῦ μεγάλου δομεστίκου πυθόμενος ἀπολογίαν, νῦν μὲν ἔλεγε πρὸς αὐτὸν ἁρμόζουσαν φαίνεσθαι τὴν πρὸς τοὺς Λατίνους ἀπολογίαν πεποιῆσθαι δοκοῦσαν φίλοις αὐτοῖς οὖσιν ἐπαγγέλλεσθαί τινα ὠφέλειαν παρέξειν, ἐὰν δὲ αὐτοῖς ἐδόκει τὴν ἐπηγγελμένην C στρατιὰν ζητεῖν, ἀπορεῖν ἧς ἂν εὐπόρησεν ἀπολογίας. ὁ μέγας δὲ δομέστικος καὶ αὐτὸς μὲν εἶπεν ἐπὶ νοῦν ταύτην ἐσχηκέναι ἀπορίαν πρὸς ἐκείνους ποιούμενος τοὺς λόγους, πλὴν τὸ μὲν ἀπορεῖν χρημάτων εἰπεῖν οὐδεμίαν αὐτοῖς ἂν φέρειν αἰσχύνην, ἅτε δὴ καὶ αὐτῶν ἀπορούντων καὶ δεομένων παρ᾽ αὐτῶν. στρατιὰν δὲ παρέχεσθαι ἐπηγγέλθαι, μάλιστα μὲν ὅπερ ἦν καὶ αὐτὸν οἰόμενον, οὐ στρατιᾶς ἐρεῖν, ἀλλὰ χρημάτων δεῖσθαι. εἰ δ᾽ ἄρα καὶ πρὸς τὰ δεύτερα χωροῖεν, νῦν μὲν εἰπεῖν οὐ ῥᾴδιον παρασχεῖν, καιροῦ δεομένην πρὸς παρασκευὴν, ἄλλως τε οὐδ᾽ ἀκριβῶς εἰδότας, εἰ κατὰ γνώμην εἴη τῷ σφετέρῳ D βασιλεῖ· εἰ δ᾽ ἀπελθόντες πρὸς τὴν οἰκείαν ἀπαγγείλωσι περὶ τῆς στρατιᾶς καὶ δέοιτο αὐτῆς, τότ᾽ ἤδη τοὺς παραληψομένους ἥκειν. χρονίου γὰρ οὔσης καὶ ὑπερορίου τῆς στρατείας, καὶ χρόνου δεῖσθαι συχνοῦ πρὸς τὴν παρασκευήν. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν τοιαῦτα. ἐξ ἐκείνου δὲ τοῦ χρόνου, ἐξ ὅτου βασιλεὺς ὁ νέος τοῦ πάππου καὶ βασιλέως διαστὰς, εἰς Ἀδριανούπολιν ἧκεν ἄχρι καὶ τότε, τοῖς τε ἄλλοις ἅπασι τοῖς πραττομένοις καὶ δὴ καὶ τοῖς βασιλικοῖς γράμμασιν, ἃ ἐπὶ βεβαιώσει ἐγίνετό

imperator dextre et donis quam potuit magnificis humaniter donatos ab se dimisit; auditoque quid respondisset iis magnus domesticus, opinari se affirmavit, apte et convenienter Latinis respondisse, cum tanquam amicis subsidium aliquod promissum esset: qui si voluissent promissa exigere, non videre se, quid responderi potuisset. Et magnus domesticus, sibi quoque inter respondendum eandem dubitationem exortam. At enim quod pecuniam deficere dixerit, pudori minime futurum, quando et ipsi ea careant, atque aliunde petant. Copias autem datum iri pollicitum, quantumvis perbene sciret, id quod erat, non militem illos desiderare: sed nummaria paupertate laborare. Si tamen ad alterum etiam processissent, dicturum fuisse, nunc difficulter dari posse, quod mora ac tempore ad colligendum opus foret. Ad haec nondum liquido sciri, an id ipsorum regi placiturum sit. Reversi igitur domum, super exercitu certiorem facerent: et si quidem indigeret, tum venirent qui eum abducerent. Quippe cum lentum ac longum negotium sit, copias peregrinas et e locis remotissimis contrahere, tempore diuturniore opus habere. Et haec quidem isto modo acta sunt. Ex quo autem nepos ab avo dissidens Adrianopolin venit, usque ad illum diem rebus omnibus agundis, atque etiam imperatoriis diplomatis, quae ad aliquid confirman-

A. C. 1328 τινος, δι' ἑαυτοῦ τοῦ μεγάλου δομεστίκου ἐπιστατοῦντος δέει
τοῦ μή τι τῶν μὴ προσηκόντων γενέσθαι ἢ διὰ ῥᾳθυμίαν ἢ
P. 208 διὰ κακόνοιαν τῶν ἐπιτετραμμένων, καὶ οὐ μικρόν τινα διὰ
ταῦτα τὸν πόνον ὑφισταμένου, ὅμως ἀναγκαίαν τὴν πρόνοιαν
καὶ τὴν ἐπὶ πᾶσι φροντίδα λογιζομένου καὶ φέροντος τὸν κά-
ματον σιγῇ, τότε δὲ τῶν ἐμφυλίων πολέμων λυθέντων καὶ
πεπαυμένων τῶν ἐπιβουλῶν καὶ ὑπονοιῶν, ἔγνω δεῖν καὶ αὐ-
τὸς τῶν πόνων ἑαυτὸν ἀνεῖναι μικρόν. καὶ βασιλεῖ προσελ-
θὼν, τόν τε ἐπὶ τοῦ προτέρου χρόνου πρὸς τὴν διοίκησιν τῶν
πραγμάτων διηγεῖτο πόνον καὶ ὡς, τῶν ἐμφυλίων κακῶν ἤδη
πεπαυμένων καὶ ὑποψίας οὔσης οὐδεμιᾶς, δέον πρόνοιάν τινα
B ποιήσασθαι ὥστε τά τε πράγματα ὥσπερ πρότερον καλῶς καὶ
V. 168 ὡς δέον διοικεῖσθαι, καὶ αὐτὸν ἀναπαύλης τινὸς τυγχάνειν.
τοῦτο δὲ γένοιτ' ἄν, εἰ τήν τε τῶν βασιλικῶν γραμμάτων ἐπι-
στασίαν καὶ τὴν ἐπὶ τοῦ τῶν βασιλικῶν χρημάτων ταμιείου,
ἔτι δὲ καὶ τὴν ἐπὶ τῶν εἰσπραττόντων τοὺς δημοσίους φό-
ρους ἀναθείη ἑτέρῳ τινὶ, ὃν ἂν ἐκλέξηται αὐτός. βασιλεὺς
δὲ οὐδὲ αὐτὸς ἔφασκεν ἀγνοεῖν, ὅσον ἐπὶ τοῦ προτέρου χρό-
νου ὑφίστατο τὸν πόνον, πᾶσιν αὐτὸς ἐφεστηκὼς, ἀλλὰ εἰδέ-
ναι τε καλῶς, καὶ οὐχ ἥκιστα θαυμάζειν, εἰ πρὸς τοσαύτην
διοίκησιν πραγμάτων εἷς ὢν αὐτὸς ἐξαρκεῖ, ἔτι δὲ καὶ ἀλ-
γεῖν ὑπὲρ αὐτοῦ, τὸν κάματον ὃν ὑπέμενεν ἐννοῶν. ὅπερ δὲ
C αὐτὸς ἔφης λογιζόμενος καὶ αὐτὸς, ὡς τῶν ἐμφυλίων ἕνεκα
πολέμων καὶ τῶν ἐπιβουλῶν ἀναγκαῖον ἐφ' ἅπασί σε παρεῖ-

16. ἀναθείη ED. P. pro ἀναθεῖεν.

dum scriberentur, per se magnus domesticus praefuerat; ne quid per socordiam malignitatemve aliorum, quibus ea committerentur, sinisterius fieret: nec leves in eo labores sustinuerat, quos nihilo minus, quia curam sollicitudinemque in omnibus necessariam iudicabat, silentio perferebat. Tunc vero, sepultis iam bellis civilibus insidiisque ac suspicionibus, sibi quoque occupationes aliquantum minuendas esse constituit. Quocirca imperatori praeteriti temporis laboriosam administrationem suam exponit ac monet, malis civilibus et suspiciosis temporibus iam praeteritis, providendum, uti res quemadmodum ante, bene decenterque procurentur, et sibi quietem ac remissionem aliquam concedendam. Concessurum autem, si imperatoriarum litterarum et fisci et exactionum praefecturam in alterum transferat, quem suo arbitratu delegerit. Respondit imperator, Nec se ignorare, quantos ille labores hactenus subiisset, cum unus omnibus praeesset: sed probe nosse, et summopere admiratum, solum tantae negotiorum moli sustinendae parem esse potuisse. Praeterea doluisse fortunam eius, cum quibus premeretur oneribus secum cogitaret. Sed cum ipse quoque consideraret, quod dixerat, quomodo propter bella civilia et insidias eum adesse omnibus et per eum fieri omnia oporteret,

ναι καὶ πάντα πράττεσθαι διὰ σοῦ, καὶ ἄκων παρήειν σιγῇ A. C. 1328 τὸν χρόνον. νυνὶ δὲ ᾗ ἐβούλετο τοῦ θεοῦ τὰ πράγματα καταστήσαντος, ὃν ἂν αὐτὸς ἐθέλῃς μᾶλλον πρὸς τὴν διοίκησιν ὧν ἔφης πραγμάτων ἑλοῦ· οὐ μὴν ἐκείνῳ παντάπασιν ἐπιστρέψαι τὰ πράγματα χρὴ, ἀλλὰ καὶ αὖθις αὐτὸν ἐφίστασθαι τοῖς ἀναγκαίοις, καὶ πάντα πράττεσθαί σοι κατὰ γνώμην. οὕτω γὰρ ἂν τά τε πράγματα διοικηθήσεσθαι καλῶς, καὶ αὐτὸν ἀναπαύλης τυγχάνειν οὐ μικρᾶς τινος. Ὁ δὲ μέγας δομέστικος τοῖς τε λεγομένοις ἐπείθετο πρὸς βασιλέως, καὶ παρακοιμώμενον D τὸν Ἀπόκαυχον ἐπὶ τῇ διοικήσει τῶν εἰρημένων ᾑρεῖτο πραγμάτων· καὶ βασιλεὺς συνεπεψηφίζετο αὐτός· ἀποδειχθεὶς δὲ τῶν κοινῶν πραγμάτων ὁ παρακοιμώμενος διοικητὴς, ὅσα μὲν ἦν ἀναγκαῖα καὶ τῆς τοῦ μεγάλου δομεστίκου κρίσεως ἐδεῖτο, ταῦτα πρὸς αὐτὸν ἀνάγων, ᾗ αὐτὸς ἐπέτρεπεν ἐπράττετο, ἢ μόνος ἢ καὶ μετὰ βασιλέως ἔνια ἐξετάζων· ἃ δὲ οὐ τοιαῦτα, παρακοιμωμένῳ ἐφεῖτο πράττειν. Ὑπὸ δὲ τὸν αὐτὸν χρόνον ὁ βασιλεὺς εἰς Κύζικον ἐπεραιώθη, ἅμα μὲν τὴν τῆς θεομήτορος ἀχειροποίητον εἰκόνα, ἣ πρὸς τὸν ἐν Ὑρτακίῳ ναὸν ἦν, προσκυνήσων, ἅμα δὲ κατοψόμενος καὶ αὐτὴν χώραν, οὔπω πρότερον ἰδών. τὸ δ' ἔτι τούτων αἰτιώτερον, P. 209 ἵνα τὸν Φρυγίας ἄρχοντα Ταμηρχάνην τὸν τοῦ Γιαξῆ ταῖς κατὰ τὸν Ἑλλήσποντον ἑῴαις πόλεσιν ἐπικείμενον οὔσαις ὑπηκόοις βασιλεῖ, πρὸς συμβάσεις πείσῃ χωρῆσαι· ὃ καὶ κατὰ γνώμην ἐτελεῖτο βασιλεῖ· ἀπὸ γὰρ Κυζίκου εἰς Πηγὰς πόλιν τὴν κατὰ τὸν Ἑλλήσποντον ἐλθὼν, μετεκαλεῖτο τὸν Ταμηρ-

etiam nolentem tempus extraxisse. Nunc quoniam Deus rem publicam ordinasset atque constituisset, ipse potius ad ea, quae nominasset munera obeunda quem vellet deligeret, cui tamen non omnimodis absoluteque res committendae sint: sed eum rursus necessariis praeesse et omnia ex eius iudicio administrari debere. Sic enim negotia praeclare curatum iri et ipsum sat quietis consecuturum. Assentitur magnus domesticus et Apocauchum sacri cubiculi praefectum his functionibus deligit; imperator auctor fit. Apocauchus creatus rerum communium administrator, quaecunque erant necessaria seu maioris momenti, et iudicem magnum domesticum requirebant, ea ad illum referens, quatenus ipse committeret, aut solus conficiebat aut cum imperatore quaedam discutiebat. Quae huiuscemodi non erant, eius arbitrio transigenda permittebat. Sub idem tempus imperator Cyzicum traiecit, simul ut Deiparae signum non manufactum, in templo apud Hyrtacium asservatum veneraretur: simul ut regionem nondum visam lustraret et, quod caput erat, ut satrapam seu principem Phrygiae Tamerchanem Giaxae filium, orientalibus ad Hellespontum urbibus Romanorum incumbentem, ad pacificationem adduceret: quod etiam

A. C. 1328 χάνην, καὶ ὃς ἀφῖκτό τε κατὰ τάχος καὶ μετὰ πολλῆς τῆς μετριότητος καί, οἷον εἰπεῖν, δουλείας συνεγένετο τῷ βασιλεῖ. ὡς γὰρ ἐγγὺς ἐγένετο ὅσον ὁρᾷν τε τὸν βασιλέα καὶ ὁρᾶσθαι παρ' αὐτοῦ, αὐτός τε καὶ ἄλλοι Πέρσαι τῶν ἵππων καταβάν-B τες καὶ προελθόντες ἐπὶ μικρὸν, οἱ μὲν ἄλλοι πάντες ἄπωθεν τὸν βασιλέα προσεκύνουν, τὰς κεφαλὰς ἐρείσαντες ἐπὶ τὴν γῆν· αὐτὸς δ' ἄχρι βασιλέως ἐλθὼν πεζῇ, προσεκύνει τε καὶ ἠσπάζετο τὸν βασιλέως πόδα, ἔπειτα ἔφιππος γενόμενος, μόνος μόνῳ συνεγένετο τῷ βασιλεῖ. πολλὰ δὲ πρὸς αὐτὸν περὶ εἰρήνης διαλεχθέντος βασιλέως καὶ εὖ ποιήσειν ἐπαγγειλαμένου, αὐτὸς μὲν εἰς τὸ οἰκεῖον στρατόπεδον, βασιλεὺς δ' εἰς Πηγὰς τὴν πόλιν ἐπανῆλθε. καὶ ἐς τὴν ὑστεραίαν πάλιν ἐλθὼν ὁ Ταμηρχάνης καὶ προσκυνήσας βασιλέα καὶ ἐπαγγειλάμενος εἰρήνην ἄξειν τοῦ λοιποῦ καὶ τοῖς κατὰ τὴν ἕω Ῥωμαίοις μηδέποτε ἐπιστρατεύσειν, δώροις τε ἀμειψαμένου βασιλέως ἀξίως ἑαυτοῦ, ὁ μὲν ἐπανέζευξεν εἰς τὴν οἰκείαν, C ἅπερ ἐπηγγείλατο ἀληθῆ ἐπὶ τῶν ἔργων ἀποδεικνύς· οὐκέτι γὰρ οὐδὲν ἠδίκησε Ῥωμαίους· βασιλεὺς δὲ εἰς Βυζάντιον ἐπανῆκεν. ἔνθα διατρίβοντι ὁ τῶν Μυσῶν βασιλεὺς Μιχαὴλ V. 169 μεμήνυκεν, εἰ ἀρεστὸν αὐτῷ εἴη, συνελθεῖν τε αὐτῷ καὶ τὰς σπονδὰς ἀνανεώσασθαι καὶ τὴν εἰρήνην. τὴν γὰρ πρότερον ἐν Ἀδριανουπόλει γενομένην συντυχίαν, τοῦ καιροῦ καὶ τῶν πραγμάτων οὐκ ἐώντων διὰ τὸν συμβεβηκότα τότε πόλεμον, ἐπ' ὀλίγον τε γεγενῆσθαι καὶ τεταραγμένως. καὶ ἐπεὶ κατὰ

20. καὶ scripsi pro τὸ.

ex sententia successit. E Cyzico enim Pegas ad Hellespontum profectus, eum accersivit. Qui celeriter praesens, magna moderatione et quodammodo subiectione cum imperatore congressus est. Nam cum propius abesset, ut iam ipsum videre et ab ipso videri posset, cum Persis suis ab equis descendit: paulumque progressi, ceteri quidem omnes imperatorem, antequam appropinquarent, capitibus humi submissis adorabant; ipse ad eum pedibus accedens et adorabat et pedem illius osculabatur. Deinde equo conscenso, solus cum solo verba miscuit. Imperator ubi multis cum eo de pace egit et gratiam relaturum promisit, Pegas, ille in castra sua rediit. Postridie revertens, salutato imperatore, pacem in posterum et Romanis in oriente non amplius molestum futurum promisit: donisque ab eo pro dignitate cultus, ad suos se recepit; et promissa ad rem conferens, nunquam deinde Romanis nocuit. Imperator Byzantium remeavit. Ibi cum esset, Michael Moesorum rex ei significat, si placeret, cupere se illum convenire et foedus instaurare. Adrianopoli enim temporibus non sinentibus, (propter tumultus videlicet bellicos,) brevem et perturbatum fuisse congressum. Cum placuisset imperatori, So-

γνώμην ἦν καὶ βασιλεῖ, μεταξὺ Σωζοπόλεως καὶ Ἀγχιάλου ἐν A.C. 1328 τοῖς λεγομένοις Κρημνοῖς ἐποιήσαντο τὴν συντυχίαν καὶ σπονδὰς ἔθεντο βεβαίας διὰ βίου καὶ συμμαχίαν, καὶ διαλυθέν- D τες ἀνεχώρησαν ἐπ' οἶκον.

ς'. Βασιλεὺς δὲ ἐν δεινῷ τιθέμενος τὸ Πέρσας μὲν ἀεὶ Ῥωμαίοις ἐπιστρατεύειν, αὐτοὺς δὲ ἐκείνοις μηδαμῶς, ἔγνω δεῖν πρὸς τὴν ἕω περαιωθεὶς, τοῖς κατὰ Βιθυνίαν βαρβάροις ἐπιθέσθαι· ἔτι γὰρ ἐσκήνουν ἐν τοῖς πεδίοις, ἔα- P. 210 ρος ἤδη μεσοῦντος κατὰ μῆνα Μάϊον· καὶ μετακαλεσάμενος A.C. 1329 τὸν τῆς Μεσοθηνίας ἄρχοντα τὸν πρωτοκυνηγὸν Κοντοφρὲ, ἐβουλεύετο περὶ τῆς κατὰ τῶν βαρβάρων εἰσβολῆς. ἦν γὰρ δὴ ὁ Κοντοφρὲ οὐ διὰ τὸ Μεσοθηνίας ἐπιτροπεύειν μόνον πεῖραν ἔχων τῶν κατὰ τοὺς βαρβάρους πραγμάτων, ἀλλὰ καὶ ἄλλως ἀνὴρ ἀγαθὸς καὶ πολλῶν πολέμων ἔμπειρος καὶ μάλιστα τῶν Περσικῶν, οἷα δὴ ἐκ πρώτης ἡλικίας τοῖς ἤθεσί τε καὶ ταῖς διατριβαῖς αὐτῶν ἐντραφείς. Κοντοφρὲ δὲ ἐπέῤῥωσέ τε τὸν βασιλέα πρὸς τὸν κατὰ τῶν βαρβάρων πόλεμον, καὶ ἡδέως ἔλεγεν ἐκείνην τὴν ἡμέραν ἂν ἰδεῖν, ἐν ᾗ ἀπὸ τῶν B βαρβάρων ἐξέσται Ῥωμαίοις, ὧν εἰς αὐτοὺς ὑπῆρξαν, πολλῶν ἀδικιῶν δίκας λαβεῖν. ὑπετίθει τε μὴ μέλλειν, ὡς ὅσον οὔπω τῶν βαρβάρων ἀπὸ τῶν πεδινῶν ἐπὶ τὰ ὀρεινότερα ἀναχωρησόντων, τὴν ἀλέαν ἐκκλινόντων τὴν ἀπὸ τοῦ θέρους·

7. *Βυθηνίαν* ms., nescio an errore librarii, an aevi, quamquam apud Gregoram, qui Cantacuzeno coaevus, et apud Codinum, qui etiam inferior est, legatur *Βιθυνία*. *ED. P.* Atque ipse Cantacuzenus aliis multis in locis *Βιθυνία* habet. Quare librarii errorem hic et infra correxi.

zopolin inter et Anchialum apud *Κρημνούς*, qui dicuntur, convenerunt, ibique foedus et societatem perennem iniverunt, digressique domos recesserunt.

6. Imperator porro indignatus, Persas toties Romanis praedatorem immittere exercitum, cum ab iis nihil patiantur mali, in orientem traiiciendum, et barbaros in Bithynia adoriundos sibi duxit: adhuc enim, adulto vere, mense, inquam, Maio, in tabernaculis per campos habitabant; de qua impressione advocatum Contophrem Mesotheniae praefectum, venatorum principem, consuluit; quandoquidem is non solum ob praefecturam Mesotheniae res barbarorum noverat; sed et vir bonus alioqui et bellicae disciplinae, praesertim Persarum, minime rudis erat; utpote a pueritia moribus et institutis eorum innutritus. Is imperatorem ad barbaros armis coërcendos confirmare et libenter diem illum visurum autumare, quo liceret Romanis tot iniurias sibi illatas rependere. Admonebat autem, ne procrastinaret, quod barbari e campestribus in editiora loca, aestivos calores declinantes, propediem successuri essent; sic enim illos

A. C. 1329 οὕτω γὰρ εἶναι αὐτοῖς ἔθος οὖσι νομάσιν. ἐπεὶ δὲ ἐδέδοκτο ἐπιστρατεύειν τοῖς βαρβάροις καὶ μὴ μέλλειν, τὴν ἐκ Βυζαντίου καὶ Διδυμοτείχου καὶ Ἀδριανουπόλεως καὶ Θρᾴκης συναθροίσας στρατιὰν, (οὐ γὰρ ἐξῆν τήν τε ἐκ Μακεδονίας καὶ τῆς ἄλλης ἑσπέρας μετακαλεῖσθαι· κατήπειγε γὰρ ὁ καιρὸς καὶ ὁ Κοντοφρὲ πάλιν ἐκ Μεσοθηνίας ἐλθὼν καὶ φάσκων
C νῦν εἶναι καιρὸν ἐπιθέσθαι τοῖς βαρβάροις, ὡς ὅσον οὔπω πρὸς τὰς δυσχωρίας ἀποχωρήσουσι τῆς ὀρεινῆς,) τὴν ἠθροισμένην στρατιὰν λαβὼν ὁ βασιλεὺς, ἐπεραιώθη πρὸς τὴν ἕω, λήγοντος ἤδη ἔαρος, κατὰ τὸ Σκουτάριον προσαγορευόμενον. ἐπεὶ δὲ ἠγγέλθη τοῖς βαρβάροις ἡ τοῦ βασιλέως ἔφοδος, ὅσοι μὲν ἦσαν νομάδες κατὰ τὴν Βιθυνίαν διεσκεδασμένοι σκηνάς τε ἀναλαβόντες καὶ βοσκήματα καὶ τὴν ἄλλην ἀποσκευὴν, ἐπὶ τὰ ὑψηλότερα ἀνῆλθον τῶν ὀρῶν, καὶ πορρωτέρω ἢ ἐξ ἔθους ἦν αὐτοῖς. Ὀρχάνης δὲ ὁ τῶν αὐτόθι Περσῶν σατράπης, ὅση ἦν αὐτῷ πεζὴ καὶ ἱππικὴ δύναμις ἀναλαβὼν, ἐπεὶ
D ἐπύθετο, τὸν βασιλέα διὰ Μεσοθηνίας μέλλοντα ἰέναι, πολλὰς
V. 170 ἐχούσης δυσχωρίας καὶ ὀχυρότητας αὐτοφυεῖς, οὐ τῇ σφετέρᾳ δυνάμει μᾶλλον ἢ τῇ θέσει θαῤῥήσας τοῦ τόπου, εἰς Μεσοθηνίαν ἐλθὼν, ὑψηλοῖς χωρίοις καὶ δυσπροσόδοις ἐγκαθίδρυσε τὴν στρατιάν. βασιλεὺς δὲ ἀπὸ Σκουταρίου δυεῖν ἡμερῶν ὁδὸν ἀνύσας, τῇ τρίτῃ ἅμα ἕῳ, ἐπεὶ πάλιν τῆς αὐτῆς εἴχοντο ὁδοῦ, καὶ ἡ Περσικὴ στρατιὰ ἐφάνη ἄπωθεν ἐν χωρίοις ὑψηλοῖς ἐγκαθιδρυμένη. ὀλίγον δὲ προελθὼν ὁ βασιλεὺς, ἐστρατοπέδευσε καὶ αὐτὸς ἐν χωρίῳ Πελεκάνῳ προσαγορευομένῳ,

consuesse, cum sint nomades. Ut animo stetit infesto petendos agmine, Byzantio, Didymoticho, Adrianopoli et e Thracia coactis copiis, (non enim Macedonicas reliquasque orientis licebat cogere, quod tempus urgebat: et simul Contophres e Mesothenia reversus, nunc esse maturum confirmabat barbaros aggredi, antequam ad impedita montium loca recederent, quod mox facturi essent,) in orientem, exeunte iam vere, navigans, ad Scutarium, ut appellatur, naves appulit. Intellecto hostili imperatoris adventu, quotquot erant nomades per Bithyniam dispersi, cum tabernaculis et pecore ceteraque supellectili ad alta montium, et longius quidem quam pro consuetudine sua properarunt. Orchanes Persarum in Bithynia satrapa sive princeps, assumptis quos habebat pedestribus equestribusque copiis, postquam rescivit imperatorem per Mesotheniam venturum, locum multis difficultatibus et naturalibus munimentis impeditum, non magis suis viribus, quam hac re fretus, in Mesotheniam veniens, in excelsis et paene inaccessis exercitum collocavit. Imperator Scutario bidui itinere profectus, cum tertio die mane pergeret, Persas procul in edito sedentes conspexit, paulumque ultra progressus, et ipse in lo-

καὶ τοὺς ἐν τέλει συναγαγὼν, ἐβουλεύοντο ὅ, τι δέοι ποιεῖν. A. C. 1329 ἐδόκει δὴ περαιτέρω μὴ προβαίνειν, ἅμα μὲν καὶ διὰ τὸ τοὺς νομάδας Πέρσας οἷς ἐπῄεσαν ὡς ἐξανδραποδισόμενοι, τὴν ἔφοδον αἰσθομένους διαδρᾶναι, ἅμα δ' ὅτι, τῶν τε P. 211 χωρίων δυσβάτων καὶ στενῶν ὄντων, δι' ὧν ἔμελλον διϊέναι, καὶ στρατιᾶς ἀντιστρατοπεδευομένης πεζῆς τε καὶ ἱππικῆς, οὐκ ἀναγκαῖον διακινδυνεύειν ἐπὶ κέρδει οὐδενί. ἵνα δὲ μὴ δοκοῖεν τῷ δέει τῶν βαρβάρων ἀναστρέφειν, εἰς τὴν ὑστεραίαν ἅμα ἕῳ ὁπλισαμένους ἐπὶ τοῦ πεδίου κατέναντι τῶν βαρβάρων παρατάξασθαι ὡς εἰς μάχην. κἂν μὲν αὐτοὶ τῆς δυσχωρίας ἀποστάντες, ἐπὶ τοῦ ὁμαλοῦ θελήσωσι διαγωνίσασθαί αὐτοῖς, καὶ αὐτοὶ ἐπιδείξεσθαι τὴν οἰκείαν ἀρετήν· ἐὰν δὲ μὴ αὐτοὶ τῆς δυσχωρίας ἀφιστῶνται, τῆς εἰς Βυζάντιον ἔχεσθαι φερούσης τεταγμένως, ἔργῳ δείξαντας, ὡς οὐ διὰ δειλίαν, ἀλλὰ τὸ μὴ ἔχειν οἷστισι συμβαλοῦσιν, B ἀνέζευξαν εἰς τὴν οἰκίαν. οὕτω μὲν δὴ ἐδέδοκτο· καὶ ηὐλίσαντο τὴν νύκτα ἐκείνην κατὰ τὸν Πελεκάνον, ἅμα δὲ ἕῳ μετὰ τοὺς εἰωθότας ὕμνους πρὸς θεὸν τῇ σάλπιγγι ἐκέλευεν ὁ βασιλεὺς τῇ στρατιᾷ τὴν ἐφόπλισιν σημαίνειν. ἐπεὶ δὲ ὡπλίσαντο, κατέναντι τῶν βαρβάρων ἦλθον, παρατεταγμένοι ὡς ἐς μάχην, ᾗ ἐδέδοκτο τῇ προτεραίᾳ. Ὀρχάνης δὲ καὶ αὐτὸς ἰδὼν τὸν βασιλέα ἐπιόντα, ἀντιπαρέταττε καὶ αὐτὸς τὴν στρατιάν. καὶ μέρος μέν τι κατέκρυψεν ἐν λόχοις, ὡς ἄν, εἰ οἱ Ῥωμαῖοι ὑπερσχόντες ἐπίωσιν αὐτοῖς, οἱ ἐν ταῖς ἐνέδραις ἐκ τοῦ αἰφνιδίου ἐπελθόντες, ἐκπλήξωσί τε διὰ τὸ ἀπροσδόκη- C

co, cui Pelecano nomen est, castra fecit; coactisque primoribus, quid facto opus exquisivit. Sententia fuit, non esse ulterius progrediendum; tum quod Persae nomades, in quos tendebant, in servitutem abrepturi, id sentientes fugerent: tum quia locis, per quae essent transituri, inviis et angustis pedestrique et equestri exercitu contra occursuro, non videbatur necessarium nullo cum fructu adire periculum. Ne tamen metu barbarorum regredi putarentur, postridie matutini in planitie, velut ad pugnam contra barbaros consisterent. Et si quidem hostes e locis arduis digressi, aequo campo cum ipsis vellent concurrere, virtutem suam contra ostentarent: sin autem, Byzantium viam ordinatim capesserent: re docentes, non quia timerent, sed quia quibuscum pugnarent non haberent, domum reversos. Hoc illi decreverunt et apud Pelecanum pernoctarunt. Posteaquam pulsis tenebris diurna lux affulsit, laudibus Deo de more dictis, imperator militibus tuba signum ad arma capienda dari iussit. Armati igitur iuxta hesternum decretum contra barbaros in acies dispositi, tanquam ad proelium conserendum procedunt. Eo viso Orchanes suos item instruit partemque in insidiis occultat: ut si Romani in hos praevalentes irruerent, illi derepente prosilientes, eos perterrefacerent

A.C. 1329 τον καὶ τρέψωνται αὐτούς· τὴν δ' ἄλλην ἅπασαν δύναμιν ἀναλαβὼν, ἔστη ἐπὶ μετεώρου. τριακοσίους δὲ ἀπολεξάμενος τοὺς παρ' αὐτῷ μαχιμωτάτους ἱπποτοξότας, ἵππους ἔχοντας τῶν μάλιστα θέειν ἀγαθῶν, ἐκέλευσεν αὐτοῖς οὐ κατὰ συστάδην, ἀλλ' ἐξ ἐφόδων συμπλέκεσθαι τῇ βασιλέως στρατιᾷ, καὶ ἐπιόντας μὲν μὴ ὑπομένειν, ἀλλὰ φεύγοντας τοξείαις χρῆσθαι, ἀναχωροῦσι δὲ αὖθις ἐπιτίθεσθαι. συμβέβηκε δὲ τὸ μεταξὺ τῶν στρατευμάτων ἀμφοτέρων ὅσον μὲν ἦν κατὰ τοὺς Ῥωμαίους ὁμαλόν τε εἶναι καὶ ῥᾴδιον πρὸς τὰς ἱππηλασίας, τὸ δὲ κατὰ τοὺς Πέρσας οὐ μόνον ἄναντες καὶ δυσπρόσοδον, ἀλλὰ
D καὶ τάφροις αὐτοφυέσι πανταχόσε διατετμημένον· ᾧ καὶ μᾶλλον οἱ βάρβαροι πεποιθότες ἐπῄεσαν Ῥωμαίοις. τούτοις μὲν οὖν τοῖς τριακοσίοις προσετέτακτο τὸν τρόπον τοῦτον συμπλέκεσθαι Ῥωμαίοις. ἑτέρους δὲ χιλίους ὄπισθεν αὐτῶν ἐπέστησε κατὰ τὰς τάφρους καὶ τὰς δυσχωρίας, ὡς ἂν, εἰ διώκοιντο οἱ τριακόσιοι πρὸς τῶν Ῥωμαίων, αὐτοὶ πρὸς τὰ στενὰ ἑστῶτες ἀμύνωσιν αὐτοῖς· ἑκατέρωθέν τε αὐτῶν χιλίους ἐφ' ἑκάστῳ μέρει τῆς αὐτῆς ἕνεκα αἰτίας. βασιλεὺς δὲ ἐπεὶ ἑώρα τοὺς Πέρσας ἀπὸ τοῦ λόφου κατιόντας, τριακοσίους καὶ αὐτὸς ἐπιλεξάμενος ἐκ τῶν ἰδίων καὶ περιστησάμενος ἑαυτῷ, τοιαύτην τινὰ παραίνεσιν ἐποιήσατο πρὸς αὐτούς· „ἄνδρες στρατιῶται, τὴν μὲν εὔκλειαν τῶν Ῥωμαίων καὶ τὴν δόξαν, ἣν ἀπὸ τοῦ φοβεροὶ τοῖς πολεμίοις εἶναι ἐκτήσαντο ἐξ ἀρχῆς, οὐδ' αὐτοὶ ἀγνοεῖτε· οὗτοι γάρ εἰσιν οἱ μικροῦ δεῖν πᾶσαν
P. 212 παραστησάμενοι τὴν οἰκουμένην, καὶ πάντα γένη καὶ Εὐρω-

atque in fugam compellerent. Reliquis itaque sibi adiunctis, in sublimi stabat. Secretis porro trecentis equitibus sagittariis pugnacissimis, in equis velocissimis, imperavit eis, ne cominus et stataria pugna, sed ex incursu invadentes, cum Romanis depugnarent rursumque fugerent et tela in tergum torquerent; deinde conversi, redirent hostemque denuo lacesserent. Contigit autem, ut spatium medium versus Romanos aequale et equiti idoneum; versus Persas non acclive solum accessuque laboriosum, sed et fossis nativis undiquaque interceptum esset. Qua commoditate barbari potissimum fidentes, in Romanos audacius se inferebant. His igitur trecentis, ut hoc modo cum Romanis dimicarent, mandavit, alios mille a tergo eorum ad fossas et angustias, qui Romanos insequentes exciperent, et eadem de causa mille in utroque latere locavit. Imperator ubi Persas de colle descendisse conspexit, etiam ipse trecentos de suis elegit, a quibus stiparetur, eosque talibus verbis accendit: Quam gloriam, milites, quod decus Romani inde ab initio ex eo sibi compararint, quod hostibus formidabiles fuerunt, nec vobis est ignotum. Hi enim sunt, qui totum paene orbem omnesque gentes subegerunt, et Europae

παῖα καὶ τὰ ἐπὶ τῆς Ἀσίας ἀναγκάσαντες αὐτοῖς δουλεύειν. A.C. 1329 ὅτι δὲ ἡμᾶς οὐκ ἐπὶ πολύν τινα χρόνον οὐκ ὀλίγα τινὰ τῶν V. 171 βαρβάρων συμβέβηκεν ἐλαττωθῆναι, οὐ χρὴ διὰ ταῦτα καὶ πρὸς τὰ ὑπόλοιπα ἀπαγορεύειν. οὐδὲ γὰρ κατὰ τὴν ἡμετέραν κακίαν τὸ ἡσσῆσθαι προσεγένετο, ἀλλὰ τοῦ θεοῦ πρὸς ἔκτισιν ὧν προσκεκρούκαμεν αὐτῷ, διὰ τῶν βαρβάρων τιμωρουμένου. οὐ δὴ δίκαιον τοὺς τὴν γνώμην μὴ κατὰ κράτος νικηθέντας, ἔχοντας δέ τινα αὖθις κρείττονα ἐλπίδα τῆς συμφορᾶς τῇ ἀποβάσει ἀμβλύνεσθαι· νομίσαι δὲ ἐν μὲν ταῖς πράξεσιν ἐνδέχεσθαι σφάλλεσθαι τοὺς ἀνθρώπους, ταῖς δὲ B γνώμαις ἀεὶ τοὺς αὐτοὺς ἀνδρείους ὀρθῶς εἶναι, καὶ μὴ διὰ τὴν προτέραν ἧτταν, τοῦ ἀνδρείου παρόντος, εἰκότως ἂν ἔν τινι κακοὺς ὀφθῆναι. ὑμεῖς δὲ οὔτε ἐμπειρίᾳ τῇ πρὸς τὰς μάχας λείπεσθε τῶν βαρβάρων, ἀλλὰ καὶ τῇ τόλμῃ πολὺ προέχετε αὐτῶν. ὁρᾶτε γὰρ αὐτοὺς κατεπτηχότας καὶ καταδυομένους πρὸς τὰ κοῖλα τῶν ὀρῶν καὶ μηδαμοῦ τῆς δυσχωρίας ἀποστῆναι βουλομένους, μηδὲ ἐκ τοῦ ἴσου διαγωνίσασθαι ἡμῖν τολμῶντας. γίνεσθε δὴ ἄνδρες ἀγαθοὶ καὶ τὴν καταπεσοῦσαν ἤδη δόξαν τῶν προγόνων ἀνορθώσατε αὐτοί, καὶ μὴ νομίσητε ὑπὲρ μηδὲν προσηκούσης γῆς ὑμῖν διαγωνίζεσθαι πρὸς τοὺς βαρβάρους, ἀλλ' ὑπὲρ ἐλευθερίας μάλιστα C καὶ τῆς οἰκείας ἕκαστος πατρίδος. ἐὰν γὰρ ἐνταῦθα ἀξίως ἑαυτῶν ἀγωνιζόμενοι νικήσωμεν αὐτούς, πρὸς οἷς ἀφῃρήμεθα πρότερον ὑπ' αὐτῶν καὶ τὴν οὖσαν καρπωσόμεθα ἀδεῶς. πρὸς τούτοις δὲ εἰ μὲν καὶ αὐτὸς συνηγωνιζόμην ὑμῖν ἐν τῷ

Asiaeque iugum imposuerunt. Quod autem nos brevi tempore non pauca a barbaris detrimenta accepimus, non propterea de cetero animis frangi debemus. Haud enim ignavia, sed peccatis nostris, Deo nos per barbaros ulciscente, victi sumus. Non igitur fas est, quorum spiritus nulla vis devicit et quos rursum maior spes alit calamitate, eos hebetari atque languescere: cum rectius sit arbitrari, in actionibus homines frustrari ac decipi: animis vero semper aeque ac vere generosos esse posse: nec quia prius manus dederint, ideo in praesens merito imbelles videri debere. Quin vos, barbaris nec usu militari ceditis: et audendo multum antecellitis. Cernitis, quemadmodum trepidantes in cava montium se abdant et ab illis anfractibus atque angustiis locorum seiungere se nusquam audeant, nec aequo campo nobiscum congredi. Quamobrem estote viri fortes et collapsam maiorum vestrorum gloriam instaurate: neve cum barbaris pro regione ad vos nihil attinente, sed pro libertate inprimis et unumquemque pro patria sua dimicaturum existimatote. Si enim hic, ut nobis dignum est, pugnantes eos debellaverimus, praeter ea quae prius ipsi nobis abstulerunt recuperata, etiam nostra regione tuto fruemur.

A. C. 1329 παρόντι, πρόφασις ἂν ἦν τινι κακῷ γενέσθαι λήσειν οἰομέ-
νῳ· ἐπεὶ δὲ αὐτὸς ἔξω ἕστηκα τῶν ἄλλων βραβευτὴς, ἔξεστι
σκοπεῖν ἑκάστῳ ὡς, εἰ μὲν κακὸς ὀφθείη, κολασθήσεται τῇ
πρεπούσῃ ζημίᾳ· οἱ δὲ ἀγαθοὶ τιμηθήσονται τοῖς προσήκου-
σιν ἄθλοις τῆς ἀρετῆς. τὴν δὲ συμπλοκὴν ὁποίαν τινὰ χρὴ
ποιεῖσθαι πρὸς τοὺς βαρβάρους, καὶ αὐτοὶ μὲν ἴστε ἐκ παι-
D δὸς πολεμίοις ἔργοις ἐντεθραμμένον· παραινέσω δὲ καὶ αὐτός.
εἰ μὲν γὰρ τεταγμένοι κατὰ φάλαγγας ἐκ τοῦ ὁμοίου καὶ αὐ-
τοὶ ἐμάχοντο ἡμῖν, ἦν ἀναγκαῖον καὶ ἡμᾶς τὴν τάξιν φυλάτ-
τοντας αὐτοῖς ἐπιέναι· ἐπεὶ δὲ, ὅσον ἀπὸ τῶν γινομένων ἐστὶν
εἰκάζειν, οὐκ εἰς χεῖρας ὑμῖν ἰέναι διανοοῦνται, ἀλλ᾽ ἄπω-
θέν τε βάλλειν καὶ ἐπιόντας οὐχ ὑφίστασθαι, ἀλλ᾽ ὑπανα-
χωρεῖν πρὸς τὰς δυσχωρίας καὶ τοὺς τεταγμένους ἐν αὐταῖς,
δέον καὶ ὑμᾶς μέχρι μὲν τοῦ ἐν ἐφικτῷ τῶν τοξευμάτων γί-
νεσθαι σχολῇ βαδίζειν καὶ τεταγμένως, ἐπειδὰν δὲ γένησθε
ἐγγὺς, ὀξύτητι πάσῃ χρῆσθαι καὶ εὐψυχίᾳ, ἅμα μὲν τὸ με-
ταίχμιον συναιροῦντας ὡς ἂν μὴ κατὰ σχολὴν βάλλησθε τοῖς
βέλεσι συχνοῖς, ἅμα δ᾽, ἵνα καὶ τὴν ἀναχώρησιν τῶν βαρβά-
P. 213 ρων φθάνοντες αὐτοὺς κακῶς ποιῆτε· τὴν δίωξιν δὲ μὴ ἐπι-
πολὺ ποιεῖσθαι, μηδὲ θρασύτητι ἐπαιρομένους, ἑαυτοὺς εἰς
τοὺς κινδύνους εἰσωθεῖν· ἀλλ᾽ ἐπειδὰν ἐν τοῖς ἐπιτάκτοις γέ-
νησθε ἐκείνοις, πάλιν ὑπαναχωρεῖν πρὸς τὸ πεδίον, τὴν τά-
ξιν τε φυλάττειν καὶ ἐπιόντας ἀμύνεσθαι τοὺς βαρβάρους."

3. κολασθήσεται em. ED. P. pro κολασθήσεσθαι.

Adhaec siquidem ego nunc vobiscum una in hostem pugnarem, daretur imbelliae alicui occasio, dum se posse latere existimaret. Sed quoniam extra proelium arbiter et iudex certaminis sum, licet quisque secum cogitet, si ignavus fuerit, poenas debitas luiturum: strenuos autem paribus virtuti suae praemiis honoratum iri. Sed qua ratione cum barbaris pugnanda sit, ipsi etiam a pueritia bellicis assuefacti operibus non ignoratis: tamen admonebo. Si ipsi in acies distributi proelium inibunt, nos quoque acie ordinata illis occurramus necesse est. Quia vero, quantum coniectura provideo, non dextras conserere, sed iacula eminus spargere et ubi in nos incursarint, non subsistere, sed ad loca impedita ibidemque in insidiis subsidentes refugere meditantur, et vos extra teli coniectum sitis, lenteque servatis ordinibus incedatis oportet. Ubi autem propiores fueritis, omnem acrimoniam et virtutem animi expromatis; simul spatium in medio contrahentes, ne per moram telis crebris feriamini: simul barbaros receptu prohibentes et ipsos male multantes. Ne porro illis fugientibus valde instate neve confidentia elati, in discrimen vos coniicite sed postquam ad triarios seu subsidiarios eorum veneritis, in campum revertimini, servatisque ordinibus, eos incursantes propulsate.

Τοιαῦτα μὲν ὁ βασιλεὺς παρεκελεύσατο τοῖς στρατιώταις, A. C. 1329
ἅμα καὶ βοήθειαν τὴν ἐκ τοῦ κρείττονος καὶ νίκην ἐπευξά-
μενος αὐτοῖς. οἱ δὲ προσκυνήσαντές τε βασιλέα καὶ ἢ καλῶς
νικήσειν ἢ εὐκλεῶς τεθνήξεσθαι εἰπόντες, σταυρῷ τε καθο-
πλίσαντες ἑαυτοὺς, ἐχώρουν κατὰ τῶν βαρβάρων τεταγμένως B
καὶ κατὰ σχολήν. ἐστρατήγει δὲ αὐτῶν Ἐξώτροχος ὁ μέγας
ἑταιρειάρχης. ἀντεπῄεσαν δὲ καὶ οἱ βάρβαροι αὐτοῖς ὁμοίως.
ἐπειδὴ δὲ ἦσαν ἐγγὺς ἀλλήλων ὅσον ἐφικνεῖσθαι τοῖς τοξεύ-
μασιν, οἱ Ῥωμαῖοι μὲν, ᾗ αὐτοῖς προσετέτακτο πρὸς βασι-
λέως, ὅλους ἀνέντες χαλινοὺς, ὅσον ἐνῆν ὀξέως ἐπεφέροντο
τοῖς Πέρσαις· οἱ βάρβαροι δὲ καρτερήσαντες μὲν ἐπὶ μικρὸν V. 172
καὶ βέλη κατὰ τῶν Ῥωμαίων ἀφέντες, οἰόμενοι οὕτως ἂν
ἀποτρέψαι τῆς ὁρμῆς, ἐπεὶ ἑώρων αὐτοὺς ἀτρέπτως ἐπιόντας
καὶ οὐδὲ ὀλίγα φροντίζοντας τῶν οἰστῶν, εἰς φυγὴν ἐτρά-
ποντο εὐθύς. ἐν δὲ τῇ φυγῇ ἀπέθανον περὶ τεσσαράκοντα
αὐτῶν, οἱ λοιποὶ δὲ διεσώθησαν πρὸς τὰς δυσχωρίας καὶ
τοὺς τεταγμένους ὄπισθεν καταφυγόντες. Ῥωμαίων δὲ ἀπέ- C
θανεν οὐδεὶς οὔτε ἐτρώθη· ἵπποι δὲ ἐγένοντο ὀλίγοι τραυμα-
τίαι. ἀναχωρήσαντες δὲ ἀπὸ τῆς διώξεως, ἔστησαν ἐπὶ τοῦ πε-
δινοῦ πάλιν ὡς ἐπὶ βαλβίδος, τὴν ἔφοδον τῶν βαρβάρων περι-
μένοντες· οἱ Πέρσαι δὲ μικρὸν ἐνδιατρίψαντες τοῖς οἰκείοις
καὶ πλείους τῶν πεσόντων προσλαβόμενοι ἑτέρους, ᾔεσαν ἐπὶ
τοὺς Ῥωμαίους. καὶ ἐπεὶ πάλιν ὥσπερ καὶ πρότερον ἐγένοντο
ἐγγὺς, τῇ ἴσῃ καὶ ὀξύτητι καὶ προθυμίᾳ τῶν Ῥωμαίων χρη-
σαμένων, ἐτράπησάν τε αὖθις εἰς φυγὴν οἱ βάρβαροι καὶ

His imperator suos hortatus, et a Deo auxilium ipsis victoriamque precatus est. Qui vicissim eum venerati, et se aut honeste victuros, aut cum laude occubituros, professi, signoque crucis obarmati, in hostem lento passu et ordine, Exotrocho magno hetaeriarcha ducente, procedebant. Similiter barbari gradum inferebant. Cum spatio iam distarent, quo telum adiici potest, Romani, ut imperatum erat, immissis penitus habenis quam acerrime in Persas incurrebant. Illi aliquamdiu persistentes, tela in Romanos contorquebant: sperantes se illorum incursum ita repressuros. Sed ubi eos constanter premere sagittarumque securos viderunt, tum in fugam se penetrarunt, in qua circiter quadraginta ceciderunt: reliqui ad angustias locorum et subsidiarios retro collocatos pervenerunt; Romanorum nemo neque occubuit, neque vulnus accepit: pauci equi consauciati. Regressi, in planitie rursum hostem, quasi intra carceres exspectantes constiterunt. Persae aliquantisper inter suos morati, pluribus quam oppetierant assumptis, in Romanos denuo vadunt. Sed illis parem priori impetum alacritatemque adhibentibus, iterum fugam arripiunt, in qua circiter triginta cadunt, Romanorum nullus desideratus, nec vulneratus est;

A. C. 1329 περὶ τριάκοντα αὐτῶν ἀπέθανον ἐν τῇ διώξει· Ῥωμαίων δὲ D οὐδεὶς, οὔτε ἐτρώθη, εἰ μὴ ἔνιοι τῶν ἵππων. Ὀρχάνης δὲ ὁρῶν ἀπὸ τοῦ λόφου τοὺς ἰδίους ἤδη ἡσσημένους δὶς, παρεθάῤῥυνέ τε τοὺς βαρβάρους καὶ ἐπεβοήθει πέμψας στρατιάν. βασιλεὺς δὲ ἐπῄνει τε τοὺς ἰδίους καὶ αὐτὸς τῆς εὐψυχίας ἕνεκα καὶ τῆς ἀνδρίας καὶ παρεκάλει μὴ ὑφίεσθαι τῆς τόλμης, ὡς ἀεὶ κρείττους τῶν βαρβάρων ἐσομένους, ἔπεμπέ τε καὶ στρατιὰν ἀξιόμαχον πρὸς τοὺς βαρβάρους. καὶ γενομένων ἐγγὺς τῶν στρατευμάτων, πάλιν ἀντέσχον μὲν οἱ Πέρσαι ἐπὶ πλέον· ἐκβιασθέντες δ' ὅμως ὑπὸ τῶν Ῥωμαίων, ἐτράπησαν εἰς φυγὴν πρὸς τοὺς οἰκείους καὶ ἔπεσον ὀλίγοι ἐξ αὐτῶν. τοιαύτας μὲν δὴ τὰς συμπλοκὰς καὶ τὰς ἀναχωρήσεις οἱ Πέρσαι πρὸς τοὺς Ῥωμαίους ἐποιοῦντο ἄχρι δείλης τῆς ἡμέρας ἐν ἀρχαῖς μάλιστα τοῦ θέρους, Ἰουνίου μηνὸς ἐνισταμένου. καὶ κατὰ πάσας μὲν τὰς συμβολὰς ἐνίκων οἱ Ῥωμαῖοι· κατὰ κράτος δὲ αὐτῶν περιγενέσθαι οὐκ ἠδύναντο, ἅμα μὲν διὰ τὸ φά- P. 214 ραγγας βαθείας περιβεβλῆσθαι τὴν Περσῶν στρατιὰν καὶ μηδεμίαν κύκλωσιν παρέχειν τοῖς Ῥωμαίοις, ἅμα δ', ὅτι καὶ τὸ πεδίον, ἐν ᾧ κατιόντες διηγωνίζοντο οἱ Πέρσαι, τάφροις αὐτοφυέσι καὶ αὐτὸ διατετμημένον ἦν πανταχοῦ, ἐν οἷς τοξόται ἱστάμενοι πολλοὶ τὴν τελείαν νίκην ἀφῃροῦντο Ῥωμαίους, βάλλοντες ἐκ τῶν ὀχυρωμάτων· τήν τε στρατιὰν αὐτοῖς πᾶσαν βασιλέα οὐκ ἐξῆν ἐπαγαγεῖν διὰ τοῦ τόπου τὴν ἀνωμαλίαν. ἐξ ἐκείνου δὲ ὁ Ὀρχάνης νομίσας καιρὸν εἶναι καὶ σφοδροτέρας προσβολῆς, χιλίους ἑτέρους ἀπολεξάμενος τῶν Περσῶν, ἐκέ-

vulnerati tamen equi aliquot. Orchanes e tumulo suos iam bis victos conspiciens, animos addit, manumque auxiliariam submittit. Imperator quoque suos de magnanimitate ac fortitudine commendat, hortaturque, ne quid de ea, utpote semper barbaris superiores futuri, deminuant; mittitque contra illos parem copiam. Ut sibi appropinquarunt, Persae denuo acrius resistunt: sed Romanorum virtuti succumbentes, ad suos refugiunt; pauci in fuga animas amittunt. Huiusmodi pugnae Persarum cum Romanis et refugia usque ad diei vesperam perducebantur, principio maxime aestatis, Iunio mense ineunte, et in omnibus congressibus Romanus vincebat; summo autem proelio ideo nequibat eos vincere, quod exercitus Persarum profundis vallibus cingeretur, nec circumveniri posset, quodque campus, in quem certaturi descendebant, fossis naturalibus ubique intersectus erat: in quibus magno numero stantes sagittarii, plenam Romanorum victoriam impediebant, inde ut ex munitionibus iaculantes, cum propter inaequalitatem loci universum exercitum in eas immittere imperatori non liceret. Ex illo Orchanes vehementioris impressionis tempus esse statuens,

λευσεν εἰς τὸ πεδίον καταβάντας ἅμα τοῖς τριακοσίοις προσ- A.C. 1329 βαλεῖν Ῥωμαίοις. βασιλεύς τε ἐπεὶ ἐκείνους ἑώρα κατιόντας, B τοῖς τε πρότερον μαχομένοις στρατιώταις τῆς ἀνδρίας ἕνεκα εὐχαριστήσας τὰ εἰκότα καὶ τὸν στρατηγὸν αὐτῶν Ἐξώτροχον ἐπαινέσας καὶ τῆς ἐμπειρίας καὶ τῆς τόλμης, ἔπεμπε καὶ στρατιὰν ἑτέραν, ἧς ἦρχε Τάγαρις Μανουὴλ ὁ μέγας στρατοπεδάρχης, ὡς σὺν αὐτοῖς ἀντιστησομένην τοῖς βαρβάροις. καὶ γενομένης ἐπιπολὺ μάχης ἰσχυρᾶς ἐξ ἑκατέρων τῶν μερῶν, τῶν μὲν Ῥωμαίων ἵππων ἐτρώθησαν πολλοὶ, στρατιῶται δὲ ἐγένοντο ὀλίγοι τραυματίαι, τέθνηκε δὲ εἷς· Περσῶν δὲ ἔπεσον πεντήκοντα παρὰ τὴν μάχην. Ὀρχάνης δὲ ἐν ᾧ ἡ μάχη συνεκροτεῖτο, τὴν στρατιὰν, ἣν εἶχε, πᾶσαν ἔστησεν ἐπὶ μετώπου, (πρότερον γὰρ μέρος τι αὐτῆς πολὺ ἐν ταῖς C ἐνέδραις κεκρυμμένον ἦν,) ὡς εἶναι καταφανῆ καὶ Ῥωμαίοις καὶ βαρβάροις, οἰόμενος ἐκείνοις τε προθυμίαν καὶ Ῥωμαίοις ἔκπληξιν τὸ τοιοῦτον ἐμποιήσειν. ὡς δὲ ἑώρα τῆς ἐπινοίας ἀπονάμενος οὐδὲν, (οἱ Ῥωμαῖοι γὰρ οὐδὲν ἧττον ἐμάχοντο εὐψύχως καὶ ἤδη περιεγίνοντο τῶν πολεμίων,) Παζαρλοῦν τὸν ἀδελφὸν πανστρατιᾷ ἐκέλευσε τοῖς Ῥωμαίοις συμβαλεῖν· μικρὸν δὲ καὶ αὐτὸς ἀπὸ τοῦ λόφου καταβὰς, πάλιν ἔστη μετ' V. 173 ὀλίγων ὅ, τι ἂν ἀποβαίη σκοπῶν. βασιλεὺς δ' ἐπεὶ ἑώρα πανστρατιᾷ πρὸς τὴν μάχην τοὺς βαρβάρους ὡρμημένους, τὰς μὲν ἄλλας ἐκέλευε τάξεις μένειν πάσας ἀτρεμούσας, αὐτὸς D δὲ τρία τέλη ἀναλαβὼν, ἐχώρει πρὸς τὴν μάχην. ἐτέτακτο δὲ ἐπὶ μὲν τοῦ δεξιοῦ κέρως ὁ μέγας δομέστικος, τὸ ἀριστερὸν

rum quae ille velit omnia, et in praesens nihilo minus ad hoc ipsum paratum esse. Ceterum quod modo a se conetur impetrare, in eo non dici cohaerentia. Omnia enim prompte me exsecuturum dixerim, inquit, quae non propter me, sed propter te fiant. Cum porro id, de quo nunc sermonem habemus, propter me sit, neque iustitia sinit, neque necessitas flagitat quidquam te verborum amplius persuasionis ergo proloqui. Nam quia tu ita affectus es erga me, ut ego erga te, et idem quod ego profiteris, non est secundum rationem existimare, orationem tuam apud me valere debere, meam apud te non item. Si igitur in utroque eandem vim habet idemque valet, decet ut tu quoque quod ego malim, id praestes, cum praesertim de me sit negotium. His et pluribus ultro citroque dictis, imperatore id agente, ut eum ad imperii societatem capessendam induceret, magno vero domestico prorsus abnuente, in praesens digressi sunt: cum nec ille spem omnino abiiceret: nec hic tantum valeret, ut a sententia illum detorqueret. Videns ergo adeo refractarium imperator, alios insuper in partem laboris huius vocare statuit, si forte per eos quod volebat consequeretur. Igitur Andronicum Asanem, ipsius socerum, et protostratorem Syradenum assumit: domesticoque coram praesente, postquam super aliis nonnul-

A. C. 1329 μέστικος περὶ ὧν ἔσοιντο οἱ λόγοι συμβαλὼν, ἀνίστη τε τὸν
βασιλέα τοῦ συνεδρίου, ὡς περί τινος ἀναγκαίου μέλλων δια-
λέξεσθαι, καὶ μόνον παραλαβὼν, ὥρκιζε τὸν θεὸν, μηδὲν
πρὸς τοὺς εἰρημένους περὶ ὧν βούλοιτο εἰπεῖν, ὡς ὠφελείας
οὐδεμιᾶς ἐκ τῶν λόγων ἐσομένης. εἰ γὰρ ἐνῆν ὑπό τινων
πεισθῆναι, μᾶλλον ἂν τῶν ἄλλων πάντων ἐπείθετο αὐτῷ· αὐ-
τοῦ δὲ ἐκ πολλῶν καὶ συνεχῶν ὁμιλιῶν πλέον ἠνυκότος οὐ-
δὲν, θαυμάζειν εἰ ἑτέροις τισὶν ἤλπισε τοῦτο γενέσθαι δυνα-
τόν. βασιλεὺς δὲ ἤλγησε μὲν οὐκ ἐπ' ὀλίγον, ὁρῶν ἤδη τὴν
D ἐπιχείρησιν οὐκ ἐσομένην ἀνυσθῆναι δυνατήν. καὶ διετέλεσεν
ἡμέρας οὐκ ὀλίγας ἀλγῶν τε καὶ πολλὰ τὸν μέγαν δομέστι-
κον καταμεμφόμενος τῆς ἀπειθείας καὶ τῆς οὐ καλῆς φιλονει-
κίας. ὅμως μέντοι τοῖς ἐκείνου πειθόμενος λόγοις ἀπέσχετο
τοῦ λέγειν περὶ ὧν ὥρμητο πρὸς τοὺς εἰρημένους. καὶ αὐτοὶ
δὲ ὅ, τι μὲν ἔμελλεν ἐρεῖν οὐκ ᾔδεισαν ἀκριβῶς ὁ βασιλεὺς,
ὅμως δὲ ἐκ τῶν εἰκότων στοχαζόμενοι ὡς, περί τινων μεγά-
λων διαλέξεσθαι μέλλοντος αὐτοῖς, ὑπὸ τοῦ μεγάλου δομε-
στίκου κωλυθείη· ἐν αἰτίαις τε αὐτὸν ἐποιοῦντο καὶ τὰ ἔσχα-
τα ἠδικῆσθαι διετείνοντο ὑπ' αὐτοῦ. μηδεὶς δὲ ταῦτ' ἀκούων,
ἀνεξέλεγκτα οἰέσθω ψεύδεσθαι ἡμᾶς διὰ τὸ μὴ πᾶσι μέχρι
P. 226 νῦν τὰ τοιαῦτα κατάδηλα γενέσθαι. ἴστω γὰρ θεὸς ὁ πάντα
ἐφορῶν καὶ πᾶσι τοῖς γινομένοις ἀεὶ παρὼν καὶ τῶν ἀδήλων
καὶ κεκρυμμένων ἀγνοῶν μηδὲν, ὡς οὔτ' ἐπὶ τοῖς ἄλλοις τοῖς
συγγεγραμμένοις ἅπασιν οὔτ' ἔχθραν οὔτε φιλίαν οὔτ' ἄλλο

lis eos compellavit, rem propositam exorsus est. Domesticus divinans, quo de argumento texeretur oratio, e concilio imperatorem, ac si quiddam necessarium haberet dicere, evocat; et seducens eum, per Deum obtestatur, ne quid eorum quae decrevisset ad praesentes proferret: utpote utilitate nulla inde consecutura. Nam si ab ullo mortalium eo perpelli potuisset, ab ipso potuisse. Et quia multis assiduisque congressibus actum egisset, mirari se, quomodo alios id sibi effecturos speraverit. Imperator quoniam conatum suum fore inanem cernebat, magno in dolore per dies complures fuit, deque magni domestici inobedientia et parum honesta pertinacia querimoniam habuit. Verumtamen precibus eius obsecutus, de re tantopere cupita conticuit. Illi alii, quid imperator voluisset, non satis norant: nisi quod verisimiliter coniectabant, de arduis negotiis cum ipsis acturum, a domestico impeditum fuisse: quam rem ei vitio vertebant secumque iniquissime actum contendebant. Nemo autem qui ista audit, nullo argumento probata nos scribere ac mentiri putet, quod haec usque hodie non publice innotuerunt. Testor enim omnia inspectantem et universis, quae fiunt, semper praesentem incertorumque et occultorum nihil nescientem Deum, me neque in ceteris omnibus,

τῶν πάντων οὐδὲν τῆς ἀληθείας προεθέμεθα, νῦν τε οὕτως A.C. 1329
ὡς ἐγένετο περὶ τοῦ πράγματος τὴν διήγησιν ἀποδιδόαμεν V. 182
ὑμῖν, ὡς οὐχ ἅπαξ οὐδὲ δὶς καὶ τετράκις, ἀλλὰ καὶ πολλάκις βασιλεὺς Ἀνδρόνικος ὁ νέος Καντακουζηνὸν τὸν μέγαν δομέστικον ὅλῃ γνώμῃ καὶ πάσῃ σπουδῇ τοῖς βασιλικοῖς ἠθέλησε κοσμῆσαι παρασήμοις καὶ συγκάθεδρον αὐτῷ καὶ συμβασιλεύοντα ἀποδεῖξαι. αὐτοῦ δὲ παραιτουμένου ἰσχυ- B
ρῶς καὶ μήδ' ἂν εἴτι γένοιτο, πεισθήσεσθαι ἰσχυριζομένου, ἤλγησέ τε σφοδρῶς ὁ βασιλεὺς ἐπιπολὺ καὶ τῆς ἀκαίρου κατεμέμψατο φιλονεικίας. τῷ μὲν δὴ ἔξωθεν σχήματι καὶ τῇ περιβολῇ οὐχ ᾗ ἠξίου ἐγεγόνει ὁ βασιλεύς· ἔργοις δὲ οὐδὲν ἦν σχεδὸν διαφέρων βασιλέως. ἥ τε γὰρ διοίκησις τῶν πραγμάτων πᾶσα ὑπ' αὐτῷ ἦν, καὶ τὰ βασιλέως προστάγματα οὐχ ἧττον ἢ αὐτὸς βασιλεὺς ἐρυθραῖς ὑπεσημαίνετο ὑπογραφαῖς, καὶ ἃ ἐξεφέρετο παρ' ἑαυτοῦ, τὴν ἴσην καὶ ὁμοίαν δύναμιν τοῖς βασιλέως εἶχεν, καὶ τἄλλα ὅσα βασιλέως ἔργα ἦν, καὶ αὐτῷ ἐξῆν. στρώμασί τε γὰρ ἐφύπνωττε C
βασιλέως, εἴποτε στρατευομένῳ συνέβαινε τοῖς αὐτοῦ σκευοφόροις μὴ παρεῖναι, καὶ τῇ βασιλέως κλίνῃ, ᾗ μηδὲ υἱῷ καὶ βασιλεῖ, εἰ μὴ ἐπιτραπείη, ἔξεστιν, αὐτὸς ἀνεκλίνετο ἀκωλύτως ὁμοίως τε ἀπόντος καὶ παρόντος βασιλέως, ἐμβάσι τε ἐχρῆτο ταῖς βασιλικαῖς ἀδεέστερον ἢ ταῖς ἰδίαις, ὁπότε συνδιανυκτερεύσειε βασιλεῖ, καὶ πάντα ἔπραττε βασιλικῶς, ὡς

22. ᾗ add. ED. P. συνδιανυκτερεύσει legebatur.

quae narravi, vel odium vel gratiam vel aliud quidquam veritati praeposuisse: et nunc rem gestam ut gesta est vobis tradidisse. Neque vero semel bisve quaterve, sed saepius Andronicus iunior imperator Cantacuzenum magnum domesticum toto pectore et omni conatu ornamentis imperatoriis condecorare, sibique assessorem et collegam cooptare contendit. Quo nimiopere detrectante confirmanteque, quo res cumque caderet, nunquam se obtemperaturum, diu in gravi aegrimonia versatus est et immodicam eius obstinationem in reprehensione posuit. Exteriore quidem habitu vestituque non eo incedebat, quo imperator postulabat: sed actionibus propemodum nihil ab eo differebat. Nam et rerum tota administratio penes illum erat; et edictis imperatoriis aeque ut ipse imperator minio seu cinnabari subscribebat: quaeque ipse protulisset, perinde accipiebantur, atque si ab ore imperatoris prodiissent: et reliqua demum, quaecumque imperator faceret, eadem ipsi licebant. Nam et in eius stragula veste somnum capiebat, si quando in expeditione contigisset ministros supellectilem seu impedimenta portantes non adesse: et in grabatulo eiusdem (quod nec filio, et quidem imperatori, nisi id ei parens deferret, fas erat) ipse liberrime, idque eo tam praesente, quam absente, meridiabatur: et

A.C. 1329 καὶ βασιλέα ὁρῶντα τὰ τοιαῦτα ἥδεσθαί τε ἄγαν ὑπερφυῶς καὶ τοῖς ἄλλοις ἐνδείκνυσθαι ὡς εἴη αὐτῷ καθ' ἡδονήν. τὰ τοιαῦτα δὲ οὐδὲ τῇ βασιλίδι Ἄννῃ ἄγνωστα ἦν, ἀλλὰ παρούσης καὶ αὐτῆς, ἐπράττετο πολλάκις, ὡς καὶ βασιλέα πρὸς D τὸν μέγαν δομέστικον λέγειν, ὅτι „τί δ' ἂν εἴη δεινὸν, εἰ ἃ ἰδίᾳ, ταῦτα καὶ δημοσίᾳ πραχθείη καὶ τοῖς πᾶσι γένοιτο καταφανῆ"; ὁ δ' οὐδὲν ἧττον ἢ πρότερον ἀπεωθεῖτο, ἀρκεῖσθαι τοῖς παροῦσι φάσκων. ἀλλὰ περὶ μὲν τούτων τῆς ἀληθείας ἕνεκα τοσαῦτα εἴρηται ἡμῖν.

P.227 ι΄. Οὐ πολλοῖς δὲ ἔτεσι πρότερον Ζαχαρίας Μπενέτος ὁ ἐκ Γεννούας τῇ Χίῳ ἐπιθέμενος ἐκράτησεν αὐτῆς. βασιλεῖ δὲ Ῥωμαίων τῷ πρεσβυτέρῳ Ἀνδρονίκῳ διὰ τὰς συχνὰς ἐφό-B δους τῶν Περσῶν κατὰ τῶν πρὸς ἕω τοῖς Ῥωμαίοις ὑπηκόων πόλεων οὐ ῥᾳδίως ἔχοντι πολέμῳ τὴν νῆσον Ῥωμαίοις ἀνακτᾶσθαι, ἔδοξε λυσιτελεῖν εἰρηνικὰς πρὸς Ζαχαρίαν σπονδὰς θέσθαι, ὥστε Χίον μὲν ἐπὶ δέκα ἔτεσι κατέχεσθαι παρ' αὐτοῦ καὶ μηδένα βασιλεῖ παρέχειν φόρον, ὀνομάζεσθαι δὲ μόνον βασιλέως καὶ σημαίας ἐπὶ τῶν τειχῶν ἀνάγεσθαι βασιλικὰς, μετὰ δὲ τὴν δεκαετίαν πάλιν Ῥωμαίοις τὴν νῆσον ἀποδιδόναι. τοιαύτας μὲν βασιλεὺς τὰς πρώτας σπονδὰς ἔθετο πρὸς Ζαχαρίαν· ἐν τοῖς αὐτοῖς δὲ ἔτεσιν αὐτὸς περιεποίει τε V. 183 τὴν νῆσον ἑαυτῷ ὑποποιούμενος τοὺς Χίους, καὶ Ὠχύρου τὴν πόλιν τά τε πεπονηκότα ἀνοικοδομῶν, καὶ εἴπου δέοι, τοῖς

si quando simul pernoctassent, cothurnis eius licentius quam suis utebatur, agebatque imperatorie omnia: ut imperator intuens, etiam atque etiam vehementerque laetaretur et gaudium suum nec apud alios tacitum habere posset. Nec ista Annam imperatricem latebant: in cuius conspectu eadem saepe faciebat: ut imperator ei nonnunquam diceret, Quid tandem foret mali, si quae privatim agis, publice fierent, noscerenturque ab omnibus? Ille nihilo minus ut semper renitebatur, praesentibus se contentum autumans. Ac de his quidem veritatis testificandae causa tantum dixisse sufficiat.

10. Non multis ante annis Benedictus Zacharias Genuensis Chium invadens, ea potitus est. Cum vero seniori Andronico propter frequentes et infestas Persarum in urbes orientales Romanorum incursiones difficile esset insulam recuperare, pacem cum Zacharia composuit, sub ea conditione, ut is Chium retineret per decennium, nec esset tributarius: tantum ut insula imperatoris vocaretur et in muris signa eius figerentur: eo tempore finito, Romanis restituerentur. Hoc foedus primum cum Zacharia percussit imperator. Intra eosdem annos Zacharias, Chiis subactis, insulam sui iuris fecit: Ochyrum oppidum et alia vetustate ruinosa instauravit: et sicubi opus erat, muros in altitudinem maiorem eduxit: fossas, item et

τείχεσιν ὕψος προστιθεὶς, καὶ τάφρους τε καὶ τἆλλα ἐξαρτυό- A. C. 1329
μενος ἃ ἔμελλε λυσιτελήσειν, εἰ κατασταίη πρὸς τὸν πόλεμον. C
μετὰ δὲ ταύτας τὰς δεκαετεῖς οὐ ῥᾳδίαν ὁρῶν ὁ βασιλεὺς τὴν
παράληψιν τῆς Χίου διὰ τὸ ὠχυρῶσθαι, ἄλλως τε καὶ Ζα-
χαρίου πρεσβείαν πέμψαντος καὶ βασιλέως δεομένου μὴ περὶ
τῆς νήσου ἐνοχλεῖν, ἑτέρας ἔθετο πενταετεῖς ἐπὶ τοῖς ἴσοις
καὶ ὁμοίοις, καὶ μετ' αὐτὰς ἑτέρας πάλιν. καὶ τετελευτηκότος
Ζαχαρίου, τῆς τε Χίου καὶ τῆς πανουργίας οἱ παῖδες κατα-
λειφθέντες κληρονόμοι, οὕτω διεπαιδαγώγουν βασιλέα, πρὶν
τὰς οὔσας ἐξικέσθαι ἑτέρας τιθέμενοι· καὶ ἔργῳ μὲν αὐτοὶ
καρπούμενοι τὴν Χίον, ψιλῇ δὲ προσηγορίᾳ βασιλεῖ παρέχον- D
τες αὐτῆς κυρίῳ εἶναι. τῶν σπονδῶν δὲ αὐτοῖς τότε πρὸς
ἔξοδον ἤδη οὐσῶν, Καλόθετος τῶν παρὰ Χίοις δυνατῶν ὁ
μάλιστα διαφορώτατος, τῷ μεγάλου δομεστίκου οἴκῳ προσῳ-
κειωμένος ἐκ πολλῶν ἐτῶν, (πατέρες τε γὰρ ἐκείνου τοῖς με-
γάλου δομεστίκου πατράσιν ἐς τὰ μάλιστα ἦσαν φίλοι καὶ
οἰκεῖοι, καὶ αὐτὸς αὐτῷ,) οὗτος δὴ ὁ Καλόθετος τῇ τοῦ μεγά-
λου δομεστίκου μητρὶ τότε προσελθὼν Διδυμοτείχῳ ἐνδιατρι-
βούσῃ καὶ τήν τε κακουργίαν τῶν Λατίνων ἀπαγγείλας, ᾗ
χρώμενοι ἀπεστέρησάν τε Ῥωμαίους τῆς Χίου τὴν ἀρχὴν
καὶ νῦν ἐπὶ τοσοῦτον κατέχουσιν ἐξαπατῶντες, πρᾶγμα οὐκ
εὐκαταφρόνητον, οὐδ' οἷον ῥᾳδίως τινὰ αὐτὸ καταπροέσθαι·
(δύο γὰρ πρὸς ταῖς δέκα μυριάσι χρυσίου ἐτησίους τελεῖ φό- P. 228
ρους,) τήν τε εὔνοιαν αὐτοῦ τὴν ἀρχαίαν καὶ τὴν συνήθειαν

alia adornavit, quae usui essent, si bello peteretur. Elapso hoc decennio cum videret imperator, Chium sic munitam haud sine magno labore posse recipi: et accessisset praeterea legatio a Zacharia, qua rogabatur, ne sibi propter insulam negotium exhiberet, quinquennium sub iisdem conditionibus adiecit: rursumque aliud quinquennium. Zacharia autem mortuo, filii eius ut Chii, ita paternae calliditatis haeredes et imperatorem instar pueri tractantes, priusquam anni concessi finirentur, alios paciscebantur: et cum re quidem ipsi insula fruerentur, solo nomine imperatorem esse dominum sinebant. Iam foedus exibat, cum Calothetus unus de Chiis dynastis maximarum opum, cui cum domo magni domestici vetus et summa erat necessitudo (avi enim eius domestici maioribus amicissimi coniunctissimique fuerant, ut et ipse domestico) hic igitur Calothetus ad matrem eius per id tempus Didymotichi manentem adiit, Latinorum ei scelus indicavit, qui Romanos insula spoliassent, quam per fraudem tamdiu occuparent: et rem haud contemnendam, neque temere e manibus dimittendam videri, cum in annos singulos centum viginti aureorum millia pensitet. Benevolentiam quoque suam et coniunctionem consuetudinis cum ipsa et eius filio in medium attulit,

A. C. 1329 τήν τε πρὸς αὐτὴν καὶ τὸν υἱόν· τελευταῖον συνεβούλευεν ὡς εἰ εἴη δυνατὸν βασιλέα στόλῳ εἰς τὴν Χίον βοηθῆσαι, αὐτὸν τὰ μέγιστα ἂν συνάρασθαι πρὸς τὸ ἀνακτήσασθαι τὴν νῆσον, τὰ πρῶτά τε δυνάμενον παρὰ Χίοις καὶ πολλοὺς ἑτέρους προσεταιρισάμενον καὶ τῶν φίλων καὶ τῶν συγγενῶν. εἶναι δὲ καὶ ἀφορμὰς οὐκ ἀγεννεῖς τοῦ πρὸς Μαρτῖνον πολέμου τό, τε πρὸς ἔξοδον ἤδη εἶναι τὰς σπονδὰς, καὶ τὸ, βασιλέως ἀγνοοῦντος, ἀκρόπολιν ἐπὶ τῷ Χίον βίᾳ κατασχεῖν οἰκοδομεῖν. B ἐδεῖτό τε αὐτῆς σκέψασθαι περὶ αὐτοῦ πρότερον καλῶς, ὅπως μὴ αὐτῷ ἐς κίνδυνον τὰ πράγματα χωρήσει, βασιλέως οὐ μετὰ τῆς προσηκούσης δυνάμεως ἐκεῖ ἐλθόντος. περὶ πλείστου μὲν γὰρ ποιεῖσθαι καὶ τὸ Χίον Ῥωμαίοις προσχωρῆσαι, ὠφέλειαν παρέξουσαν οὐ τὴν τυχοῦσαν· οὐδὲν δὲ ἧττον καὶ ἑαυτοῦ καὶ τῶν οἰκείων προνοεῖσθαι, ὡς εἰ μὴ κατὰ γνώμην αὐτῷ τὰ πράγματα χωρήσει, πανοικεσίᾳ διαφθαρησομένου, εἰ κατάδηλον γένοιτο Λατίνοις, ὅτι αὐτοῦ πράττοντος ἐπεστράτευσεν αὐτοῖς ὁ βασιλεύς. οὗ δὴ ἕνεκα αὐτῇ τὴν γνώμην ἀναθεῖναι πρώτῃ, ὡς ἅττα ἂν αὐτῇ δοκοίη ἐκείνου διαπραξομένου. C Τοιαῦτα μὲν ὁ Καλόθετος τῇ μητρὶ τοῦ μεγάλου δομεστίκου κρύφα περὶ Χίου διειλέχθη· ἡ δὲ ἐπέῤῥωσέ τε μᾶλλον πρὸς τὸ ἔργον αὐτὸν καὶ καλῶς ἔφασκε καὶ λυσιτελούντως βεβουλεῦσθαι καὶ Ῥωμαίοις καὶ ἑαυτῷ. ἐπεὶ δὲ αὐτῇ τὴν πρᾶξιν ἀναθείη πρώτῃ διὰ τὴν ἀρχαίαν οἰκειότητα καὶ

4. πρῶτά τε ED. P. pro πρῶτα τὸ.

ac tandem auctor fuit, ut, si posset, imperator classem subsidiariam in Chium mitteret: ipse vero qui per se plurimum opibus et gratia valeret, multosque alios tum amicos, tum cognatos ad societatem aggregaturus esset, ad insulam vindicandam vires suas coniungeret. Praeclaram autem occasionem belli contra Martinum fore, tum quod foederis tempus iam exspiraret; tum quod, imperatore inscio, arcem ad Chium vi subiugandam exstrueret. Orabat tamen illam, negotium prius perpenderet diligenter, ne ipse caput et fortunas suas in periculum adduceret, si imperator cum copiis non iustis eo adnavigaret. Sibi quidem nihil esse optatius, quam Chium quoque non mediocriter fructuosam sub Romanorum ditionem succedere: nihilo minus se sibi ac propinquis suis prospicere. Si namque res secus evenirent, cum tota stirpe vita et facultatibus exutum iri; nempe Latinis resciscentibus, eius impulsu imperatorem cum hostili classe advenisse. Ideo porro se ipsi ante omnes mentem suam aperire, quod imperator per omnia ex eius iudicio arbitrioque acturus sit. Haec matri magni domestici clam de Chio Calothetus; quae stimulos ei maiores subiecit bonumque et utile tum Romanis tum sibimet quoque consilium dedisse affirmavit. Et quia ad se primum pro

τὴν εὔνοιαν ἣν ἔσχηκεν ἐκ παλαιοῦ πρὸς αὐτὴν καὶ τὸν A. C. 1329
υἱὸν, αὐτὴ καὶ διαπράξεται ὅπως ἄριστα αὐτῷ ἕξει. Ἐκείνη μὲν οὖν τοιαῦτα εἶπε· πέμψασα δὲ ἐκ Βυζαντίου βασιλέα καὶ τὸν υἱὸν εἰς Διδυμότειχον ἐκάλει, ὡς ἀναγκαίων πέρι διαλεξομένη. οἱ δ' εὐθὺς, τῶν ἄλλων ἀμελήσαντες, εἴχοντο ὁδοῦ· γενόμενοι δὲ ἐν Διδυμοτείχῳ, ἐπεὶ ἐπύθοντο περὶ ὧν D
καλοῖντο, ἡδέως τε ἐδέξαντο τοὺς λόγους καὶ ἐδόκει δεῖν V. 184
ὡς περὶ ἀναγκαίου τῆς Χίου παρασκευάζεσθαι τὰ πρὸς τὸν πόλεμον προθύμως. τόν τε Καλόθετον ἰδίᾳ μετακαλεσάμενοι, ἑκάτερος αὐτῶν λόγοις τε ἐπέῤῥωσαν πρὸς τὸ ἔργον ἐπαγωγοῖς καὶ δώροις φιλοφρονησάμενοι ἀξίως ἑαυτῶν, ἔτι δὲ καὶ ἐπαγγειλάμενοι αὐτόν τε καὶ γένος εὖ ποιήσειν, ἐξέπεμψαν πρὸς Χίον, ὡς ὧν ἂν δέοιτο παρασκευασόμενον πρὸς τὸ Λατίνοις, ἢν δέῃ, ἐπιθέσθαι. αὐτοὶ δὲ εἰς Βυζάντιον ἐπαναστρέψαντες, τριήρεις τε ἐναυπηγοῦντο, καὶ τἄλλα παρεσκευάζοντο ὡς πλευσούμενοι ἐς Χίον. σκεπτομένοις δὲ αὐτοῖς ἥντινα ἕξεσται τοῦ πολέμου εὐπρόσωπον ἀρχὴν λαβεῖν, ὁ μέγας δομέστικος συνε- P. 229
βούλευε τὰς μὲν τριήρεις ναυπηγεῖσθαι καὶ τὰ ὅπλα ὧν δέονται παρασκευάζεσθαι καὶ ναυτικὸν συλλέγειν, οἳ ἐπιβήσονται, καὶ ὁπλίτας. ἐπεὶ δὲ αἵ τε σπονδαὶ τῷ Μαρτίνῳ ἐν ἐξόδῳ εἰσὶν ἤδη, καὶ ἄκραν, βασιλέως μὴ ἐπιτρέψαντος, οἰκοδομεῖ ἐπὶ τῷ καταδουλώσασθαι τὴν νῆσον, πρόσταγμα πρὸς ἐκεῖνον αὐτοῦ πεμφθῆναι, ἅμα μὲν αὐτὸν αἰτιωμένου ὡς τὴν ἄκραν, αὐτοῦ μὴ συνειδότος, οἰκοδομοίη, κελεύοντός τε τὸ οἰκοδομεῖν ἐᾶν

23. αἰτιωμένου ED. P. pro αἰτιώμενον.

familiaritate, quae illi secum et cum filio inde a maioribus intercessisset, referendum putavisset, se rem optime confecturam. Haec illa. Inde imperatorem et filium Byzantio Didymotichum, ut de necessariis quibusdam cum ipsis actura, accersit; qui illico in viam se dederunt. Audita causa, ob quam essent evocati, laetitiam ceperunt bellumque pro Chio, ut rem praecipui momenti, prompte comparandum decreverunt. Accitum quoque Calothetum uterque verbis efficacibus confirmarunt et pro dignitate munerarunt: datisque promissis, se ipsi et generi eius benefacturos, Chium dimiserunt, ut quibus opus foret ad Latinos in tempore adoriundos praepararet; ipsi Byzantium reversi, triremes fabricandas locarunt et cetera, tamquam Chium navigaturi, curaverunt. Dum vero circumspicerent et honestum aliquod belli principium quaererent, magnus domesticus, triremes et arma necessaria conficienda, copiamque navalem et gravis armaturae militem, qui conscenderet, colligendum suadebat. Et quoniam foederis cum Martino terminus adesset, ipseque inconsulto imperatore arcem ad insulam servitute opprimendam exaedificaret, mandatum illi mittendum, quo tum de facto incusare-

A. C. 1329 καὶ περαιτέρω μὴ προβαίνειν· ἅμα δὲ καὶ τὰς σπονδὰς ὡς
εἰ βούλοιτο ἑτέρας θέσθαι, τῶν οὐσῶν ἤδη ἐξηκουσῶν, εἰς Βυ-
B ζάντιον ἐλθεῖν. κἂν μὲν παύσηταί τε οἰκοδομεῖν καὶ γενόμε-
νος ἐν Βυζαντίῳ περὶ ἑτέρων δέοιτο σπονδῶν, ὅ, τι ἂν εἴη
σκεψαμένοις βέλτιον ποιεῖν. ἢ γὰρ μηκέτι Χίου Μαρτῖνον
ἄρχειν δίκαιον ἐᾶν, ἀλλ' ἕτερον τρόπον εὖ ποιεῖν, τὴν νῆσον
δὲ τελεῖν ὑπὸ Ῥωμαίους· ἢ σπονδὰς οὐ κατὰ τὰς προτέρας,
ἀλλ' ἐφ' οἷς ἂν αὐτοῖς βέλτιον δοκοίη τίθεσθαι, ὥστε αὖ-
θις Μαρτῖνον Χίου ἄρχειν ἐπὶ χρόνον τινὰ ῥητόν. ἐὰν δὲ
μήτε παύηται οἰκοδομῶν, σπονδῶν τε μὴ δέοιτο ἑτέρων, ὡς
ἤδη βεβαίως τῆς νήσου ἐχομένης, τότε παρεσκευασμένων
C τῶν τριήρεων οὐσῶν, τὴν ταχίστην ἐπιπλεῖν· πέμπειν δὲ
καὶ ἕτερα γράμματα Χίοις, κελεύοντα καὶ αὐτοῖς ἀποσχέ-
σθαι τοῦ οἰκοδομεῖν, ὡς ἢ παύοιτο καὶ ἄκων, οὐκ ἔχων
τοὺς συναιρομένους, ἢ εἰ βιάζοιτο καὶ ἄκοντας, μᾶλλον ἐκπο-
λεμωθεῖεν πρὸς αὐτόν. Οὕτω βουλευσαμένοις ἐδόκει δεῖν τά
τε γράμματα εἰς Χίον πέμπειν, καὶ τριήρεις τάς τε οὔσας
ἐπισκευάζειν καὶ ἑτέρας ἐπιναυπηγεῖν. τὰ μὲν οὖν γράμ-
ματα βασιλέως ἀφιγμένα πρὸς Μαρτῖνον, πλέον ἤνυσαν οὐ-
δὲν, ἀλλ' ἀναγνοὺς, μᾶλλον ἔργου εἴχετο καὶ πᾶσαν ἐπεδεί-
κνυτο σπουδὴν, ὥστε τὴν ἀκρόπολιν ἀπαρτίσαι ὧν ἂν δέοιτο
τὴν βασιλέως φθάσας ἔφοδον. ἤδη γὰρ ὑπώπτευε καὶ αὐτός.
D Μπενέτος δὲ ὁ Μαρτίνου ἀδελφὸς ἐν διαφορᾷ πρὸς ἐκεῖνον
καταστὰς, ὅτι χρυσίων ἑξακισχιλίων ἀποστεροῖτο παρ' αὐτοῦ,

tur et exstructione desistere iuberetur: tum, si foedus novum cuperet, priore iam exacto, Byzantium venire moneretur. Si aedificare cessarit, et Byzantium profectus, pacta nova rogaverit, quod re considerata melius censebitur, se facturos. Etenim aut iustum esse, non pati Martinum Chio imperare: sed alio modo de illo mereri insulamque Romanis parere: aut foedus non in eas conditiones, in quas antea, sed quibus ipsis libuerit, ineundum: nempe, ut Martinus rursum ad tempus certum praesit: et si neque aedificare destiterit, neque foedera nova quaesierit, ac si iam firma sit ei insulae possessio, tum instructis triremibus primo quoque tempore illuc contendendum; mittendasque insuper litteras, quae Chios in aedificando pergere vetent: ut hac ratione aut invitus desinat, ab operis desertus; aut si etiam nolentes coegerit, sibi infensiores reddat. Itaque consilium ceperunt, ut Chiis scriberent, et paratas triremes armarent novasque adderent. Ac epistola quidem Martino reddita, frustra fuit: ea siquidem lecta, operi magis institit, summa ope enitens, ut arx absolveretur, et ut quibus esset opus, iis adventum imperatoris, quem iam suspicione et ipse praecipiebat, anteverteret. Benedictus porro cum Martino fratre litigans de sex aureorum millibus, quae

ἃ ἐχρῆν αὐτὸν ἐκ τῶν δημοσίων τῆς Χίου φόρων λαμβάνειν A. C. 1329
ἐτησίως, προσήκοντα ἐκ πατρῴου κλήρου, ἧκεν ὡς βασιλέα τὴν
ἀδικίαν ἐγκαλῶν τῷ ἀδελφῷ καὶ τυχεῖν δεόμενος ἐπικουρίας.
γραμματεῖά τε ἐδείκνυ ἃ σαφῶς πολλὴν τοῦ ἀδελφοῦ καὶ τὴν
ἀδικίαν κατηγόρει καὶ τὴν ἀγνωμοσύνην. βασιλεὺς δὲ ἐπηγγέλ-
λετό τε τιμωρήσειν αὐτῷ ἐφ' οἷς ἀδικεῖται ἀφικόμενος ἐκεῖ, καὶ
αὐτὸς οὐδὲν ἧττον ἃ παρὰ Μαρτίνου ἀδικεῖται ἀπολήψεσθαι.

ιά. Παρεσκευάζετο μὲν οὖν στόλος πέντε καὶ ἑκατὸν νεῶν, P. 230
ὧν ἦσαν ὀλίγῳ ἐλάσσους εἰς τὰς δύο μοίρας διήρεις καὶ τριή- V. 185
ρεις, ἐξ ὧν ἦσαν ἱππαγωγοὶ ὀκτὼ ἄγουσαι τριακοσίαν ἵππον· B
αἱ λοιπαὶ δὲ μονήρεις ἦσαν. ἐπεὶ δὲ παρεσκευασμέναι ἦσαν,
τήν τε ἵππον ἐσεκόμιζον καὶ τὰ ἄλλα ἐπιτήδεια. ἦν τε ἅμιλ-
λα πολλὴ τοῖς τριηράρχαις, ἑκάστου φιλονεικοῦντος πολυτε-
λείᾳ καὶ λαμπρότητι παρασκευῆς τοὺς ἄλλους ὑπερβαλέσθαι·
καί τά τε ἄλλα ἐξηρτύοντο πρὸς τὸ μεγαλοπρεπέστερον καὶ
τὰ πληρώματα ἐκόσμουν ἰδίοις παρασήμοις ἔν τε ὅπλοις καὶ
ἀσπίσιν. ἦσαν γὰρ οὐ τῶν τυχόντων, ἀλλὰ τῶν τε εὐγενῶν C
καὶ μεγάλα δυναμένων. συνέπλεον δὲ τῷ βασιλεῖ οὐ μόνον
ὁπλῖται καὶ ψιλὸς πολὺς, ἀλλὰ τῶν τε συγκλητικῶν οὐκ ὀλί-
γοι, καὶ στρατιωτῶν οὐ μόνον οἱ χρησόμενοι τοῖς ἵπποις,
ἀλλὰ καὶ ἄλλος ὅμιλος πολύς. ἐπεὶ δὲ πάντα ἤδη ἐπεπόριστο
καὶ οὐδὲν ἐνέδει ἔτι, ἄραντες ἐκ Βυζαντίου ἔπλεον ἐπὶ Χίον.
γνώμην δὲ εἶχεν ὁ βασιλεὺς, ὡς ἦν ὁ Μαρτῖνος τὸν ἐπίπλουν
πυθόμενος, πρὶν εἰς τὴν νῆσον καταῖραι, ἀφίκηται πρὸς αὐ-

sibi in annos singulos hereditario iure de publicis vectigalibus debebantur, quibusque ab eodem fraudatus erat, ad imperatorem se contulit, fratris iniquitatem accusans et auxilium flagitans: quin etiam litteras exhibens, quibus magna illius iniustitia improbitasque coarguebatur. Imperator et se, ubi eo venisset, scelus vindicaturum, et Benedictum pecuniam interversam recepturum promisit.

11. Itaque classis centum et quinque navium comparabatur, e quibus paulo pauciores erant duorum generum, biremes et triremes videlicet, et ex his hippagogi octo, in iis equi trecenti, reliquae uniremes. His paratis, equitatum et cibaria imposuit. Tum non levis contentio trierarchis incidit, dum quilibet ceteros sumptuoso apparatu superare nititur, et cum alia magnifice instruit, tum classiariorum arma et clypeos suis insignibus exornat: nec enim de infima plebe, sed viri nobiles et admodum copiosi erant. Navigabant porro cum imperatore non modo gravis et levis armaturae multi, verumetiam de proceribus non pauci, et praeter equites multitudo item non spernenda. Omnibus rite paratis, Byzantio vela in altum dantes, cursum in Chium dirigunt. Statuerat vero imperator, ut si Martinus, adventu classis audito, priusquam in insulam descendere-

A. C. 1329 τὸν καὶ δεηθῇ περὶ αὐτῆς, τὴν μὲν ἀκρόπολιν, ἣν αὐτὸς ᾠκοδόμει, τὰ ἐλλείποντα ἐπισκευάσας, κατασχεῖν φρουρᾷ τῆς εἰσέπειτα ἀσφαλείας ἕνεκα· Μαρτίνῳ δὲ τῆς ἄλλης νήσου ἐπιτρέψαι ἄρχειν, ἀποδιδόντι ἐτησίως Μπενέτῳ ἃ πρότερον χρή- D ματα ἀπεστέρει. ὁ δ' οὐ μόνον ἐποίει τῶν δεόντων οὐδὲν, ἀλλ' ἐπεὶ ἐπύθετο ὅσον οὐδέπω ἐπιπλέοντα τὸν στόλον, τὰς μὲν τριήρεις ἃς εἶχε (τρεῖς δὲ ἦσαν,) εἰς τὴν θάλασσαν κατέδυσε κενάς· Ῥωμαίων τε τοῖς τὴν νῆσον κατοικοῦσι μηδενὶ ἐκέλευσεν ἐξεῖναι ὅπλοις χρῆσθαι, θάνατον δὲ εἶναι τὴν ζημίαν τῷ χρωμένῳ. αὐτὸς δὲ τάς τε πύλας τῆς πόλεως ἀσφαλισάμενος καὶ τὰ ἄλλα καταστήσας ᾗ αὐτῷ ἄριστα ἐδόκει ἔχειν, ἅμα ὀκτακοσίοις οὓς εἶχε, φραξάμενοι ἀνῆλθον εἰς τὰ τείχη ὡς ἀμυνούμενοι ἐπιόντα βασιλέα. ἤδη γὰρ ἀνθίσταντο ἀναφανδὸν, καὶ οὐδὲ σημαίας τὰς βασιλικὰς ἠξίωσαν ἀναγαγεῖν ἐπὶ τὰ τείχη, ὥσπερ ἦν ἔθος, ἀλλὰ τὰς Μαρτίνου μόνας, ὡς βεβαίως ἤδη τῆς νή- P. 231 σου ἐχομένης. Καλόθετος δ' ἅμα τοῖς περὶ αὐτὸν, ὅπλοις μὲν οὐκ ἐτόλμων χρῆσθαι τῷ δέει τῶν Λατίνων· παρεσκευασμένοι δὲ ἦσαν ὡς ἐπιθησόμενοι αὐτοῖς, ἐπειδὰν ὁ βασιλεὺς εἰς τειχομαχίαν καταστῇ. Μαρτῖνος μὲν οὖν οὕτω τοῖς ὀκτακοσίοις πεποιθὼς, ἀντικατέστη πρὸς τὴν μάχην. βασιλεὺς δὲ τῇ νήσῳ ὡς προσέσχεν, ἀπόβασίν τε ἐποιεῖτο τῆς γῆς εὐθὺς κρατῶν, καὶ τὴν ἵππον ἐξάγων παρεσκευάζετο πρὸς τὴν τειχομαχίαν. Μπενέτος δὲ ὁ Μαρτίνου ἀδελφὸς φρούριόν τι

5. οὐδ' οὖν vitiose pro ὁ δ' οὐ legebatur.

tur, pro ea rogatum veniret, reliquum arcis aedificare et pro securitate in futurum praesidium illi imponere: Martino, restituenti Benedicto ceterorum annorum quam ei detraxerat pecuniam, reliquae insulae praefecturam committere. Qui tamen non solum nihil eorum fecit, quae debuit: sed ubi appropinquare classem intellexit, ternas triremes suas, easque vacuas in mare demersit, Romanisque insulam habitantibus, mortis poena proposita, armis interdixit: urbis portas communiit et cetera quam visum est optime constituit, octingentosque armatos quos habebat, in muris ad imperatoris impetum repellendum collocavit: iam enim non dubie rebellabatur, nec signa imperatoria in moenibus pro consuetudine, sed Martini dumtaxat figebantur: quasi insula ab eo certo iam acquisita et mancupio obtenta esset. Calothetus cum suis Latinorum metu corripere arma ultro non audebat: sed ad operam praestandam, ubi imperator oppugnare urbem coepisset, parati erant. Martinus octingentis illis confisus, se defendere instituebat. Imperator ad litus appulsus, et exscensione facta, terra statim potitus, producto equitatu ad oppugnationem accingebatur. Benedictus Martini germanus castellum iactu lapidis ab oppido dissitum tenens, venit, illudque imperatori

καὶ αὐτὸς κατέχων οὐ μακρὰν τῆς ἄλλης πόλεως ᾠκοδομημέ- A. C. 1329
νον, ἀλλ' ὅσον ἀφ' ἑκατέρου πρὸς τὸ ἕτερον λίθῳ σχεδὸν
ἐξικνεῖσθαι, ἐνεχείρισεν ἐλθὼν τῷ βασιλεῖ, πολλὰ τοῦ ἀδελ- B
φοῦ κατηγορῶν ὡς καὶ ἀνόητα καὶ ἄδικα πράττειν ἐγνωκό-
τος· τοῦτο μὲν, εἰ πρὸς τοσαύτην δύναμιν ἀντισχήσειν ἤλ- V. 186
πισε, μὴ αὐτὸς ἐξ ἴσης ὁρμώμενος παρασκευῆς· ἀδικίαν δὲ
κατεγίνωσκεν αὐτοῦ, εἰ πολλὰ πρὸς βασιλέως εὐεργετηθεὶς,
Χίον διενοήθη αὐτοῦ ἀποστερῆσαι. βασιλεὺς μὲν οὖν εἰς τὸ
φρούριον εἰσῆλθε, Μπενέτον τῆς εἰς αὐτὸν εὐνοίας ἐπαινέσας,
καὶ μετὰ μικρὸν ἐξελθὼν διεκόσμει τὴν στρατιὰν ὡς ἐς τει-
χομαχίαν. Μαρτῖνος δὲ πρός τε τὴν βασιλέως στρατιὰν ἤδη
ἑαυτὸν οὐκ ἀξιόμαχον ὁρῶν, ἔκ τε τῶν Χίων ἐπικουρίαν οὐ-
δεμίαν προσδοκῶν διὰ τὸ οὐχ ἧσσον αὐτοῦ ἀφεστηκέναι ταῖς C
γνώμαις ἢ καθ' ὅσον εὖνοι ἦσαν βασιλεῖ ὑπωπτευκέναι, ἄλ-
λως τε καὶ Μπενέτου προσχωρήσαντος καὶ τὸ φρούριον παρα-
δόντος, ὃ οὐκ ἔλαττον ἠδύνατο ἀποτειχισμοῦ οὕτω πλησίον
ᾠκοδομημένον, σφοδρῶς τε ἐθορυβεῖτο καὶ τὰς σωζούσας ἀπε-
γίνωσκεν ἐλπίδας. ἐπεὶ δὲ τά τε σημεῖα ἤδη ἤρετο καὶ ἦρ-
χον μάχης οἱ Ῥωμαῖοι, πρεσβείαν πέμψας ὁ Μαρτῖνος, ἐδεῖτο
βασιλέως συγγνώμης τυχεῖν καὶ πρὸς συμβάσεις χωρῆσαι οἵας
ἂν δοκῇ βασιλεῖ. βασιλεὺς δὲ ἀπεώσατό τε τὴν πρεσβείαν καὶ
οὐκ ἔφασκε δεῖν, τῆς στρατιᾶς πρὸς τὴν μάχην παρατετα-
γμένης, διαλέγεσθαι περὶ συμβάσεων. πρότερον γὰρ αὐτῷ
ἐξῆν πρὶν ἐνθάδε ἥκειν συγγνώμην τε αἰτεῖν καὶ σπονδὰς τί- D
θεσθαι εἰρηνικὰς, νῦν δὲ ὅπως ἂν αὐτῷ δοκῇ ποιεῖν, ἐπεὶ τῇ

tradit, et fratrem ut iniustum ac stolidum accusat; si quidem apparatu multo inferior, tantis copiis resistere se posse speravisset: et pluribus ab imperatore beneficiis obligatus, Chio ipsum spoliare meditatus esset. Imperator castellum ingreditur, Benedictum de officio commendat: pauloque post exercitum ad oppugnandam urbem ordinat ac disponit. Martinus iam se illi imparem aspiciens et nullum a Chiis subsidium exspectans, quod eorum animos non minus a se aversos, quam in imperatorem conversos coniectabat, cum etiam Benedictus, deditione castelli facta, quod quidem muro valido cinctum et firmatum urbique vicinum, aeque resistere poterat, eius fidei potestatique se permisisset, medullitus conturbatus, de spe, qua se adhuc consolabatur, decidit. Cum Romani iam signa vellerent pugnamque ordirentur, missis legatis Martinus veniam precari et pactis, quae vellet imperator, se staturum promittere. Ille legatos repudiare ac dicere, stante iam in procinctu milite, importunum esse de pactis agere: integrum ei fuisse, antequam huc iretur, et veniam rogare et de pace secum convenire. Nunc facere se quod luberet: quando ipse sua fretus potentia, contra se arma capere

A. C. 1329 σφετέρᾳ πεποιθὼς δυνάμει ὅπλα αὐτῷ ἀντῇρε. Βασιλεὺς μὲν οὖν τοιαῦτα εἶπε· Μαρτῖνος δὲ ἤδη πᾶσαν ἐλπίδα περιῃρημένος σωτηρίας, δείσας μὴ καὶ τὸ ζῆν ἀφαιρεθείη, ἑαυτὸν ἐνεχείρισε βασιλεῖ καὶ τὴν στρατιὰν, τῆς πόλεως ἐξελθών. οἱ Χῖοι δὲ αὐτὸν ὁρῶντες ἤδη πρὸς αἰχμαλώτου τύχην καταστάντα, ὥρμησαν ὡς ἐπὶ τοῦ βασιλέως ἀποκτενοῦντες. ὁ μέγας δὲ δομέστικος ἀπειλήσας αὐτοὺς τὰ δεινότατα διαθήσειν, εἴ τι νεωτερίζοιεν πέρὶ αὐτὸν, ἀπαθῆ διετήρησε κακῶν. βασιλεὺς δὲ αὐτὸν πολλὰ καταμεμψάμενος τῆς ἀβουλίας, ὅμως οὐ διέθηκεν αὐτὸν κακῶς, ἀλλὰ τὴν μὲν γυναῖκα αὐτοῦ ἐκέλευσε καὶ παῖδας, ἔτι δὲ καὶ θεραπαινίδας ὅσαι ἦσαν, αὐτὰς
P. 232 μὲν ἐπιφορτίσασθαι ὅσον ἀνύσαι δυνατὸν ἐκ τῶν ἐκείνῳ προσόντων χρημάτων τε καὶ ἄλλων ἐπίπλων καὶ σκευῶν πολυτελῶν, τοὺς δὲ δούλους στρώματά τε καὶ τάπητας ἆραι καὶ ἄλλα ὅσα ἐπιτήδεια πρὸς τὸ καθεύδειν τῆς νυκτὸς, καὶ ἐξελθόντας Χίου πορεύεσθαι ὅποι ἂν δοκῇ· Μαρτῖνον δὲ ἐκέλευσεν εἱρχθῆναι. καὶ τοῦτο μὲν τοῦτον ἐπράχθη τὸν τρόπον, καὶ σχεδὸν ὅσα Μαρτίνῳ ἦσαν αἱ θεραπαινίδες ἅμα γυναικὶ ἐπεφορτίσαντο· τοὺς συνόντας δὲ αὐτῷ ὀκτακοσίους συγγνώμης τε ἠξίωσεν ὁ βασιλεὺς, ἀδικήσας μηδὲν, καὶ προὔθηκεν αἵρεσιν αὐτοῖς τοιαύτην, ὥστε τοῖς τε βουλομένοις τὰ ὄντα
B λαβόντας ἐξεῖναι ἀναχωρεῖν, τοῖς τε μένειν ἐθέλουσι μηδένα ἐνοχλεῖν, ἀλλὰ τὴν μισθοφορὰν λαμβάνοντας, δουλεύειν βασιλεῖ. ὀλίγοι μὲν οὖν ἐκείνων ἀπῇραν ἐκ τῆς Χίου, οἱ λοιποὶ δὲ, οἱ μὲν ἔμειναν ἐν Χίῳ αὖθις μισθοφοροῦντες, οἱ δὲ τοῖς

non dubitasset. Martinus omni iam spe deperdita timens ne insuper morti dederetur, urbe egressus, seque exercitumque suum imperatori transdidit. Chii hominem nunc ad captivi fortunam redactum cernentes, insurgere, ut eum ante oculos imperatoris mactarent. At magnus domesticus se pessimis modis illos accepturum comminatus, si quid ei nocuissent, vivum incolumemque servavit. Imperator de amentia obiurgatum, nulli supplicio subiecit: sed uxorem, liberos et famulas quotquot erant tollere iussit quantum ferre possent de illius rebus pretiosaque supellectile: famulos autem toralia, tapetes ac reliqua omnia ad nocturnam quietem requisita, et Chio excedentes ire, quo voluntas duceret, Martinum autem in vincula duci. Et haec quidem hoc modo patrata sunt: ac ferme omnia quae Martinus habebat, ministrae et uxor in humeros sublata extulerunt. Octingentos autem illos, qui eidem militabant, venia et impunitate dignatus est; tali optione data, ut qui vellent, cum re familiari sua libere insula demigrarent: qui manere mallent, iis nemo esset molestus, et imperatoris militiam mercede tolerarent. Paucis Chium deserentibus, ceteri omnes aut ibidem aera merere perrexerunt:

βασιλέως συνηριθμήθησαν οἰκέταις. Χίος μὲν οὖν οὕτως αὖ- A.C. 1329
θις γέγονεν ὑπὸ Ῥωμαίοις. βασιλεὺς δὲ Μπενέτον τε δί-
καιον ἔκρινεν ἀμείβεσθαι τῆς εὐνοίας καὶ τῆς προθυμίας τῆς
εἰς αὐτὸν, καὶ τῶν Χίων τοὺς δυνατοὺς καὶ τὸν δῆμον. εἰ
γὰρ καὶ μηδὲν εἰς τὸν πρὸς Μαρτῖνον πόλεμον εἰσήνεγκαν
αὐτοὶ, ἀλλὰ ταῖς γνώμαις οὕτως ἦσαν παρεσκευασμένοι, ὡς
ἢν δέῃ, πᾶσαν ἐπιδειξόμενοι σπουδὴν καὶ προθυμίαν ὑπὲρ C
βασιλέως. διὸ καὶ Καλόθετον μὲν καὶ γένος τά τε ἐν Διδυ-
μοτείχῳ προεπηγγελμένα, ὅτε περὶ Χίου κρύφα διειλέχθη,
καὶ προσέτι πλείω εὐηργέτει, καὶ τοὺς ἄλλους καὶ τιμαῖς V. 187
ἠμείβετο καὶ δωρεαῖς· τὸν δῆμον δὲ τῶν δημοσίων ἀνῆκεν
εἰσφορῶν, ὅσαι μάλιστα ἐπίεζον.

ιβ'. Μπενέτον δὲ μετακαλεσάμενος τὸν Μαρτίνου ἀδελ- D
φὸν ἀνεμίμνησκέ τε ὧν πρὸς Βυζάντιον ἐλθὼν τοῦ ἀδελφοῦ
κατηγόρει, ὡς ἀποστεροίη μὲν τῶν ἑξακισχιλίων χρυσίων, ἃ
προσῆκεν αὐτῷ ἀπὸ τῶν δημοσίων προσόδων τῆς Χίου λαμ-
βάνειν, αὐτὸς δὲ τὴν νῆσον σφετεριζόμενος ἀποστεροίη τοῦ
πατρῴου κλήρου, καὶ ὡς ἐδεῖτο τῆς δυνατῆς τυχεῖν ἐπικουρίας·
ὧν τε αὐτὸς ἐπηγγείλατο, ὡς ὅσον ἤδη γενόμενος ἐν Χίῳ τῆς P. 233
τε εἰς αὐτὸν καὶ τὸν ἀδελφὸν ἀδικίας εἰσπράξεται Μαρτῖνον
δίκας. ὧν δὴ νῦν καλῶς καὶ ὡς προσῆκεν ἀποβάντων καὶ
Μαρτίνου Χίου ἐξεληλαμένου, δίκαιον ἡγεῖσθαι εἶναι τάς τε
ἐπαγγελίας ἐκπληροῦν τὰς εἰς αὐτὸν, καὶ τῆς εὐνοίας ἀμείβε-
σθαι ἧς πρὸς ἐλθόντα ἐνεδείξατο, τὸ φρούριον παραδούς. οὗ

aut in ministros eius domesticos relati sunt. Hac ratione Chius in Romanorum ius mancipiumque rediit. Imperator deinde et Benedicto pro navata benevolentia ac prompta voluntate, et Chiorum principibus populoque gratiam rependi aequum iudicavit. Qui quamquam ad bellum contra Martinum nihil contulissent, tamen is erat eorum sensus atque animus, ut necessitate flagitante, omnem operam ad imperatorem strenue adiuvandum collaturi fuerint. Quare et Calothetum et genus eius tum iis, quae apud Didymotichum de Chio clandestino secum disserenti promiserat, tum aliis praeterea pluribus remuneratus est: atque alios donis et honoribus auxit; populum vero tributorum onere, quo gravissime premebatur, levavit.

12. Accersitum quoque Benedictum Martini fratrem accusationis admonet, quam ei Byzantium veniens intenderat de sex aureorum millibus, quae pro paterna sorte de publicis Chii reditibus capere debuisset, ab illo autem, qui insulam sibi vindicasset, privatus fuisset. Et quo pacto auxilium, si quod posset, afferri petivisset; quae ipse promisisset, quam severe nimirum in Chium delatus et sibi et illi iniuriam illatam ulturus foret. Quod quoniam feliciter atque ut par erat evenerit et Martinus insula exactus sit, consenta-

A. C. 1329 δὴ ἕνεκα τῆς τε Χίου ἐπιτρέπειν τὴν ἀρχήν, καὶ τῶν προσόδων αὐτῆς τῶν δημοσίων οὐκ ἔλαττον χρυσίου μυριάδων δυοκαίδεκα οὐσῶν, εἰς μὲν ἐπιμέλειαν τῆς νήσου καὶ φυλακὴν, ἔτι τε λοιπὴν ἀναγκαίων ἀναλωμάτων χρείαν ὅσα ἂν B αὐτῷ σκεψαμένῳ βέλτιον δοκοίη ἔχειν ἀναλοῦν· τὰ δὲ ὑπολειφθέντα χρήματα, τὰ ἡμίση μὲν τῷ βασιλικῷ ταμιείῳ εἰσκομίζειν, αὐτὸν δὲ τὰ ἐπίλοιπα καρποῦσθαι. ἄδηλον δὲ ὂν ἀνθρώπῳ παντὶ ὁπότε ἀπροσδόκητον ἥξει τὸ τέλος τῆς ζωῆς, δίκαιον ἅμα καὶ λυσιτελὲς ἡγεῖσθαι εἶναι, τὴν ἀκρόπολιν, ἣ πρὸς Μαρτίνου ᾠκοδομεῖτο, ἐπισκευασθεῖσαν ὧν δέοιτο, φρουρᾷ κατασχεθῆναι παρ' αὐτοῦ, ὡς εἴ τι περὶ αὐτοῦ, οἷα τὰ ἀνθρώπινα, συμβαίη καὶ γένοιτο ἐξ ἀνθρώπων, μὴ τὴν Χίον Ῥωμαίους ἀποστερηθῆναι, πολλοὺς ἔχουσαν οὐ πόῤῥωθεν μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐγγύθεν ἐπιβούλους καὶ μάλιστα τοὺς ἐκ Δήλου Σπιταλιώτας. Τοιαῦτα πρὸς Μπενέτον διεξιόντος βασι- C λέως καὶ μικρᾶς εὐνοίας χάριν μεγάλην κατατιθεμένου, οἱ μὲν ἄλλοι πάντες κατεπλήττοντο τὴν περὶ τὰς εὐεργεσίας τοῦ βασιλέως φιλοτιμίαν, ὅτι μικρᾶς ἕνεκα εὐνοίας τοσαύτην ἀντιπαρέσχε χάριν, μήτε ὧν ἀνάλωσε χρημάτων πρὸς τὴν παρασκευὴν τοῦ στόλου καὶ τῆς συνεπομένης ἄλλης στρατιᾶς ὑπολογισάμενος τὸ πλῆθος, μήτε ὧν ἐκ Χίου ἔμελλεν ἐτησίως ὁ Μπενέτος ἀποφέρεσθαι, καὶ ταῦτα, ὀλίγα ἢ οὐδὲν πρὸς τὸν ὑπὲρ τῆς Χίου πόλεμον εἰσενεγκών. Μπενέτῳ δὲ οὐδὲν ἄρα ἤρκει, ἀλλ' ἀδικεῖσθαι ἡγεῖτο καὶ ἀποστερεῖσθαι, μὴ μει-

15. Σπιτάλη in Graeco barbaro hospitium est. *ED. P.*

neum sibi videri promissa persolvere et castello sponte dedendo declaratam erga se propensionem compensare. Quocirca se illi praefecturam Chii deferre. Cumque reditus insulae centum ac viginti millium aureorum summam plane conficerent, ad eius procurationem, ad praesidia ususque necessarios, quantum re perspecta merito requiri putaret, impenderet: de reliquo dimidium unum in imperatoris fiscum inferret: altero ipse frueretur. Et quoniam suus quemque dies latet, aequum se et utile arbitrari, arcem a Martino inchoatam perfici et a se cum praesidio occupari; quo, si quid, ut sunt res humanae, sibi acciderit et inter homines esse desierit, Romani Chium, cui multi et remoti et vicini praesertimque Delii Hospitalenses insidientur, ne amittant. Haec cum imperator diceret parvoque officio illius ingenti beneficio suo responderet, reliqui omnes eius tam fervens benefaciendi studium obstupescebant, quando tam modica tam magnis pensaret, non reputans, neque quantos sumptus in aedificanda ornandaque classe et in classiarios fecisset: neque quam grandem pecuniam Benedictus anniversarie reportaturus esset; idque cum parum aut nihil bello pro Chio commodasset. Sed Benedicto nihil sufficie-

ζόνων ἀξιούμενος. διὸ καὶ τὴν βασιλέως δωρεὰν ἀπεωθεῖτο A. C. 1329
μὴ δεῖσθαι φάσκων μήτ' ἐπιτροπεύειν Χίου, μήτ' ἐφ' οἷς
ὁ πατὴρ αὐτῷ, μήθ' ὁ ἀδελφὸς Μαρτῖνος καὶ αὐτὸν κατέχειν· V. 188
ἀλλ' εἰ μὲν αὐτῷ παντάπασι τῆς Χίου βασιλεὺς παραχωροίη, D
ὥστ' ἰδίαν αὐτῷ ἀρχὴν εἶναι καὶ μηδαμῶς τελεῖν ὑπὸ Ῥωμαίους, πολλὴν ἂν εἰδείη τῆς εὐεργεσίας χάριν. εἰ δὲ μὴ τοῦτον βούλοιτο τὸν τρόπον, μηδεμιᾶς ἑτέρας εὐεργεσίας μεμνῆσθαι, ὡς πρὸς ἡδονὴν αὐτῷ οὐκ ἐσομένης, ἀλλ' αὐτὸν ὅ, τι ἂν δοκῇ δεσπότην ὄντα περὶ τῆς νήσου πράττειν. Βασιλεὺς δὲ οὐ δίκαια αἰτεῖν ἔφασκε Μπενέτον, οὐδ' οἷα τυχεῖν. ἐχρῆν μὲν γὰρ εἰ καὶ τοὺς ἑξακισχιλίους ἐλάμβανε χρυσοῦς, ὧν παρὰ Μαρτίνου ἠδικεῖτο, ἀγαπᾷν καὶ πολυπραγμονεῖν μηδέν. εἰ δὲ οὐ τοσαῦτα μόνον, ἀλλὰ καὶ πολλαπλασίω τούτων καὶ προσέτι τὴν ἀρχὴν ἔχειν ἔξεστι τῆς νήσου, πῶς ἂν εἴη δίκαιον ἐνδεᾶ τὴν χάριν τοῦ προσήκοντος νομίζειν; P. 234
ἔτι δὲ οὐδὲ ἑαυτῷ τὸ παντάπασιν αὐτῷ παραχωρῆσαι Χίου ἐν καλῷ τοῦ σχήματος ἔφη κείσεσθαι ὁ βασιλεύς, οὐδὲ φιλοτιμίαν καὶ μεγαλοψυχίαν, ἀλλὰ παραπληξίαν καὶ ἀκρισίαν περιάψειν ἑαυτῷ. εἰ γὰρ ἔδει τοσοῦτον πόνον αὐτόν τε καὶ Ῥωμαίους ὑπομείναντα καὶ τοσαῦτα κατὰ τὴν παρασκευὴν τοῦ στόλου χρήματα οὐκ αὐτὸν μόνον ἐκ τῶν βασιλικῶν, ἀλλὰ καὶ ἐκ τῶν ἰδίων τῶν ἐπιφανῶν πολλὰ ἀναλωκότων ὥστε κρατῆσαι Χίου, ἔπειτα αὐτῷ παραχωρῆσαι ἐς τοσοῦτον, ὥστε μήτε νῦν μήθ' ὕστερον μὴ μόνον μὴ μετεῖναι Ῥωμαίοις τῆς ὠφελείας τῆς αὐτῆς, ἀλλὰ μηδὲ προσρήματι ψιλῷ κυ- B

bat: qui se etiam iniuria affici et suis spoliari censebat, quod maioribus dignus non haberetur. Quare donationem imperatoris reiiciebat profitebaturque, non se iis indigere: nec Chium procurare velle, nec retinere iis conditionibus, quibus aut parens aut frater retinuissent. Si imperator eam totam omnimodis pro peculiari principatu, a Romanorum imperio prorsus exemptam, sibi cedat, tum demum illi ut beneficio gratiam magnam habiturum. Si nolit, ne ullius beneficii mentionem faciat, audire enim non posse. Verum cum ipse insulae dominus sit, ageret pro arbitratu. Respondit imperator, Benedicti petitionem nec aequam, nec impetrabilem esse: oportuisse enim sex aureorum millibus a Martino recipiendis contentum, alienis se non implicare. Cum vero non tantum modo, sed multo etiam plura et insuper insulae praefecturam consequi liceat, qui tandem munus hoc eius meritis impar iuste videri queat? Ad hoc si totam insulam ei in mancipio det, id ne sibi quidem laudi fore: neque gloriae cupidum et magnanimum, sed vaesanum et nullius cerebri visum iri. Si enim necesse erat tot laboribus et a se susceptis et a Romanis atque in classe instruenda non a se dumtaxat

A. C. 1329 ρίους ὀνομάζεσθαι αὐτῆς, πολλῷ τῷ μέτρῳ βέλτιον καὶ λυσιτελέστερον ἦν, τὴν ἀπραγμοσύνην καὶ τὴν ἡσυχίαν αἱρεῖσθαι, Μαρτῖνόν τε ἐᾷν κατέχειν καὶ μὴ παρενοχλεῖν. ἐκείνως μὲν γὰρ πρὸς τῷ μὴ κόπτεσθαι καὶ ταλαιπωρεῖν ἐν στρατείαις, καὶ ταῦτα διαποντίοις, καὶ τὰ ἀναλωθέντα χρήματα ἐξῆν κερδαίνειν· καὶ προσέτι γε εἰ μὴ νῦν, ἀλλ' ὕστερόν ποτε δύναμιν κτησαμένοις τοῖς Ῥωμαίοις τὴν νῆσον ἂν ἐξῆν ἀνακαλεῖσθαι ὡς ἀδικουμένοις, καὶ ἢ αὐτῆς τῶν ἀδικούντων κρατήσασι τυγχάνειν, ἢ ἐλάσσοσι τῶν ἀντιπάλων γενομένοις μὴ C ἀδικεῖν νομίζεσθαι, μηδὲ παρασπονδεῖν. εἰ δ', ὥσπερ νῦν ἀξιοῖς αὐτὸς, σοὶ παραχωρήσομεν τῆς νήσου, οὐ μόνον εἰκῆ καὶ μάτην τόν τε πόνον ἐσόμεθα πεπονηκότες καὶ τὰ χρήματα ἀναλωκότες, ἀλλ' οὐδ' ἐλπίδα ὑπολειψόμεθα Ῥωμαίοις τοῦ ἀνασώσασθαι ἄν ποτε τὴν νῆσον· ἢ δοκεῖν ἀδικεῖν καὶ παρασπονδεῖν ἐάν τε κρατήσωσιν, ἐάν τε μή. δι' ἃ δὴ πάντα μήτ' αὐτὸν μήτε δίκαια μήτε δυνατὰ αἰτεῖσθαι, μήτ' αὐτὸν δύνασθαι παρέχεσθαι· ἀλλ' ἃ ὑπ' αὐτοῦ πρότερον ἐκρίθη, δυνατά τε εἶναι καὶ Ῥωμαίοις καὶ αὐτῷ λυσιτελῆ. Μπενέτου δὲ πάντων μὲν φάσκοντος ἀκηκοέναι τῶν βασιλέως λόγων καὶ προσεσχηκέναι αὐτοῖς, μηδενὶ δὲ πείθεσθαι αὐτῶν, ἀλλὰ τοῖς ἐξ ἀρχῆς ἐμμένειν δεδογμένοις, καὶ μηδεμίαν ἡγεῖσθαι D χάριν προσήκουσαν αὐτῷ ἢ τὴν παντελῆ παραχώρησιν τῆς

e fisco suo, sed ab illustribus quoque separatim impensa non mediocri facta, ut Chius reciperetur, deinde eam illi relinquere, adeo, ut Rómani neque nunc, neque posthac quidquam inde emolumenti perciperent, imo nec verbo saltem illius domini appellarentur, longe utique melius et conducibilius fuisse, procul negotiis quietem persequi Martinumque eam retinere perpeti et nihil turbarum excitare. Sic namque et defatigatione ac labore expeditionis huius, et quidem maritimae, et praeterea consumptae pecuniae supersederi potuisse. Adde quod, si non hoc tempore, at aliquando Romanis, ut iniuriam passis, comparato exercitu insulam recuperare licebit; et vel ea potitis ius suum obtinere, vel poteniia adversariorum superatis, neque perperam egisse, neque foedus violasse existimari. Sin, quod tu nunc postulas, insula tibi cessero, praeterquam quod tempus et impensa periit, nulla spes eius unquam recipiendae Romanis relinquetur; aut contra fas agere et foedifragos haberi oportebit, sive eam obtinuerint, sive non obtinuerint. His de causis nec tu iusta et quae fieri possunt petis, nec ego possum concedere. Quae autem prius a me statuta sunt, ea fieri queunt et cum ex Romanorum, tum etiam ex re tua sunt. Hic Benedictus, audisse attente omnia, quae dixisset imperator; sed iis nec hilum commoveri perstareque in prima sententia et ita sentire, nisi tota insula detur, nulla posse meritis suis digna praemia rependi. Solent, excipit

νήσου, Οὐδὲν, ἔφη, θαυμαστὸν, ὁ βασιλεὺς, εἴ τινι περὶ πρά- A. C. 1329
γματός τινος βουλευομένῳ νῦν μὲν τοιάδε τινὰ λογίζεσθαι
παρασταίη, μικρὸν δὲ ὕστερον τἀναντία ἢ βελτίω ἢ χείρω
σκεπτομένῳ φαίνοιτο ἐκ τῶν πραγμάτων. διόπερ οὐδ' αὐτὸν
δίκαιον νῦν πρῶτον τῶν πρὸς αὐτὸν ἀκηκοότα λόγων, ἀπερι-
σκέπτως οὕτως ἀπαγορεύειν, ἀλλὰ δέον εἰς δευτέραν καὶ
τρίτην μετὰ τῶν φίλων σκεψάμενον ἡμέραν, οὕτως ἥκειν
ἀπαγγέλλοντα ὅσα ἔδοξεν. ἴσως γάρ τι τῶν δεόντων ἡ μετὰ
τῶν φίλων καὶ οἰκείων συνδιάσκεψις εὑρήσει. Ἐπιχειροῦντος
δὲ αὖθις ἀντιλέγειν τοῦ Μπενέτου, ἐπέσχεν ὁ βασιλεὺς, τῆς
καθέδρας τε ἐξαναστὰς καὶ πρὸς αὐτὸν εἰπὼν, ὡς οὐκ ἀκού- P. 235
σεται πρὶν μετὰ τῶν φίλων βουλευσάμενον ἥκειν. Μπενέτος V. 189
μὲν οὖν οὕτως οἴκαδε ἀπῆλθεν, ἀνάπλεως ταραχῆς· εἰς τρί-
την δὲ ἡμέραν μεταπεμψάμενος αὐτὸν ὁ βασιλεὺς, τῶν τε
πρότερον ἀνεμίμνησκεν εἰρημένων καὶ ἕτερ' ἄττα προσετίθει,
τήν τε εὐμένειαν τὴν πρὸς αὐτὸν ἔνδηλον ποιῶν καὶ ὅσην
ἔχει περὶ τὸ εὖ ποιεῖν αὐτὸν τὴν προθυμίαν. συνεβούλευέ
τε πείθεσθαι αὐτῷ ὡς λυσιτελοῦντα βουλευομένῳ. ὁ δὲ τῆς
τε ἐξ ἀρχῆς εἴχετο γνώμης καὶ βασιλεῖ παρῄνει μὴ εἰκῇ πο-
νεῖν, μηδ' ἄλλο τι πείθειν ἐπιχειρεῖν. ἀλλ' εἰ μὲν αὐτῷ τῆς
νήσου πᾶσαν παραδοίη τὴν ἀρχὴν, εἰ δὲ μὴ, ἀλλὰ τόγε δεύ- B
τερον, τῶν τριήρεων ὅσων δέοιτο ἐδεῖτο παρασχεῖν, ὡς ἂν
εἰς Γαλατᾶν ἀφίκηται, ἐνθέμενος τὰ ὄντα. βασιλεῖ δὲ ἐδό-
κει δεινὸν, εἰ μήπω πᾶσι φανερᾶς τῆς εἰς αὐτὸν εὐεργεσίας

imperator, de re aliqua deliberantibus iam haec, paulo post contraria in mentem venire, quae aut meliora, aut deteriora appareant. Quare nec ipsum decere, primis ab se auditis sermonibus, adeo inconsidate desperare; verum cum amicis ac propinquis biduo triduove ubi consuluerit, tum demum venire et quid probetur exponere; fortassis enim ea consultatione, quid facere par sit, inventurum. Benedictum adhuc parantem contradicere imperator solio exsurgens cohibuit, testificans, non se ante aures illi daturum, quam communicato cum amicis negotio redierit. Sic ille domum perturbatissimus abiit. Tertia luce vocatum imperator et dictorum admonuit, et alia quaedam adiecit, quibus et animum suum erga ipsum et quantopere de homine bene mereri cuperet, declaravit: hortatusque est, ut sibi utile danti consilium obsecundaret. Benedictus a pertinacia non discedere, imperatoremque monere, ne dum aliud suadere conetur, oleum atque operam perdat: sed si quidem plenum totius insulae principatum sibi det: sin autem, rogare se, triremes quot indigeret daret, quibus facultates suas imponeret Galatamque traiiceret. Imperator odiosum arbitrari, si, cum de sua in illum beneficentia nondum constaret palam, aut ipse veritatem celare

A. C. 1329 καθεστηκυίας, ἢ τἀληθὲς αὐτὸς ἐθέλων ἀποκρύπτειν, ἢ ἕτεροί τινες τῶν γενομένων πέρι μηδὲν εἰδότες, οἰήσονται τὸν βασιλέα βούλεσθαι μὲν ἀπελαύνειν Μπενέτον Χίου, εὐπροσώπου δὲ προφάσεως οὐκ εὐπορεῖν, καὶ διὰ τοῦτο ἀσμένως λαβόμενον τοῦ λόγου, τάς τε τριήρεις παρέχειν καὶ τὴν ἔξοδον ἐπιτρέπειν. διὸ καὶ αὖθις ἐφ' ἑτέραις τρισὶν ἡμέραις περὶ τοῦ πράγματος ἐκέλευε διασκέψασθαι, δίκαιον δὲ εἶναι μὴ C πρὸς τὴν ἐκείνου μικροψυχίαν ἀπιδεῖν, ἀλλὰ τὴν αὐτῷ προσήκουσαν ἐνδείξασθαι μεγαλοψυχίαν καὶ καρτερίαν. ἴσως γὰρ ἐν αὐταῖς τῶν δεόντων τι βουλεύσασθαι δυνήσῃ. Μπενέτος δὲ μηδὲν ἔτι προσθεὶς, θυμοῦ γέμων, οἴκαδε ἀπεχώρει ὡς τὰ ἔσχατα ἠδικημένος. βασιλεὺς δὲ ἐπὶ τοῖς γινομένοις δυσχεραίνων, τῶν παρόντων ἐπυνθάνετο Ῥωμαίων, εἰ μὴ τὴν προσήκουσαν εὐεργεσίαν κατατίθεται Μπενέτῳ, μικρὰ ἢ οὐδὲν πρὸς τὸν ὑπὲρ τῆς Χίου πόλεμον συναραμένῳ, ἢ εἰ δικαία ἡ ἀξίωσις αὐτοῦ καὶ σὺν λόγῳ γινομένη. αὐτὸν γὰρ μὴ δύνασθαι συνεῖναι, ὅ, τι ταῦτα αὐτῷ τὰ ῥήματα νοεῖ. οἱ μὲν οὖν ἄλλοι Μπενέτον τε κατῃτιῶντο καὶ πολλὴν κατεγί- D νωσκον αὐτοῦ ἀβελτηρίαν· ὁ μέγας δὲ δομέστικος „τὴν μὲν ἀλογίαν" εἶπεν „ὦ βασιλεῦ, καὶ τὴν παράνοιαν τῶν Μπενέτου ζητημάτων πάντες τε ἴσασι σαφῶς καὶ τὴν ὁμοίαν ψῆφον φέρουσι περὶ αὐτοῦ. διὸ οὐδὲ πολυπραγμονεῖν ἐξετάζοντας χρὴ, ὅ, τι βουλόμενος ἀνενδότως ἔχει περὶ αὐτά· οἰε-

15. πρὸς ED. P. pro πέρ.

vellet: aut quidam alii, rei transactae prorsus ignari existimarent, imperatorem Benedictum Chio expulsum cupere: verum causa aliqua in speciem honesta non suppetente, libenter ex eius verbis occasionem arripuisse et, triremibus suppeditatis, abitionem illi permittere. Itaque rursus alio triduo rem deliberationi iussit committere aequum censens, non ad eius illiberalem animum respicere: sed personae suae convenientem mentis celsitatem patientiamque prae se ferre, forsitan enim illo spatio quippiam opportunum posse statuere. Benedictus verbum non amplius addens et ira aestuans, quasi intoleranda vexatus iniuria, domum recessit. Imperator facto indignatus, praesentes Romanos percunctatur, num Benedicto meritas gratias non retulerit, qui tamen ad bellum Chium tenui aut nullo auxilio fuerit: et, numquid non iusta et ad praescriptum rationis ab eo requireret: se enim non percipere, quid eius verba significent. Aliis igitur in hominem invehentibus et ut insigniter vecordem condemnantibus, magnus domesticus ita disseruit: Quam a ratione alienum ac delirum sit Benedicti desiderium, omnes perspectum habent. Ideo quid spectans tam rigidus in eo et praefractus perseveret, non est curiosius inquirendum. Censendum vero, furio-

σθαι δὲ αὐτὸν τοῖς μαινομένοις προσεοικέναι, οἳ μήτε περὶ A.C. 1329
ὧν λέγουσι, μήτε πρὸς οὓς ποιοῦνται ἴσασι τοὺς λόγους, ἀλλ'
ᾗ ἂν τὸ δαιμόνιον κινοίη, φθέγγονται ἀδιανόητα τοῖς πᾶσιν.
ὡς ἂν δὲ μήθ' ὕστερον αὐτός ποτε μήδ' ἕτερός τις τὴν ἀλή-
θειαν ἐθέλων ἀφανίζειν δύναιτο τῷ ψεύδει χρῆσθαι καὶ τὰ
οὐκ ὄντα λογοποιεῖν, κακίαν δῆθεν προστριβόμενος ἡμῖν τινα,
ἅ μοι δοκῶ ποιητέα, εἴγε καὶ αὐτῷ σοι συνδόξειεν εἶναι, ἐρῶ. P. 236
τῇ Χίῳ νυνὶ πολλῶν ἐπιδημούντων, οὐ Ῥωμαίων μόνον, ἀλλὰ
καὶ ἐκ Γεννούας καὶ Βενετίας κατ' ἐμπορίαν, καὶ Νικολάου
Σανούτου τοῦ τῶν Κυκλάδων ἄρχοντος, ὃς ἧκε κατὰ φιλίαν
σὲ προσκυνήσων, ἔτι δὲ καὶ ἐκ Λατίνων ἀρχιερέως, ὃς τὴν
τῆς Χίου παρὰ τοῦ πάπα ἐπιτέτραπτο ἐπισκοπὴν, καὶ Φρε-
ρίων τινῶν καθ' ἱστορίαν, κέλευσον ἐκ πάντων ἐκκλησίαν
ἀθροισθῆναι· πάντων δὲ παρόντων γενέσθαι τοὺς λόγους
πρὸς Μπενέτον. κἂν δέξηται πεισθεὶς τὴν εὐεργεσίαν, παντα-
χόθεν ἂν ἔχοι καλῶς· ἐὰν δὲ τῇ προτέρᾳ παρανοίᾳ χρώμενος, B
τῶν μὲν ἐν χερσὶν ἀπόσχηται ἀγαθῶν, τῶν δὲ μήτε ὄντων V. 190
μήτε ἐσομένων ἐπιθυμοίη, εἰ μὴ αὐτὸν ὡς ἀδύνατα ἀξιοίη
πεῖσαι δυνησόμεθα, ἀλλὰ τούς γε παρόντας οὐ μάρτυρας
μόνον ἕξομεν, ἀλλὰ καὶ κήρυκας καὶ τῆς σῆς καλοκαγαθίας
καὶ φιλοτιμίας περὶ τὰς εὐεργεσίας, βασιλεῦ, καὶ τῆς ἐκείνου

12. Φρέριοι non sunt Ferrarienses, ut Intpr. vertit; quo enim? nam et Ferraria Graecis, ut in C. Florentino, dicitur Φεῤῥαρία; sed est vox Gallica *freres*; erant autem equites Hierosolymitani, testante Niceta pag. 145. primae editionis: *πρὸς τῶν Ἱεροσολυμιτῶν λυθεὶς, οὓς Φρερίους φασίν. ED. P.*

sorum esse similem, qui neque quid, neque apud quos loquantur, norunt: sed quatenus a cacodaemone exagitantur, cogitationibus humanis abhorrentia effutiunt. Ut autem in posterum nec ipse, nec alius veritatem mendacio obscurare queat et inanes comminisci fabulas, quo nobis labem aliquam improbitatis inurat, quae mihi videantur, si forte eadem tibi probabuntur, eloquar. Quia in praesens non Romani dumtaxat, sed et Genuenses, et Veneti in hac insula negotiantur, et Nicolaus Sanutus Cycladum praefectus, qui amicitiae ergo te salutatum venit: item ex Latinis episcopus, cui a papa Chii pontificatus commissus est, et aliquot Milites Templi qui terram hanc lustrare student; conventum omnibus istis indicito, et in eorum praesentia Benedictum compellari iubeto: qui si quod offers, mutatus admiserit, optatissimum acciderit: sin priore adhuc obstrictus amentia, quae in manibus habet bona abiecerit; quae autem nulla sunt, neque erunt, concupierit, et nos illi fidem facere nequibimus, ea ipsum postulare, quae dari non possint, certe praesentes quidem non solum testes, verum etiam integritatis tuae ac studii in benefaciendo et illius insaniae praecones habebimus: et hinc praecipuam

A. C. 1329 παραπληξίας, καὶ δύο τὰ μέγιστα ἐντεῦθεν κερδανοῦμεν, ἡμᾶς τε αὐτοὺς ἀπαλλάττοντες ἀδοξίας οὐ προσηκούσης καὶ τοὺς ἄλλους τῆς ἐκ τοῦ ψεύδους ἐλευθεροῦντες προσγενησομένης βλάβης." Τοιαῦτα μὲν ὁ μέγας δομέστικος εἶπε· βασιλεὺς δὲ ἐπείθετό τε εὐθὺς τοῖς εἰρημένοις ὡς καλῶς ἔχουσι, καὶ C αὐτῷ ἐπέτρεπε τὴν πρᾶξιν, προσθεὶς, ὡς εἰ μὴ βούλοιτο κατὰ τὰ διατεταγμένα πρότερον ἄρχειν ὁ Μπενέτος Χίου, καὶ δευτέραν αἵρεσιν εὐεργεσίας αὐτῷ προθεῖναι, ἐλάττονος ἢ κατὰ τὴν προτέραν οὐδαμῶς. τακτῇ δὲ ἡμέρᾳ ἐκκλησίαν ὁ μέγας δομέστικος ἔκ τε Ῥωμαίων καὶ τῶν ἐπιχωριαζόντων Λατίνων συναγαγὼν, παρόντος καὶ αὐτοῦ Μπενέτου καὶ τῶν Μαρτίνῳ τῷ ἀδελφῷ πρότερον συνόντων οὐκ ὀλίγων, εἰς λόγους τε καθίσταντο καὶ διηγεῖτο ἄνωθεν ἀπ' ἀρχῆς, ὅπως τε εἰς Βυζάντιον ἀφίκοιτο πρὸς βασιλέα ὁ Μπενέτος κατηγορῶν τοῦ ἀδελφοῦ ἐφ' οἷς ἠδικεῖτο παρ' αὐτοῦ, ὅσα τε αὐτῷ λεχθείη πρὸς D βασιλέως, καὶ τὴν εὔνοιαν, ἣν ἐνεδείξατο πρὸς αὐτὸν ἀφικόμενον πρὸς Χίον, καὶ ὡς τῆς εἰς αὐτὸν εὐνοίας ἕνεκα ὁ βασιλεὺς ἀμείβεται τοιαύταις εὐεργεσίαις. Μπενέτος δὲ αὖθις τήν τε δωρεὰν ἀπεωθεῖτο τὴν βασιλέως, ἀναξίαν κρίνων ἑαυτοῦ, καὶ εἰ μὴ παντάπασιν αὐτῷ παραχωρήσει Χίου, τῆς Ῥωμαίων ἀφελόμενος ἡγεμονίας, μηδεμιᾶς ἑτέρας εὐεργεσίας φάσκων δεῖσθαι παρ' αὐτοῦ, καὶ μηδὲ τρίβεσθαι εἰκῇ καὶ μάτην ἀδύνατα ἐπιχειροῦντας πείθειν. οἱ μὲν οὖν παρόντες καὶ μάλιστα οἱ ἐκ Λατίνων, πολλὴν ἀκρισίαν κατεγίνωσκον

eamque bipartitam utilitatem hauriemus; quod nos ipsos nimirum ab immerita infamia servabimus: et aliis a nocumento mendacii cavebimus. Haec ubi effatus est magnus domesticus, imperator protinus in eius sententiam ivit, et rei conficiendae negotium illi dedit: atque hoc amplius, nisi Benedictus ex priori decreto Chium administrare vellet, ut aliam ei ex liberalitate conditionem, prima nequaquam deteriorem, proponeret. Die praestituta cum magnus domesticus ex Romanis et Latinis advenis conventum coegisset; praesente etiam Benedicto et non paucis, qui antea cum Martino fratre eius familiariter vivebant, ad verba ventum est: altiusque repetito principio, domesticus narravit, quo pacto Benedictus Byzantium ad imperatorem confugiens, fratrem iniuriarum postulasset, quidque imperator supplici respondisset, et qua is benevolentia postea eumdem imperatorem in Chio complexus esset: atque hanc esse causam, quare imperator tantam ei gratiam referret. Benedictum autem iterato quasi se indignam reiecisse; ac nisi Chio a Romano imperio avulsa sibi penitus cederet, nullo se alio eius beneficio egere iactasse: et ne irritus ac temerarius labor impossibilibus sibi suadendis susciperetur, monuisse. Qui aderant, Latini praesertim, fatuum adeo

Μπενέτου καὶ ᾐτιῶντο φανερῶς, καὶ τὴν βασιλέως θαυμά- A.C. 1329
ζοντες φιλοτιμίαν καὶ τὴν αὐτοῦ κακοβουλίαν, καὶ συνεβού- P. 237
λευον πείθεσθαι βασιλεῖ, ὡς, εἰ μὴ πεισθείη νῦν, πολλὰ πολ-
λάκις ὕστερον μεταμελήσοντος αὐτῷ. ὁ δ' οὐδὲν μᾶλλον
ἐπείθετο αὐτοῖς, ἀλλὰ τοῖς προτέροις ἐνέμενε λογισμοῖς. ὁρῶν
δὲ αὐτὸν ὁ μέγας δομέστικος οὕτως ἔχοντα ἐφ' οἷς ἠξίου
ἀμεταμελήτως „οὐκοῦν" εἶπεν „εἰ μή σοι ταῦτα ἀρεστὰ δο-
κοίη, ἀλλ' εἰ μὴ τύχοις ὧν αὐτὸς ἀξιοῖς, καὶ τῆς Χίου παν-
τάπασι κέκρικας ἀποστῆναι δεῖν, καὶ δευτέραν αἵρεσίν σοι
προθήσομαι εὐεργεσίας, ἣν αὐτὸς ἐκέλευσε βασιλεύς. οἰκίας
γάρ σοι λαμπρὰς καὶ πολυτελεῖς χαρίζεται ἐν Βυζαντίῳ, καὶ
τῶν συγκλητικῶν Ῥωμαίων ἕνα κελεύει εἶναι, καὶ ἀξιώματι B
τῷ προσήκοντι τιμήσει καὶ ἀρχὴν ἐγχειρίσει τῶν παρὰ Ῥω-
μαίοις νενομισμένων, καὶ τἆλλα ὅσα τοῖς εὐγενεστέροις Ῥω-
μαίων καὶ αὐτῷ προσήκοντα ἔσται· καὶ τούτων πάντων χω-
ρὶς προσόδων ἐτησίων ἕνεκα ἐκ τῶν τῆς Χίου φόρων μυριά-
δας χρυσίου λαμβάνειν δύο. Τούτων ἀκούσας ὁ Μπενέτος,
οὐκέτι οὐδὲ καθεκτὸς ἐδόκει εἶναι, ἀλλ' ὥσπερ τὰ μέγιστα
ἀδικούμενος, ἀχθόμενος καὶ δυσανασχετῶν, καὶ ὅρκοις ἑαυ-
τὸν κατελάμβανε καὶ ἀραῖς ταῖς παλαμναιοτάταις, εἴτι παρα-
δέξαιτο τῶν λεγομένων, εἰ μὴ ἅπερ ἐξ ἀρχῆς ᾐτήσατο πα-
ράσχοι βασιλεύς. τρεῖς δὲ ᾐτεῖτο τριήρεις ἐκ τῶν βασιλι-
κῶν ὡς πανοικεσίᾳ πλευσούμενος ἐς Γαλατᾶν. ὁ μὲν οὖν C
τοιούτους παραπληξίας γέμοντας προήει λόγους· οἱ δ' ἀκροώ-

Benedicti iudicium insectabantur et damnabant apertissime; atque ut imperatoris honestissimum conatum, sic huius perversum consilium admirabantur, et ad parendum imperatori impellebant: quod ni faceret modo, fore ut in futurum saepe vehementerque poeniteret. At enim surdo fabula canebatur: quippe qui animo obstinaverat non cedere. Tum magnus domesticus usque eo in proposito suo pertendentem videns, Igitur, inquit, si haec tibi non placent; sed, nisi quae vis adipiscare, Chio omnino emigrare decrevisti, en alteram tibi iussu imperatoris optionem do; aedes enim tibi magnificas et sumptuosas donat Byzantii, et inter proceres Romanos te allegit, proque dignitate te honorabit, et consuetos Romanis magistratus tibi mandabit: quaecumque etiam nobilioribus Romanis, eadem tibi similiter tribuentur. Praeter haec omnia in annuam pensionem ex Chii vectigalibus viginti nummum aureorum millia accipies. His auditis Benedictus e potestate videbatur exiisse, et tamquam mirifice laesus, aeger animi, semet iureiurando astringebat dirissimisque precibus detestabatur, si quid eorum, quae promittebantur, admitteret: nisi, quae a principio petivisset, imperator daret. Quapropter iterum ternas de imperatoria classe triremes orabat, quibus cum tota familia sua Galatam navigaret. Tales ille sermones vesaniae

A.C. 1329 μενοι τῶν εἰρημένων βασιλέα μὲν ἐθαύμαζον καὶ ἐπῄνουν V. 191 καὶ τῆς μεγαλοψυχίας καὶ τῆς φιλοτιμίας, Μπενέτου δὲ πολλὴν κατεγίνωσκον ἀγνωμοσύνην. καὶ ὁ σύλλογος διελέλυτο ἐπὶ τούτοις. πυθόμενος δὲ ὁ βασιλεὺς ὅσα τε εἴποι καὶ ὧν ἀκούσειε Μπενέτος, ἐπεὶ μηδὲν ἔτι συνεώρα λειπόμενον τῶν προσηκόντων, ἐκείνῳ μὲν τρεῖς παρέσχετο τριήρεις, ὥσπερ ᾐτεῖτο, αἷς ἐνθέμενος ὅση ἦν αὐτῷ περιουσία, ἦλθεν εἰς D Γαλατᾶν.

ιγ'. Αὐτὸς δὲ ὅσα ἐξῆν πρὸς φυλακὴν ἐξαρτυσάμενος τῆς νήσου, ἄρας ἐκεῖθεν ταῖς λοιπαῖς ναυσὶν, ἦλθεν εἰς Φώκαιαν τὴν παλαιὰν, οὖσαν ὑπήκοον Ῥωμαίοις· καὶ ἀπόβασιν ποιησάμενος ἐφ' ἡμέρας τινὰς συνεγένετο Σαρχάνῃ, τῶν κατὰ τὴν Ἰωνίαν ἄρχοντι Περσῶν ἐκεῖσε γενομένῳ καὶ μετὰ P. 238 τῆς προσηκούσης αὐτῷ προσελθόντι μετριότητος καὶ, οἷον εἰπεῖν, δουλείας. ὃν καὶ δώροις φιλοφρονησάμενος ὁ βασιλεὺς μεγαλοπρεπῶς, ἀπέστειλεν ἔνσπονδον Ῥωμαίοις. Αἰτίνης δὲ καὶ αὐτὸς Καρίας ὢν σατράπης, πρὸς βασιλέα μὲν οὐ παρεγένετο ὑπὸ νόσου χρονίου κωλυθείς· τῶν ὑπ' αὐτὸν δὲ Περσῶν οὐκ ὀλίγους πέμψας ἅμα δώροις πρὸς βασιλέα, τὴν νόσον, ὡς ὑπ' αὐτῆς κεκωλυμένος, ᾐτιᾶτο, προσκυνῆσαι βασιλέα. βασιλεὺς δὲ λόγοις τε εὐχαριστήσας καὶ δώροις ἀμειψάμενος αὐτὸν, ἀπέστειλε τοὺς ἐλθόντας. ἐκεῖθεν δὲ ἐξελθὼν, εἰς Φώκαιαν τὴν νέαν ἦλθεν. αὕτη δὲ Ῥωμαίους B μὲν οἰκοῦντας εἶχεν· ἐξ αἰτίας δέ τινος ὥσπερ Ζαχαρίας

plenos effundebat. Qui intererant, imperatorem suspicientes, eius laudabile studium excelsumque animum commendabant, ac Benedictum valde improbum ingratumque pronuntiabant. Ita conventus est solutus. Imperator ut didicit quae Benedictus audivisset ac respondisset, quoniam nihil aequitatis videbat praetermissum, tres illi triremes quas petebat attribuit: iis omni instrumento suo imposito, Galatam pervenit.

13. Imperator quantis potuit praesidiis in insula constitutis, Phocaeam antiquam, Romanis parentem, navibus delatus, ibi dies aliquot cum Sarchane Persarum in Ionia satrapa familiariter versatus est; qui eum qua par erat modestia, et, ut ita dicam, subiectione humili convenerat. Quem splendidis muneribus amice donatum et Romanis foedere sociatum dimisit. Aetines porro Cariae satrapa, morbo diuturno prohibitus, ad imperatorem ipse non venit: sed Persarum quibus praeerat missa non parva manu cum donis, valetudinem excusavit: qua detentus ad eum salutandum proficisci nequivisset. Imperator, gratiis actis, vicissim dona ei portanda dedit. Inde Phocaeam novam accessit, quam Romani habitabant quidem: ex quadam vero causa, ut Zacharias Chio, sic ipsi Andreas Catanias

Χίου, οὕτω δὴ καὶ αὐτῆς Ἀνδρέας Κατανίας ἐκ Γεννούας κρατήσας, ἀκρόπολίν τε οἰκοδομησάμενος καὶ κατασχὼν φρουρᾷ, τῆς ἄλλης πόλεως ἦρχεν ἀσφαλῶς. τότε μὲν οὖν Ἀνδρέας οὐ παρῆν, ἀλλ' εἰς Γέννουαν κατά τινα χρείαν ἀπεδήμει. Ἀρῆγος δὲ Ταρταρὼ, ὃς ἦν Ἀνδρέου θεῖος, Φωκαίας ἦρχεν ἀντ' αὐτοῦ· ὃς ἰδὼν τὸν βασιλέα προσιόντα, Φωκαίας τε ἐπέσπευδεν εἰς ὑπάντησιν βασιλέως ἐξελθεῖν, ἀνοίξας τὰς πύλας, καὶ αὐτὸς ἅμα σὺν αὐτοῖς ἐξῆλθε καὶ προσεκύνει βασιλέα. ἐπεὶ δὲ γένοιτο ἐντὸς τειχῶν, τοὺς τὴν ἀκρόπολιν φρουροῦντας (ἦσαν δὲ ἐκ Γεννούας Λατῖνοι,) ἐξελθόντας ἐκέλευε βασιλεῖ παραδιδόναι. οἱ δὲ ἐξήρχοντό τε προσκυνοῦντες, καὶ C παρεδίδοσαν τὴν ἄκραν. βασιλεὺς δ' ἐν αὐτῇ δύο αὐλισάμενος ἡμέρας, εἰς τὴν τρίτην ἅμα ἕῳ τὸν Ἀρῆγον μεταπεμψάμενος, καὶ τὰ κλεῖθρα τῆς πόλεως τοὺς τοὺς πελέκυς ἔχοντας βαράγκους κελεύσας ἀγαγεῖν (τούτους γὰρ ἔθος τὰ κλεῖθρα τῶν πόλεων ἔνθα ἂν ἐπιδημοίη βασιλεὺς, κατέχειν,) Ἀρήγῳ ἐκέλευε παραδιδόναι, πρὸς αὐτὸν εἰπὼν, ὡς „νῦν μὲν εἰς Φώκαιαν ἐμοὶ ὑπήκοον οὖσαν ἐλθὼν, ἔμεινα ἐφ' ὅσον ἠβουλόμην. αὖθις δὲ ἐξερχόμενος, τὴν πόλιν παραδίδωμί σοι, καὶ διὰ σοῦ τῷ Ἀνδρέᾳ, ὥστε ἄρχειν αὐτῆς ὥσπερ καὶ πρότερον ἐπιτροπεύοντα καθ' ὅσον ἂν χρόνον ἐμοὶ βουλομένῳ ᾖ." δώροις τε αὐτὸν καὶ τοὺς τὴν ἄκραν φρουροῦντας φιλο- D φρονησάμενος, καταλιπὼν ἐκεῖ πολλὰς αὐτῷ τῆς εὐεργεσίας

A.C. 1329

9. δ' ἐγένετο coni. ED. P. 15. Aliis scriptoribus βάραγγοι dicuntur; erantque Angli, ut ex his Codini verbis discere est: πολυχρονίζουσι καὶ οἱ βάραγγοι κατὰ τὴν πάτριον καὶ οὗτοι γλῶτταν αὐτῶν ἤγουν ἐγκλινιστί. ED.P. Vide supra p. 200. v. 11.

Genuensis subiugata, arceque constructa et praesidio firmata, secure dominabatur. Ac per id tempus quidem negotii curandi Genuam peregre abierat. Interim Aregus Andreae patruus pro eo cum potestate praeerat. Is ut imperatorem adventantem conspexit, portis apertis cives ad occurrendum urgere instititit: ipseque simul exiens, venerabundus eum salutavit. Ubi intra moenia ventum est, praesidiarios egressos (erant autem Latini et Genuenses) arcem imperatori transdere iussit. Illi egredientes, capita venerabundi submittunt arcemque dedunt. Duobus diebus in arce exactis, die tertio mane Arego accersito, securigeros barangos claves urbis afferre (hos enim urbium claves imperatore praesente custodire soleune erat) et Arego tradere imperavit, eum in hanc sententiam alloquens: Nunc quidem Phocaeam mihi subiectam veni, mansique quam diu volui: rursum discedens, urbem tibi commendo, et per te Andreae, uti eam quemadmodum prius ceu praefectus gubernet, quamdiu mihi volenti erit. Deinde donis illum ac praesidium humaniter auxit:

A.C. 1329 χάριτας ὁμολογοῦντας, ἄρας σὺν ἅμα παντὶ τῷ στόλῳ ἦλθεν εἰς Βυζάντιον καὶ διέλυσε τὴν στρατιάν. ὀλίγον δὲ ἐνδιατρίψας V. 192 Βυζαντίῳ χρόνον, ἐξελθὼν ἐκεῖθεν, ἦλθεν εἰς Διδυμότειχον. ἔνθα διατρίβοντι ἠγγέλθη ὡς ἐκ τῆς ἕω στρατιὰ Περσῶν πεζὴ περαιωθεῖσα ἑβδομήκοντα ναυσὶ, τὰ περὶ Τραϊανούπολιν ληΐζεται καὶ Βήραν. συμβέβηκε δὲ διὰ τὸν εἰς Χίον ἀπόπλουν πάντων οἴκαδε διαλυθέντων ἀναπαύλης χάριν, βασιλέα ἅμα δομεστίκῳ τῷ μεγάλῳ σὺν ὀλίγοις τισὶν εἶναι στρατιώταις· ὅσους δὲ ἐνῆν ὡς τάχιστα συναγαγόντες ἐκ τῶν πέριξ πόλεων, ἀπροσδοκήτως ἐπέθεντο τοῖς Πέρσαις, καὶ μάχῃ κρατήσαντες παρὰ πολὺ, τοὺς μὲν ἀπέκτειναν αὐτῶν, τοὺς δὲ P. 239 καὶ εἷλον ζῶντας. ὅσοι δὲ ἠδυνήθησαν διαφυγεῖν, ἐμβάντες εἰς τὰς ναῦς, (ἐπεὶ τοτηνικάδε ναυτικὴ δύναμις οὐκ ἦν Ῥωμαίοις παρεσκευασμένη) ἐπεραιώθησαν πρὸς ἕω· καὶ ὁ βασιλεὺς μετὰ τὴν νίκην εἰς Ἀδριανούπολιν ἐπανῆλθεν. Μπενέτος δὲ ὁ Μαρτίνου ἀδελφὸς ἐκ Χίου κατασχὼν εἰς Γαλατᾶν, γνώμην ἔχων ὡς ἦν δύνηται ἀμυνούμενος βασιλέα, τριήρεις ἐκ Γεννούας εὑρὼν ἐφορμούσας ὀκτὼ, τὰ ὄντα πάντα διαθέμενος, πείθει μισθῷ τοὺς τριηράρχας, αὐτῷ κατὰ Χίου συνεκπλεῦσαι, ἐλπίσας αἱρήσειν ῥᾳδίως, ὡς βασιλέως οὐ ταχέως βοηθήσοντος, τῆς ναυτικῆς αὐτῷ δυνάμεως διεσκεδασμένης. ἐπεὶ δὲ προσέσχον τῇ Χίῳ, ἀπέβαινόν τε τῶν νεῶν B καὶ ὁπλισάμενοι ἐχώρουν πρὸς τὴν πόλιν ὡς τῶν τειχῶν ἀποπειράσοντες. Χῖοι δὲ ἐξελθόντες πανδημεὶ ἐκράτησάν τε

singularesque de liberalitate gratias agentes relinquens, cum tota classe Byzantio successit ac militi missionem dedit. Brevi tempore illic posito, Didymotichum inivit. Eo nuntiatur, ex oriente Persarum peditatum navibus septuaginta transiecisse, agrumque Traianopolis et Beres depraedari. Evenit autem, propter reditum e Chio omnibus domum ad requiescendum dimissis, cum imperatore magnoque domestico paucos esse milites. Verumtamen quotquot licuit, quam maturrime ex finitimis oppidis cogentes, improviso in Persas feruntur, eosque facillime victos partim occidunt, partim captivos ducunt. Qui effugere potuerant, conscensis navibus (tunc enim Romani a navali manu et apparatu instructi non erant) in orientem recurrerunt, et imperator parta victoria Traianopolin se retulit. Benedictus Martini frater e Chio Galatam appulsus, imperatorem ulcisci volens, si posset, inventis in portu octo Genuatium triremibus, constitutis rebus suis omnibus, mercede persuadet trierarchis, uti secum contra Chium navigent; sperans, se eam levi negotio subacturum, quod imperator dispersis classiariis, tarde opem insulanis esset allaturus. Postquam Chium naves tetigerunt, exscensione facta, armati ad oppidum, veluti periculum murorum facturi processerunt. At Chii erumpentes, quum multi erant, Latinos congressu

μάχῃ τῶν Λατίνων, καὶ φεύγοντας αἰσχρῶς ἐνέβαλον εἰς τὰς A.C. 1329 ναῦς· ἀπέκτειναν δὲ αὐτῶν ὀλίγῳ πλείους τριακοσίων. οἱ δὲ λοιποὶ ἀναχθέντες, ὡρμίσαντο ἐπ' ἀγκυρῶν, καὶ ἐς τὴν ὑστεραίαν, οὐκέτι ἀγαθὰς ἔχοντες τὰς ἐλπίδας περὶ Χίου, ἐπ' οἴκου ἀνεχώρουν. Μπενέτῳ δὲ ὡς πᾶσα ἐλπὶς περιῄρετο, ἐπιληψίᾳ κατεσχέθη καὶ πρὶν ἑβδόμην ἥκειν ἐτελεύτησεν. C

ιδ'. Ὀλίγου δὲ παρῳχηκότος χρόνου, συμβέβηκε βασιλέα Διδυμοτείχῳ ἐνδιατρίβοντα ὀξεῖ νοσήματι περιπεσεῖν, ὃ παῖδες ἰατρῶν κεφαλικὸν σύμπτωμα καλοῦσιν. ἰατροὶ μὲν οὖν ἐκ πρώτης προσβολῆς τὴν ὀξύτητα δείσαντες τῆς νόσου, οὐκ ἀγαθὰς εἶχον τὰς ἐλπίδας· καὶ βασιλεὺς δὲ αὐτὸς τὴν D ἀθρόαν καταβολὴν ὑπώπτευε μὴ οὐκ ἄνευ κινδύνου τελευτήσειν. δευτέρᾳ δὲ ἡμέρᾳ μετὰ τὴν προσβολὴν τὸν μέγαν δομέστικον μετακαλεσάμενος „σὺ μὲν" εἶπεν „οἶσθα, ὁσάκις ἐμοῦ πείθειν ἐπιχειρήσαντος παρασήμοις σε κοσμηθῆναι βασιλικοῖς, ὥς τι πλέον αὐτὸς εἰδώς, τοὺς μὲν ἐμοὺς διεκρούσω λόγους, καίτοι λυσιτελοῦντα πᾶσιν ἀξιοῦντος· ἃ δὲ αὐτὸς ᾤου βελτίω εἶναι, ταῦτ' ἔθου διὰ σπουδῆς ἀκατάλυτα τηρεῖν. νῦν δὲ αὐτὸς ἔοικα μᾶλλον ἢ σὺ στοχάζεσθαι τῶν συμφερόντων. εἰ γὰρ ὅσα αὐτὸς ἠξίουν ἐτελεῖτο, νῦν οὐκ ἂν ἐν θορύβῳ πολλῷ καὶ ταραχῇ αὐτός τε ἦν καὶ τὰ Ῥωμαίων P. 240 πράγματα τοὺς ἐσχάτους ὑπώπτευε κινδύνους. εἰ γάρ με συμβαίη νῦν ὑπὸ τῆς νόσου κατεργασθέντα τελευτῆσαι, ὅπερ οὐδὲ

devicerunt, lethoque datis paulo plus trecentis, turpiter ad naves fugere compulerunt. Qui restabant, ora soluta a litore recedentes, ancoris naves fundabant. Postridie, cum de insula potiunda nihil bonae spei haurirent, domum viam remensi sunt. Benedictum desperatione fractum epilepsia invasit, et ante diem septimum vita defunctus est.

14. Non multum temporis intercessit, cum imperator Didymotichi in morbum acutum incidit, quem cephalicum symptoma nominant medici. Igitur ex prima eius accessione gravitatem metuentes, parum bene sperabant: et imperator ipse crebriores accessiones interitum sibi allaturas formidabat. Postero igitur die post accessionem magnum domesticum advocans, his eum verbis alloquitur: Memoria tenes, quo pacto, cum ego saepius te flectere enisus sim, ut insignia imperatoria ne recusares, tu velut longius quam ego prospiciens, dicta mea, quamquam ad communem fructum spectantia, repudiaris: quae autem ut meliora probasses, ea studiose constanterque servare constitueris. At nunc quid e republica sit, melius quam tu coniicere videor. Nam si tunc obtinuissem, quae iure postulabam, nec ego iam in tantis curis ac perturbatione, nec Romanum imperium in extremorum periculorum metu versaretur. Si enim modo

A.C. 1329 πόῤῥω προσδοκίας, ἄδηλον εἰ μὴ εἰς πράγματα ὑμῖν καὶ τα-
V. 193 ραχὰς ἡ ἐμὴ τελευτὴ χωρήσει. διὸ καὶ δεῖν οἴομαι, αὐτῶν νυνὶ σαφῶς τὰ δέοντα τῶν πραγμάτων διδασκόντων, τὴν μὲν ἄκαιρον φιλονεικίαν καὶ τὴν οὐ προσήκουσαν ἔνστασιν καταλιπεῖν· αὐτὸν δὲ ὑπ' ὀφθαλμοῖς ὅσοι πάρεισι Ῥωμαίων ὑποδήμασί τε βασιλικοῖς καὶ πίλῳ τῷ ἐμῷ, ἃ δοκεῖ βασιλείας σύμβολα εἶναι, κοσμηθῆναι ἐπ' ἐμοῦ. κἂν μὲν καὶ αὐτὸς περιγένωμαι τῆς νόσου, καινὸν οὐδὲν ἂν εἴη εἰργασμένον. ἃ
B γὰρ προὐθέμην ἐξ ἀρχῆς καὶ διὰ σπουδῆς εἶχον ἐλθεῖν εἰς πέρας, ταῦτα ἔσται εἰργασμένα· εἰ δ' ἐξ ἀνθρώπων γένωμαι, τὴν ἡγεμονίαν πᾶσαν ἀναδέξασθαι Ῥωμαίων σὲ, καὶ μὴ διὰ τὴν ἀναρχίαν εἰς στάσεις καὶ πολέμους χωρῆσαι, ἐξ ὧν διαφθαρήσονται." Βασιλεὺς μὲν οὖν τοιαῦτα συνεβούλευε καὶ προσετίθει, ὡς, εἰ μὴ ἀνιᾷν βούλοιτο αὐτὸν, καὶ ταῦτα νοσοῦντα νῦν, τὸ κελευόμενον ποιεῖν. ὁ δ' οὐδὲν ἔλαττον τῶν ἐξ ἀρχῆς εἴχετο λογισμῶν καὶ γνώμην εἶχεν, ὡς οὐδ' ἂν εἴ τι γένοιτο εἰς βασιλέως σχῆμα κατασταίη. συνιδὼν δὲ ὁ βασιλεὺς ὡς οὐκ ἂν δύναιτο πείθειν αὐτὸν ἀμείβειν τὸ σχῆμα, ἔγνω δεῖν
C μὴ πέρα τοῦ δέοντος φιλονεικεῖν, ἐν οὕτω στενῷ κομιδῇ τῶν πραγμάτων καθεστώτων, ἀλλ' αὐτοῖς πράγμασι διάδοχον αὐτὸν τῆς βασιλείας καταλιπεῖν, καὶ τοῖς παρεστῶσιν ἐκέλευε τούς τε προὔχοντας τῆς συγκλήτου πρῶτον καὶ τοὺς ἄλλους εὐγενείᾳ διαφέροντας, ἔπειτ' ἐφεξῆς καὶ τοὺς ἄλλους ὅσοι παρῆσαν Ῥωμαίων συγκαλεῖν. ἐπεὶ δὲ συνῆλθον καὶ περι-

vi morbi confectus emoriar (id quod ante fores est) forsitan mors mea molestias vobis et turbas creabit. Itaque cum iam res ipsa officium satis doceat, valere iubenda intempestiva pertinacia et indecens in repugnando perseverantia: patiendumque, ut te in conspectu quotquot adsunt Romanorum, sandaliis imperatoriis et tiara mea, quae imperii habentur symbola, exornem. Et si quidem convaluero, nihil novi factum fuerit: sed quod a principio mihi erat in animo quodque studebam ad opus perducere, hoc iam opere ipso perfectum conspicietur. Quod si ab hominibus demigravero, tu totum imperium susceperis, neque (ut solet, cum nullus est princeps) Romani seditionibus et bellis ad mutuam perniciem miscebuntur. Haec imperator hortabatur: addebatque, si se et quidem nunc aegrotum contristare nollet, ne detrectaret, quo invitaretur. Sed domesticus semel susceptae sententiae affixus, omnia potius velle experiri, quam ornamenta imperatoria capessere. Sentiens porro imperator fieri non posse, ut in habitus mutationem consentiret, non ultra quam fas cum eo contendendum, rebus in tantas angustias redactis: sed factis ipsis imperii successorem relinquendum censuit: et astantibus praecepit, principes primum aulicorum procerum et alioqui nobilitate praestantes, deinde alios ordine Romanos qui aderant accire.

ἔστησαν αὐτὸν, καὶ Ἄνναν τὴν βασιλίδα ἐκέλευε παρεῖναι. A. C. 1329 ὡς δὲ καὶ αὐτὴ παρῆν, ὡς μάλιστα εἶχεν ἐπιῤῥώσας ἑαυτὸν, ὀλίγα ἄττα διειλέχθη πρὸς αὐτούς. ἔφη γάρ· „Τὴν μὲν εὔνοιαν, ὦ φίλοι, τὴν περὶ ὑμᾶς καὶ ὡς τοῦ παντὸς ἂν ἐτιμησάμην, οὐ μόνον κοινῇ πάντας, ἀλλὰ καὶ ἕκαστον ὑμῶν ἰδίᾳ τὰ μέγιστα εὐεργετῆσαι, καὶ ὡς οὐκ ἐν παρέργῳ, ἀλλὰ D πάσῃ σπουδῇ τῷ κοινῷ Ῥωμαίων τι λυσιτελήσειν ὑμῖν χρώμενος συνεργοῖς προὐθέμην, νομίζων εἰ ἀποθανοῦμαι τοῖς βαρβάροις μαχόμενος ὑπὲρ αὐτῶν, πάσης ἥδιον καὶ μακαριώτερον ζωῆς, αὐτὸς ἂν εἰδείη θεὸς, ὁ τὰ ἄδηλα καὶ τὰ κεκρυμμένα τῶν ἀνθρώπων εἰδὼς καὶ καρδιῶν καὶ φρενῶν ἐταστής. ἐπεὶ δὲ οἷς οἶδε κρίμασιν αὐτὸς τοῦτο μὲν οὐ κέκρικε δεῖν, ἀλλ' ὡς ὁρᾶτε περιέστησεν ἡμῖν τὴν τελευτὴν, πάντας πείθων ἔργοις αὐτοῖς, ὡς οὔτε χρήμασιν οὔτε δόξῃ οὔτε τοῖς λοιποῖς ὅσα τῶν ῥεόντων καὶ φθειρομένων, χρεὼν προσέχειν, ἀλλ' ἑνὸς μόνου γίνεσθαι τοῦ διὰ βίου παντὸς προσέχειν θεῷ καὶ πρὸς τὸν ἐκεῖθεν βίον ἑαυτὸν ἕκαστον μεταῤῥυθμίζειν καὶ P. 241 μεθαρμόζειν, πρῶτον μὲν ὑμᾶς ἀσπάζομαι τὰ τελευταῖα δὴ ταῦτα, ἄδηλον ὂν εἰ ἔτι προσφθέγξομαι ὑμῖν, καὶ δέομαι ὑμῶν, εἴ τις ὑμῖν κεῖται χάρις ἐμοῦ, ἱκεσίαις ἱλεώσασθαι τὸ κρεῖττον ἐμοὶ, τῷ πολλὰ πολλάκις αὐτῷ προσκεκρουκότι, μάλιστα νυνὶ δεομένῳ τῆς ἐπικουρίας ταυτησί· ἔπειτα δὲ ἡγεμόνα καὶ προστάτην ἀντ' ἐμοῦ τὸν μέγαν δομέστικον ἀφίημι ὑμῖν." Μετὰ δὲ τοῦτο τῶν αὐτοῦ λαβόμενος χειρῶν καὶ ταῖς

Ubi affuerunt lectulumque circumsteterunt, etiam Augustam vocari iussit. Qua praesente, ut maxime potuit, se confirmans, pauca ad eos his verbis locutus est: Meum erga vos propensum animum, amici, et quomodo me felicissimum iudicassem, si non solum in omnes communiter, sed in unumquemque vestrum seorsum potuissem quamplurimum benignitatis conferre: nec leviter, sed summo conatu reipublicae Romanorum, vobis adiutoribus, prodesse aliquid apud animum certum ac fixum habuerim, ratus omni vita suavius ac beatius, si pro iis contra barbaros decertans oppeterem, ipse, qui occulta et abscondita hominum perspicit, quique corda ac renes scrutatur, Deus novit. Quia vero is hoc fieri non debere statuit, (quo iudicio, ipse scit) sed, ut aspicitis, morte nos circumdedit, omnes manifesto exemplo commonens, nec pecuniae, nec reliquis quibuscumque fluxis ac pereuntibus incumbendum: verum uni tantum Deo serviendum, eique quamdiu supersis adhaerendum, et ad illam caelestem vitam cuique mores suos corrigendos aptandosque, primum quidem hoc sermone extremum vobis valedico, cum dubitem, ecquid vos de cetero allocuturus sim: rogoque, si quid me amatis, ut numen toties et tam graviter a me offensum, precibus vestris mihi tali tempore potissimum tali auxilio indigenti propitietis. Deinde ducem ac prae-

A. C. 1329 χερσὶ τῆς βασιλίδος περιαγαγὼν, ἐχούσης ἐν γαστρὶ Μαρίαν
τὴν θυγατέρα, ἣ καὶ ὕστερον Μιχαὴλ πρὸς γάμον ἐξεδόθη
B τῷ Μυσῶν βασιλέως Ἀλεξάνδρου, καὶ τῆς εἰκόνος ἐφεστη-
κυίας τῆς ὑπερφυῶς διὰ τὴν τῶν ἀνθρώπων σωτηρίαν τετο-
κυίας θεὸν τὸν κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν „σοὶ ταύτην" ἔφη
V. 194 „παραδίδωμι καὶ πάντας Ῥωμαίους, καὶ τοαποτοῦδε σοὶ
μελήσει περὶ αὐτῶν." θρῆνος μὲν οὖν εὐθὺς ὑπὸ πάντων
ἤρτο λαμπρὸς καὶ πάντες ἐτράποντο πρὸς οἰμωγὰς, καὶ οὐ-
δὲν ἦν ὁρᾷν εἰ μὴ κοπτομένους καὶ κατατιλλομένους, καὶ ὁ
διὰ πάντων ὀλοφυρμὸς ἐπιπολὺ τοῦ ἀέρος ἐχώρει καὶ πάντα
ἐξηκούετο συμμιγῆ· καὶ οὐδεὶς εἰ μὴ αὐτολιθίνην εἶχε ψυχὴν,
ἴσχυσεν ἂν ἐγκρατὴς ἑαυτοῦ γενέσθαι καὶ μὴ ἐπιδακρῦσαι
τοῖς γινομένοις. ἐφ' ἱκανὸν μὲν οὖν πάντες ἐνέμειναν τοῖς
C ὀλοφυρμοῖς, οὐδενὸς ἰσχύσαντος ἀπολογίαν πρὸς τὰ εἰρημένα
παρασχεῖν· ὀψὲ δὲ ἀναλαβόντες ἑαυτοὺς, συνέθεντο τὰ δια-
τεταγμένα ἐκπληροῦν, καὶ προσαγορεύοντες τὰ τελευταῖα ἕκα-
στος βασιλέα, δάκρυσι περιῤῥεόμενοι ἀνεχώρουν. διὰ πάσης
δὲ τῆς ἡμέρας ταυτησὶν, οὕτω προστεταγμένον ὑπὸ βασιλέως,
τῶν ἐν τοῖς βασιλείοις θυρῶν ἀναπετασθεισῶν, πάντες εἰσιόν-
τες ἀκωλύτως προσηγόρευον βασιλέα καὶ ἠσπάζοντο τὰ τελευ-
ταῖα, καὶ αὐτὸς ἀντασπαζόμενος αὐτοὺς, τὰ διατεταγμένα
ὑπ' αὐτοῦ παρηγγύα στέργειν. οὕτω μὲν οὖν διὰ πάσης τῆς
ἡμέρας τοῖς πᾶσι συνταττόμενος διετέλεσεν ὁ βασιλεύς. μετὰ
D δὲ τοῦτο προσκαλεσάμενος τοὺς ἰατροὺς, ὥρκιζεν αὐτοὺς

sidem loco meo magnum domesticum vobis relinquo. Haec fatus, comprehensam eius dexteram dexterae imperatricis, tum Mariam filiam utero gestantis, quae postea Michaeli, Alexandri Moesorum regis filio nupsit, implicuit et ante illius imaginem, quae supra naturam ad salutem humani generis Deum Iesum Christum peperit, Tibi, inquit, hanc et Romanos omnes trado atque commendo: tibi ex hoc curae erunt. Illico se omnes in lamenta et gemitus effundere: nec videre licebat, nisi pectora ferientes et crinem laniantes. Tollebatur ad aethera communis eiulatus, et confusae omnium voces exaudiebantur: nec quisquam in tanto luctu, nisi e silice natus esset, a fletu temperare poterat. Diutule igitur universi ploratibus indulgebant: nec ad ea, quae audierant, respondere valebant. Ubi sero se collegerunt, praecepta imperatoris servare inter se decreverunt, eique ultimum vale singuli multis cum lacrymis dicentes recesserunt. Per diem vero totum imperatoris iussu apertis palatii portis, quicumque volebant, ingressi, salve et vale ei dicebant: ipseque vicissim valedicens hortabatur, uti a se sancita boni consulerent. Sic itaque diem omnibus valedicendo consumpsit. Post advocatis medicis, per Deum vivorum ac mortuorum iudicem eos adiuravit, ne ipsum vetarent sancto habitu monachorum indui. Hoc se petere, non quod

θεὸν τὸν ζῶντας κρινοῦντα καὶ νεκρούς, μὴ ἀποστερῆσαι τοῦ A. C. 1329 σχήματος τῶν μοναχῶν, ἀλλ' ἐπιτρέψαι οἱ τούτου ἀξιωθῆναι. ἔφασκε δὲ μὴ ὡς ἤδη τελευτῶν ἐφίεσθαι τοῦ τοιούτου βίου, μηδ' αὐτοὺς πρὸς ἐκεῖνο ἀποβλέπειν, ὡς εἰ μὲν μηδεμία εἴη τοῦ περιγενήσεσθαι αὐτὸν ἐλπὶς, ἐπιτρέπειν, τοὐναντίον δὲ κωλύειν, ἀλλ' ἤδη πράττειν μηδὲν ἀναβαλλομένους· τοῦτο γὰρ αὐτῷ μᾶλλον εἶναι πρὸς ἡδονήν· καὶ ὅρκοις ἰσχυρίζετο, ἦ μὴν αἱρεῖσθαι μᾶλλον ἐν τούτῳ τῷ σχήματι ὅσα δήποτε ἔτη ἐπιβιοὺς ὑπὲρ τῶν πρότερον πεπλημμελημένων εὐθύνειν ἑαυτὸν καὶ διὰ μετανοίας θεῷ προσοικειοῦν, ἢ ἅμα τῷ περιβαλέσθαι ἀπελθόντα μὴ προσεπεργάσασθαι τῷ χαρίσματι. Ἀσκληπιάδαι δὲ πρῶτα μὲν παρεμυθοῦντο, ὡς μηδενὸς δει- P. 242 νοῦ συμβησομένου, ἔπειτα ὡς ἐπέκειτο σφοδρῶς, καὶ ἃ ἐδεῖτο ὑπισχνοῦντο πράττειν· ὁ δ' οὐδὲν μᾶλλον ἐπείθετο, εἰ μὴ καὶ ὅρκοις αὐτοὺς καταλάβοι, ἦ μὴν αὐτὸν τῆς καλῆς ἐπιθυμίας μὴ ἀποστερήσειν.

ιε'. Ἡ νόσος δὲ ἐπετείνετο μᾶλλον καὶ προέκοπτεν ἐπὶ B τὸ χεῖρον· ἡ θεία δὲ αὐτῷ Παλαιολογίνα παροῦσα ἡ Καντακουζηνὴ ἤρετο περὶ τῆς μητρὸς τῆς βασιλίδος Ξένης, εἴ τι διατάττοιτο περὶ αὐτῆς. ἀποκριναμένου δὲ „μηδὲν", νομίσασα ὑπὸ τῆς νόσου μὴ ἐπαισθάνεσθαι τῶν λεγομένων, αὖθις περὶ τῶν αὐτῶν ἐπανήρετο, καὶ τρίτον· ὁ δ' ἀπεκρίνατο, μὴ δύνασθαι δύο τοῖς πράγμασιν ἐφιστάναι, καὶ ταῦτα γυναῖκας οὔσας. ὁ μέγας δὲ δομέστικος ἐξελθὼν, ὅρκους προσέταξε

iam morti proximus huiusmodi genus vitae desideraret: neque quod eos eo vellet respicere, ut si quidem sanitatis spes nulla esset, hoc ipsi concederent: sin aliqua, prohiberent; sed quod iam nihil cunctandum ac differendum putaret, quo facto esset opus, et hoc sibi iam potius esse voluptati. Quin cum sacramento asseverabat, potius eligere se in hoc habitu quotquot annis superviveret pro commissis antehac se punire, ac per poenitentiam Deo sese coniungere, quam potentia septum, nec divinae gratiae cooperatum emori. Medici primum eum consolari et affirmare, nihil gravius metuendum. Cum instaret vehementius, quae peteret, se facturos promittere. At ille nihilo magis quiescere, nisi et iureiurando eos adigeret, ipsum tam honesto desiderio non fraudaturos.

15. Ingravescente morbo et in deterius proficiente, Palaeologa Cantacuzena eius cognata astans interrogabat, quid de Xena matre decerneret. Cum responderet, Nihil: existimans illa, saevitia morbi non percepisse quae dicebantur, interrogationem iteravit et quaesivit etiam tertium. Tum ait, non posse duos imperare, idque feminas. Magnus autem domesticus egressus, pro inveterata consuetudine in morte imperatorum sacramenta indixit, super his capi-

A. C. 1329 γίνεσθαι κατὰ τὸ ἐπικρατῆσαν ἐξ ἀρχῆς ἔθος ἐπὶ τῇ βασιλέως
C τελευτῇ. καὶ ἐγίνοντο ἐπὶ τοῖσδε· στέργειν Ἄνναν τὴν βασι-
λίδα, κυρίαν καὶ δεσπόζουσαν τῶν πραγμάτων, καὶ τὴν πί-
στιν αὐτῇ καθαρὰν καὶ ἄδολον τηρεῖν· πείθεσθαι δὲ πάντα
καὶ μεγάλῳ δομεστίκῳ καὶ τὰ κελευόμενα ὑπ' αὐτοῦ μηδὲν
V. 195 ἀντιλέγοντας ποιεῖν. οὕτω μὲν οὖν ἐγίνοντο οἱ ὅρκοι, πάντων
ὀμνυόντων ἐφεξῆς. αὐτὸς δὲ τὰ πράγματα διῴκει ᾗ αὐτῷ
ἄριστα ἐδόκει ἔχειν καὶ τὰς ἀρχὰς ἐπέτρεπε τῶν πόλεων, οἷς
ἔκρινε δεῖν· τῶν δὲ ἀφῃρεῖτο. ὅσοι δὲ Ῥωμαίων εἰς Δι-
δυμότειχον ἔτυχον τότε παρόντες, οὐ τῆς συγκλήτου μόνον,
ἀλλὰ καὶ τῆς στρατιᾶς, τὸν μέγαν δομέστικον ἠνάγκαζον συν-
ελθόντες τὰ βασιλικὰ σύμβολα περιθέσθαι· τά τε ἄλλα ἰσχυ-
D ριζόμενοι δίκαιον εἶναι καὶ ὅτι οὕτω διατάξαιτο βασιλεύς. ὁ
δ' ἀνένευέ τε καὶ ἐκέλευε μὴ παρενοχλεῖν ὡς ἀδύνατα ἀξιοῦσι.
Κωνσταντῖνος δὲ ὁ δεσπότης, ὃν ἐν ἀρχαῖς τῆς ἱστορίας μά-
λιστα ἐκ Θεσσαλονίκης ἔφημεν ἀχθῆναι δεσμώτην, σχῆμά τε
ἠμφιεσμένον μοναχῶν καὶ Κάλλιστον ὠνομασμένον, ἔτι μὲν
ἐν δεσμωτηρίῳ κατὰ τὸ Διδυμότειχον ἐφρουρεῖτο. δείσαντες
δὲ οἱ παρόντες τῶν συγκλητικῶν καὶ τῆς στρατιᾶς, μή, τοῦ
βασιλέως τελευτήσαντος, ὁ δεσπότης τοῦ δεσμωτηρίου δια-
δράς, στάσιν πάλιν τοῖς Ῥωμαίοις ἐγερεῖ καὶ τὰ πράγματα
διαφθερεῖ, πόλεμον ἐμφύλιον κινήσας, τὴν βασιλείαν ἑαυτῷ
P. 243 περιποιούμενος, πρὸς τὸν μέγαν δομέστικον ἐλθόντες ἐδέοντο
αὐτὸν ἀποκτιννύναι. τοῦτο γὰρ μάλιστα τοῖς πράγμασι λυ-

tibus scilicet: Se Annam imperatricem dominam ac rerum principem agnoscere, eique fidem integram ac sinceram praestituros. Magno domestico in omnibus libenter obtemperaturos. Sic iuramenta concipiebantur, dabanturque ordine ab omnibus. Ipse porro in regunda republica quod optimum iudicabat, id sequebatur: et urbium praefecturas mandabat, quibus mandandae, et auferebat, quibus auferendae videbantur. Quotquot vero Romanorum tunc Didymotichi degebant, non optimatium modo, verumetiam de ducibus exercitus, ad illum accedentes urgebant ad usurpanda insignia imperatoria: asserentes, et aliis de causis id iustum esse, et quia imperator ita decrevisset. Renuebat domesticus petebatque, ne postulantes quae ipse facere neutiquam posset, molestiam sibi exhiberent. Constantinus despota, quem non longe a principio huius historiae Thessalonica in vinculis, cultu monachi adductum et Callistum appellatum demonstravimus, adhuc Didymotichi in carcere attinebatur. Timentes igitur qui aderant primores et principes exercitus, ne imperatore defuncto, despota e custodia elapsus, novam inter Romanos seditionem concitaret civilique bello sato imperium sibi ascisceret et rempublicam perderet, magnum domesticum adeuntes precantur, uti hominem e medio tollat; id enim communi

σιτελεῖν. ὁ μέγας δὲ δομέστικος δεινῶς τε ἀπάνθρωπον ᾤετο A. C. 1329 τὸ πρᾶγμα καὶ ὠμὸν, καὶ τοὺς ἄλλους ἐπεχείρει πείθειν, μηδέποτε λέγων παραστῆναι ἂν αὐτῷ περὶ αὐτῶν τοιαῦτα καὶ βουλεύσασθαι καὶ εἰπεῖν περὶ δεσπότου. εἰ γὰρ μὴ καὶ ἀφ' ἑαυτῶν αὐτοὶ συνεῖναι τὰ δέοντα ἦσαν ἱκανοὶ, ἀλλὰ τῷ γε βασιλεῖ ἐξῆν χρῆσθαι διδασκάλῳ αὐτοῖς πράγμασι παιδεύοντι ἄχρι νῦν, θεῷ δὲ θαῤῥεῖν ὡς καὶ εἰς τοὐπιὸν συνεσομένῳ καὶ παιδεύσοντι ἄχρι πολλοῦ, μὴ ὠμοὺς μηδὲ φονικοὺς εἶναι, καὶ ταῦτα πρὸς ὁμοφύλους. τίνος γὰρ κατεψηφίσατο θάνα- B τον ὁ βασιλεὺς, καὶ ταῦτα οὐκ ὀλίγους αὐτῷ ἐπιβουλεύοντας εὑρὼν καὶ αὐτόχειρας μονονουχί; εἰ δὲ αὐτὸς ὑπὲρ ἑαυτοῦ τοσαύτῃ ἐχρήσατο φιλανθρωπίᾳ, οὐδ' ἡμᾶς ὑπὲρ αὐτοῦ δίκαιον θηρίων ἀγριωτέρους ὀφθῆναι, ἀλλ' ἀποστάντας τῶν τοιούτων λογισμῶν, ἡμερώτερα καὶ μετριώτερα βουλεύσασθαι περὶ τ' ἀνθρώπου. οἱ δ' ἔφασαν οὐ περιόψεσθαι ἑκόντες εἶναι εἰς πολέμους ἐμφυλίους καὶ στάσεις καὶ ταραχὰς τὰ πράγματα χωρήσοντα Ῥωμαίοις. αὐτοὶ γὰρ εἰδέναι ὁπόσα ἐλυμήνατο τοῖς πράγμασιν ὁ τῶν βασιλέων πρὸς ἀλλήλους πόλεμος. διὸ μάλιστα μὲν αὐτοῦ δεῖσθαι τὰ ὑφορμοῦντα κακὰ ἐκποδὼν ποιεῖν, καὶ μὴ τοὺς περὶ βασιλείας ἐρίζοντας ζῆν C ἐᾶν. εἰ δὲ μὴ, τά τε δεύτερα, ἐκτυφλοῦν· ὡς ἂν μήτ' αὐτοὶ στερίσκωνται τοῦ ζῆν, μήτ' αὐτοῖς αἴτιοι γίνωνται πολλῶν κακῶν. Οἱ μὲν οὖν τοιαῦτα εἶπον· καὶ παρεσκευασμένοι

22. Pro αὐτοῖς Intpr. legebat ἄλλοις.

maximopere profuturum. Illi res plena inhumanitatis et crudelitatis visa: idque ipsum alii ut crederent, perficere nitebatur, autumans, nunquam se cogitaturum fuisse, eos in despotam istiusmodi ausuros meditari ac proloqui. Nam si ipsi per se, quid officii ratio exigeret, videre non possent: at imperatore licuisse pro magistro uti, qui usque nunc factis eos docuisset, et, quod Deo fidendum, etiam diutius affuturus, et in longinquum tempus eos docturus esset, ne saevi et ad civilem potissimum sanguinem fundendum proclives sint. Quem enim morte damnasset imperator, quamvis non paucos sibi insidiatos et tantum non sua manu eum iugulare cupientes invenerit? Quare si ipse pro se ipso tanta est usus humanitate, inquit, nec nos aequum est in nostra ipsorum causa belluarum immanitatem superasse existimari: sed his cogitationibus depositis, mansuetius ac moderatius in illum consulere. Tum Romani, haud se volentes imminentia bella civilia, seditiones rerumque omnium perturbationes passuros: nosse enim, quam diram cladem patratum inter imperatores bellum communi invexerit. Idcirco vehementer etiam atque etiam orare, malis impendentibus obviam eat, nec imperii aemulos vivere sinat: aut saltem oculos illis effodiat, ut hac ratione nec ipsi

A.C.1329 ἦσαν ὡς, εἰ μὴ πείθοιτο ὁ μέγας δομέστικος αὐτοῖς, καὶ ἄκοντος ἐν δεσμωτηρίῳ τὸν δεσπότην ἀποκτενοῦντες. ὃ δὴ καὶ αὐτὸς ἐκ τῶν λόγων συνορῶν καὶ βουλόμενος αὐτοὺς ἀποτρέψαι τῆς ὁρμῆς Τὸ μὲν ἀποκτιννύναι, εἶπεν, οὐδενὶ ἐξέσται τρόπῳ, οὐδὲ περιϊδεῖν ἂν αὐτὸς τὴν βασιλέως ψυχὴν φόνῳ συγγενικῷ δι' αὐτὸν καταχρανθεῖσαν. τὸ δὲ ἀποστερεῖν τῶν ὀφθαλμῶν, μάλιστα μὲν οὐδὲ αὐτῷ βούλεσθαι
D ἑκὼν εἶναι· ὡς ἂν δὲ μὴ ὑποψίαν παρέχῃ στάσεως καὶ ταραχῆς, σκεψαμένῳ τῆς νυκτὸς, ὅ, τι ἂν λυσιτελοίη τοῖς πράγμασι ποιήσειν εἰς τὴν ὑστεραίαν. Οἱ μὲν οὖν ἐπείθοντο τοῖς λόγοις, οἰόμενοι ἀπαλλάξεσθαι πραγμάτων, ἐὰν τῶν ὄψεων ὁ δεσπότης ἀποστερηθῇ. αὐτὸς δὲ νυκτὸς τρισὶ τῶν πιστοτάτων οἰκετῶν, τὸν δεσπότην ἐκέλευεν ἐκ τοῦ δεσμωτηρίου
V. 196 λαβόντας, ἐν μυχοῖς κατακρύψαι γῆς ἀσφαλέστατα εἰς ὅσον μάλιστα ἂν ἐξῇ· κατὰ δὲ τὸν παραῤῥέοντα ποταμὸν, ὃς Ἄδρα καλεῖται, ἀκάτιον ἀνατρέψαι, φήμην δὲ κρύφα διαδοῦναι, πρῶτα μὲν ὡς διαδράσειε τοῦ δεσμωτηρίου ὁ δεσπότης, ἔπει-
P. 244 τα δὲ ὡς ἀποπνιγείη κατὰ τὸν ποταμόν. οἱ μὲν οὖν ἐποίουν κατὰ τὰ κεκελευσμένα· καὶ ὁ δεσπότης ἐκέκρυπτο ἐν ἀδύτοις γῆς. ἅμα δὲ πρωῒ τοῦ ὄρθρου φήμη διεδόθη, ὡς διαδράσειε τοῦ δεσμωτηρίου ὁ δεσπότης· καὶ πάντες ἦσαν ἐν θορύβῳ καὶ ταραχῇ, οἰόμενοι ἤδη τὰ πράγματα εἰς στάσιν χωρεῖν. ἐπεὶ δὲ ἐπύθοντο περὶ τοῦ ἀνατετραμμένου ἀκατίου

2. ἄκοντος ED. P. pro ἄκοντες.

vitam amittant; et aliis multorum incommodorum auctores ne fiant. Haec fuit eorum postulatio. Quod nisi magnus domesticus annueret, vel invito ipso, despotam in carcere contrucidare constituerant. Id cum et ipse ex eorum sermone animadverteret, et eos ab hoc turbulento animi motu avocare cuperet, occidi illum nullo modo permissurum dixit; nec passurum, imperatoris animam cognati caede sua opera contaminari. Ut autem vel lumina ei effodiat, etiam huc adigi neutiquam posse. Verum ut ne seditionis ac tumultus materiam ministrare videatur, noctu se capturum consilium, et die crastino facturum, quod e republica fuerit. Quibus illi verbis pacati, omni iam molestia defunctos se arbitrabantur, si despota exocularetur. Ea nocte famulis tribus, iisque fidissimis mandat, despotam carcere educant: loco subterraneo quam liceat tutissime abscondant: in Adra praeterlabente fluvio naviculam evertant; rumorem clanculum serant, primum quidem e custodia profugisse, deinde in flumine summersum periisse. Famuli iussa facessunt, despotam sub terra locis secretissimis occulunt. Simul atque luxit, fama diditur, despotam e carcere evasisse. Ingens statim tumultus ac turbae: et res omnium iudicio ad seditionem spectare. Sed ubi de subverso

κατὰ τὸν ποταμὸν, λογισάμενοι αὐτὸν ἐκ προνοίας ἀποπεπνῖ- A.C. 1329 χθαι, κατεστέλλοντό τε θορυβοῦντες καὶ οὐκέτι περὶ στάσεως προσδοκίαν οὐδεμίαν εἶχον. ὁ δεσπότης μὲν οὖν οὕτω διέφυγε τὸ ἀποθανεῖν πρὸς τῷ μηδὲ τῶν ὄψεων ἀποστερηθῆναι· Λάσκαριν δὲ τὸν Καλαμάνον ὁ μέγας δομέστικος εἰς Βυζάν- B τιον πέμψας πρωτοστράτορι ἐπιτροπεύοντι αὐτοῦ τὰ περὶ βασιλέως ἐδήλου· ἐκέλευέ τε αὐτόν τε ὀμνύειν τὸν προειρημένον ὅρκον, καὶ τοῖς ἄλλοις ἐπιτρέπειν τῶν συγκλητικῶν καὶ τοῖς δυνατοῖς τῶν Βυζαντίων· καὶ ὃς μελλήσας μηδὲν, ἐποίει τὰ προστεταγμένα.

ιϛ'. Ἀνδρόνικος δὲ ὁ πρεσβύτερος βασιλεὺς πυθόμενος C περὶ βασιλέως τοῦ ἐγγόνου, ὡς νοσήματι ὀξεῖ κατασχεθεὶς προσδόκιμός ἐστιν ἀποθανεῖν, ὁρῶν δὲ καὶ τοὺς τελουμένους ὅρκους, οὓς ἐπὶ βασιλέως ᾔδει γινομένους τελευτῇ, δείσας μὴ τελευτήσαντος αὐτοῦ νεωτερισθῇ τι περὶ αὐτὸν καὶ ὑπό τινων ἀποστερηθῇ τὸ ζῆν οἰησομένων ἐπιθήσεσθαι πάλιν τῇ ἀρχῇ Ῥωμαίων, ᾐτήσατο γενέσθαι μοναχὸς, οἰόμενος οὕτως D ἂν διαφυγεῖν τὸ ἀποθανεῖν, ἂν ὁ ἔγγονος τελευτήσῃ· ἐνδόντος δὲ καὶ πρωτοστράτορος, ῥάκη τε ἐνέδυ καὶ Ἀντώνιος ἐξ Ἀνδρονίκου μετωνομάσθη. Ἀνδρόνικος δὲ ὁ βασιλεὺς τῇ νόσῳ συνεχόμενος δεινῶς καὶ ὅσον οὔπω νομίζων αὐτὸν ἀπολείψειν καὶ τὸ ζῆν, τοὺς ἰατροὺς προσκαλεσάμενος „ὑμεῖς" εἶπεν „ἴστε σαφῶς ὅσα τε διελέχθην πρὸς ὑμᾶς αὐτὸς τοῦ τῶν μοναχῶν ἐφιέμενος σχήματος ἐπιτυχεῖν, οὐχ ὡς ἤδη

actuariolo auditum est, divinitus aquis praefocatum rati, turbas facere et seditionem timere desierunt. Itaque despota et mortem et oculorum orbitatem effugit. Domesticus Calamanum Lascarim Byzantium ad protostratorem praefectum super statu imperatoris significando misit: praecepitque, ut et ipse, de quo dixi, iuramentum ederet, atque eo principes civitatis obligaret; qui maturrime paruit.

16. Andronicus porro senior, nepotem difficili morbo conflictantem prope a ianua lethi abesse accipiens et iam, ut in obitu imperatorum mos est, sacramenta dici: timensque, ne eo extincto quidpiam novi se fieret: et reperirentur, qui sibi animam extorquerent, quod ipsum rursus imperium invasurum putarent, rogavit in numerum monachorum referri: quod ita demum se vitam retenturum confideret, et protostratoris permissu vestem detritam induit, mutatoque nomine, pro Andronico Antonius appellatus est. At imperator cum ob morbi magnitudinem spiritum ultimum iamiam se ducturum crederet, coactis medicis, Probe recordamini, inquit, quae vobis ad monasticam vestem obtinendam dixerim: non quia de vita prorsus desperassem; sed quia arbitrarer, etiamsi firmam spem sospitatis haberem, in utramque partem id mihi bono fore. Sive enim vivo-

A.C. 1329 παντάπασιν ἀπηγορευκὼς τὸ ζῆν, ἀλλ' εἰ καὶ βεβαίας ἔχοιμι
τοῦ περιέσεσθαι τὰς ἐλπίδας, οἰόμενος ἔχειν ἀμφοτέρωθεν
καλῶς. ἄν τε γὰρ ἀπέλθω πρὸς τοὺς πλείους, ἐν καλῷ μοι
P.245 κείσεται τῷ ἀδεκάστῳ κριτῇ τὸ τῆς μετανοίας ἔχοντα σχῆμα
ὀφθῆναι ἐπὶ τῆς δίκης ἐκείνης τῆς φοβερᾶς· ἄν τε περιγέ-
νωμαι τῆς νόσου, μᾶλλον βέλτιον, ὅσῳ καὶ καιρὸν εὑρήσω
μετανοίας ἀπολύσασθαι τὰ πεπλημμελημένα. ὅσα τε ἐπηγ-
γείλασθε αὐτοὶ, καὶ ὅρκοις ἐπιβεβαιώσαντες τοὺς λόγους
V.179 μὴ τοῦ τοιούτου καλοῦ ἀποστερήσειν, νυνὶ δὲ τοὐναντίον
ἅπαν ὁρῶ γινόμενον. αὐτός τε γὰρ ἤδη ὀλίγον ἀποδέω τοῦτο
ἀψύχοις ἐοικέναι, καὶ ὑμᾶς πάντα μᾶλλον ἢ τὸ τὰ συμφέ-
ροντα καὶ φίλα ἐμοὶ διανοουμένους πράττειν ὁρῶ. διὸ δὴ
καὶ δέομαι ὑμῶν, μὴ ἐπὶ πλεῖον καταχρήσασθαι τῇ ἀμε-
λείᾳ, οὐ μέτριά τινα, ἀλλ' εἰς αὐτὰ τὰ καιριώτατα βλα-
B πτούσῃ· ἀλλ' ὃ μὴ πρότερον, νυνὶ σπουδάσαι καταπράξα-
σθαι πρινὴ τὸ τέλος ἐπιστῇ." Βασιλεὺς μὲν οὖν τοιαῦτα
εἶπεν· οἱ δὲ ἰατροὶ μέγα ἀνοιμώξαντες καὶ πολλὰ πολλάκις
ἐπευξάμενοι, εἰ μηδὲ τὴν ἀρχὴν ἐν ἐπιστήμῃ τῆς θεραπευτι-
κῆς ἐγένοντο, ὥστε τοιαῦτα ἐπιδεῖν, ἐπέτρεπον ὅ, τι ἂν βού-
λοιτο βασιλέα πράττειν περὶ ἑαυτοῦ. ὁ δὲ ἀκούσας, ἔνθους
τε ἐγένετο ὑφ' ἡδονῆς, καὶ ὡς ἤδη λαμπρά τινα εὐτυχηκὼς,
τὸν μέγαν δομέστικον μετεκαλεῖτο καὶ μετὰ σπουδῆς ἐκέλευε
πατέρα τὸν πνευματικὸν καλεῖν τὸν ἑαυτοῦ· ὁ δὲ τῶν γεγενη-
μένων εἰδὼς μηδὲν, ἐπυνθάνετο τὴν αἰτίαν τῆς κλήσεως ἥτις

16. πληνὴ ed. Par., πρὶν ἢ ed. Ven.

rum numero exemptus fuero, proderit mihi coram incorrupto iudice in terribili illo iudicio cum poenitentium habitu apparere: sive convaluero, multo melius erit, concessum vivendi spatium in peccatis meis per poenitentiam expiandis consumere. Ceterum vos, qui iurati promisistis, non me tali bono privaturos, nunc omnino pugnantia facitis, ut video. Nam cum ego paulum distem a mortuis, vos alia potius omnia, quam quae mihi utilia et iucunda sint, cogitatis. Quamobrem oro, ne diutius negligentes, me non mediocri, sed summo detrimento multetis: et quod hactenus omissum est, nunc resarcire studeatis, priusquam finis vitae superveniat. Hactenus imperator. Medici erumpentes in lacrymas multumque ac saepe optantes, artem medendi nunquam didicisse, ne talia intuerentur, imperatorem suo sibi arbitrio permiserunt: qui prae laetitia vix mente constans, ac velut dona beata consecutus, magnum domesticum accersit, patremque suum spiritualem vocatum celeriter ire iubet. Ille ignarus omnium, quam ob causam accersendus sit quaerit: qua intellecta, se facturum recipit: rem indigne fert, medicos acerrime increpat. Hora propemodum transacta et patre spirituali

εἴη. ἐπεὶ δὲ μάθοι, βασιλεῖ μὲν ὑπισχνεῖτο τὰ κελευόμενα A. C. 1329 ποιεῖν, τοῖς ἰατροῖς δὲ ἐπετίμα τε οὐ μετρίως καὶ αὐτὸς ἤνεγ- C κεν οὐκ ἀνεκτῶς. τριβομένης δὲ ἐπιπολὺ τῆς ὥρας καὶ τοῦ πνευματικοῦ πατρὸς οὐ παραγινομένου, αὐτός τε ἐπέσπευδε τὴν ἄφιξιν καὶ τοὺς ἰατροὺς τὴν αἰτίαν τῆς μελλήσεως ἠρώτα· συνεὶς δὲ ἀπὸ τῶν λεγομένων ὑγιὲς μηδὲν αὐτοὺς λέγειν, ἐστοχάζετο παρὰ τοῦ μεγάλου δομεστίκου κωλύεσθαι τὴν πρᾶξιν, καὶ μετακαλεσάμενος αὐτὸν, τῆς τε ἐκ πρώτης ἡλικίας πρὸς ἀλλήλους αὐτὸν ἀνεμίμνησκε φιλίας καὶ τοῦ μηδέπω μηδαμῶς παρὰ πάντα τὸν βίον οὐδέτερον ἑτέρῳ ταραχῆς καὶ σκανδάλου ἀφορμὴν παρεσχηκέναι. νυνὶ δὲ ἀπορεῖν ὅθεν ὁρμώμενος οὕτως ἐξεπίτηδες ἐβουλήθη ἀχθόμενον αὐτῷ εἰς ᾅδην D παραπέμψαι. „μὴ δὴ τοιαῦτά με ἐργάσῃ κακὰ, ὦ φίλων" ἔλεγεν „ἄριστε, μηδὲ καταπρόῃ μοι τὴν ἐλπίδα τῆς σωτηρίας, ἀλλ' ὥσπερ πολλάκις ὑπὲρ τοῦ δυστήνου σώματος τουτουῒ πάσῃ σπουδῇ καὶ προθυμίᾳ σεαυτὸν ἐνέβαλες εἰς τοὺς κινδύνους, οὕτω νῦν πολλῷ πλέον κινδυνεύοντος κατὰ ψυχὴν, πρόστηθι πάσῃ προθυμίᾳ, οὐ μόνον διὰ τὴν φιλίαν, ἀλλ' ἵνα μὴ καὶ δίκας ὑπόσχῃς τῷ πάντων κριτῇ, τό γε εἰς σὲ ἧκον ἀποστερήσας αὐτὸν ψυχῆς, ὑπὲρ ἧς αὐτὸς θάνατον εἵλετο καὶ σταυρόν. μηδὲ κατάτριβε τὸν καιρὸν, οὕτως ἀναγκαῖον ὄντα, ὃν αὖθις εὑρεῖν οὐκ ἐξέσται διαφυγόντα νῦν, ἀλλ' εὐχῶν τε πολλῶν δεόμενον καὶ σπουδῆς οὐ τῆς τυχούσης. P. 246 ἐγὼ γὰρ καὶ ὃν ἀναλίσκω σοὶ διαλεγόμενος χρόνον, ζημίαν

12. Intpr. leg. *αὐτόν*.

nondum veniente, imperator ut adveniret instabat; et ex medicis causam cunctationis sciscitabatur. Sed cum nihil sincerum ac simplex responderetur, a magno domestico moras obiici negotiumque impediri coniiciebat. Quem adesse iussum, amicitiae a parvis institutae admonuit et quomodo nunquam in omni vita alter alteri aut turbationi aut offensioni fuisset. Nunc autem nescire se, quo impulsu sic de industria se tanto gravatum pondere ad inferos velit transmittere. Ne, inquit, amicorum optime, tanto malo me mactaveris: neve salutis meae spem prodideris; sed quemadmodum crebro pro hoc misero corpore cupidissime studiosissimeque in discrimina te obtulisti: sic nunc multo in maiore periculo versantem animam meam defende: idque non propter amicitiam nostram solum, verumetiam ne universorum iudex poenas abs te reposcat, qui, quantum in te fuit, animam illi abstuleris, pro qua ipse in cruce suffixus necem pertulit. Noli hoc tempus, quaeso, tam necessarium quodque in multis precibus cum studio singulari ponendum est, negligere atque conterere: quod si nunc praeterierit, frustra requiretur. Ego vero quod hoc quantumcumque intervallum tecum loquens consumo, mihi damno-

A. C. 1329 ἥγημαι τὴν ἐσχάτην." Ὁ μέγας δὲ δομέστικος ἀποκρίνασθαι μὲν ἴσχυσεν οὐδὲν, τῆς ψυχῆς ἤδη τῇ λύπῃ καταβεβαπτισμένης· ἔξω δὲ ἐλθὼν ἀνῴμωξέ τε πικρῶς καὶ τὸν φίλον ἀνεκαλεῖτο, καὶ μικροῦ μὲν ἐδέησεν ἀφεῖναι καὶ τὴν ψυχὴν ἐπὶ τοῖς θρήνοις· ὅμως δ' ἀνελάμβανέ τε πάλιν ἑαυτὸν καὶ τὰς ὄψεις ὕδατι τῶν δακρύων ἀποκαθαίρων, ὥσπερ ἄλλου πάσχοντος ἀδάκρυτος ὡρᾶτο βασιλεῖ. ὡς δὲ ὁ βασιλεὺς συχνοὺς ἀγγέλους ἐπιπέμπων, τὴν τοῦ πνευματικοῦ πατρὸς ἄφιξιν ἐπέσπευδεν, ὁ μέγας δομέστικος πέμψας τὸν μὲν πνευματικὸν
B ἐκέλευεν ἔξω Διδυμοτείχου χωρεῖν καὶ διατρίβειν ἐν προαστείοις ἄχρις ἂν αὐτὸς τὴν εἴσοδον ἐνδῷ, πρότερον δὲ μὴ εἰσιέναι, μηδ' εἰ πάντες ἄνθρωποι ἐπιτρέποιεν· ἕτερον δὲ ἀντ' ἐκείνου παραλαβὼν, εἰσήγαγεν ὡς βασιλέα. ἔφασκέ τε τὸν μὲν εἰωθότα τῆς πόλεως ἀποδημεῖν, καὶ ὅρκους προστιθεὶς ὡς ἀληθεύοι, τουτονὶ δὲ εἰσαγαγεῖν οὐδαμῶς ὄντα σοι ἐν συνηθείᾳ, καὶ
V. 198 πάνυ ἄκοντα διὰ τὸ βιάζεσθαι ὑπὸ σοῦ. Βασιλεὺς δὲ αὐτὸν προσαγορεύσας „ὥρα σοι, πάτερ," ἔλεγε „τοῖς πνευματικοῖς χρῆσθαι φαρμάκοις καὶ τὴν ἐπιστήμην ἐπιδείκνυσθαι τὴν πασῶν φιλανθρωποτάτην, καὶ ψυχὴν ὀδυνωμένην καὶ κακῶς πάσχουσαν ὑπὸ πολλῶν τραυμάτων καὶ πταισμάτων ἀνακαλεῖσθαι
C καὶ πρὸς σωτηρίους τρίβους καθοδηγεῖν, καὶ μετανοίας ἐνδύμασι καὶ πράγμασι τὸν κριτὴν ἵλεων αὐτῇ προκατασκευάζειν." ὁ δ' ἀντησπάζετο μὲν βασιλέα καὶ αὐτὸς, μὴ ἐξεῖναι δὲ αὐτῷ ἔλεγεν, ἔτι ζῶντος τοῦ πατρὸς, ᾧ φέρων ἑαυτὸν ὑπέταξας

sissimum iudico. Ad haec magnus domesticus dolore absorptus obmutuit; egressusque foras, amici nomen inter amaras lacrymas ingeminavit; quas tam largiter profudit, ut cum ipsis pene animam profunderet. Verumtamen se collegit iterum, ablutaque facie, imperatori, velut alio quopiam, non se aegrotante, ne flevisse quidem visus est. Qui cum nuntios duplicans, spiritualem patrem ad se accelerare iuberet, magnus domesticus per certum hominem patrem illum monuit, ut Didymoticho exiens, in suburbio tantisper maneret, quoad ipse ingressum illi permitteret: citius caveret ingredi, quamvis id omnes mortales ei demandarent. Alium vero in eius locum subornatum ad imperatorem introducit, narrans, ordinarium abesse peregre: et addit iuramentum, se vera loqui; hunc autem etsi minime consuetum, eius coactu ab se invito ac nolente adduci. Imperator eo salutato, Tempus est, inquit, pater, ut spiritualem mihi medicinam facias scientiamque in me exerceas omnium humanissimam: animamque multis molestiis discruciatam et afflictam sanes atque in salutarem semitam deducas, et poenitentiae indumentis operibusque iudicem illi ad misericordiam praepares. Ille imperatorem resalutans, non ei licitum esse dixit, vivo etiamnum patre, cui se in spiritua-

πνευματικῶς, ἕτερον ἀνθαιρεῖσθαι, καὶ ταῦτα ἐν καιροῖς μά- A.C. 1329 λιστα τοιούτοις, ὅτε βούλει μεταλλάξασθαι τὸν βίον καὶ πρὸς ἀγγελικὴν μετατάξασθαι πολιτείαν, ἐπεὶ καὶ διὰ βίου παντὸς τούτῳ χρῆσθαι δίκαιον διδασκάλῳ καὶ ὡς τῶν κρειττόνων τινὶ προσέχειν, ἀλλὰ μὴ ἁπλῶς οὕτω καὶ ἀπερισκέπτως ὑπὸ τοῦ τυχόντος τὰ τοιαῦτα μυσταγωγεῖσθαι. Τοιαῦτα γὰρ ἦν δεδιδαγμένος λέγειν. βασιλεὺς δὲ ἐδυσχέραινε μὲν οὐ μετρίως πρὸς D τοὺς λόγους καὶ τὸν μέγαν δομέστικον ἐν αἰτίαις ἐποιεῖτο, ὑπ' αὐτοῦ φάσκων κωλύεσθαι σωτηρίας τυχεῖν. συνηγοροῦντος δὲ αὐτοῦ τοῖς εἰρημένοις ὑπὸ τοῦ πνευματικοῦ καὶ διαβεβαιουμένου μὴ παρεῖναι ἐκεῖνον, ᾧ δίκαιον τὰ τοιαῦτα ἐπιτρέπειν, ἔτι τε ἐπαγγελλομένου ὡς, εἴ ποτε ἐπανήξει, μηδὲν ἀναβαλλόμενος παρέσται, ἡσύχασε πεισθεὶς ὁ βασιλεύς. Βαρὺς δὲ, τῶν ἰατρῶν ὁ μάλιστα ἐμπειρότατος, δεινὰ ἐποιεῖτο καὶ οὐδὲ ἀνέξεσθαι ἐδόκει, εἰ βασιλεὺς ἀποστερήσοιτο τῆς σωτηρίας ἐν χρῷ κινδύνου καθεστὼς, ὑπὸ τοῦ μεγάλου δομεστίκου παραχθεὶς, ὥρμητό τε δῆλα βασιλεῖ ποιεῖν ὅσα τε περὶ τὸν πνευματικὸν πατέρα συσκευασθείη καὶ ὡς οὐδὲν ἂν εἴη κώλυμα, εἰ μὴ πα- P. 247 ρείη ὁ πνευματικὸς ἐκεῖνος, ἕτερον τὰ ὅμοια ποιεῖν, τῆς αὐτῆς ἐξουσίας ὑπὸ τοῦ παντουργοῦ πνεύματος πᾶσι πνευματικοῖς πατράσιν ἐξίσης κεχορηγημένης. συνιδὼν δὲ ὁ μέγας δομέστικος ὅ, τι βούλεται ὁ Βαρὺς, εἰς τὸ ἐξώτερον οἴκημα παραλαβὼν, „στοχάζομαί σε" εἶπε „βούλεσθαι βασιλέα παρακινεῖν τὸ μο-

21. κεκορηγημένης ed. Par., recte ed. Ven.

libus subiecisset, alium pro eo deligere: tali praesertim articulo, quo hinc migraturus et inter ordines angelicae reipublicae collocandus esset: quandoquidem et in omni vita eo praeceptore uti et tamquam Deo alicui auscultare iustum sit: nec ita obiter et temeritate quadam a quocumque his sacris initiari: huiusmodi enim ut loqueretur, edoctus erat. His verbis non parum irritatus imperator magnum domesticum in crimen vocavit, ab eo salutem suam impediri affirmans. Quicum suffragaretur his, quae spiritualis dixerat, testareturque abesse illum, cui oporteret talia committere, et insuper polliceretur, si quando rediret, sine procrastinatione affuturum, credens imperator, quievit. Ceterum Barys medicorum longe experientissimus indignari viderique haud passurus, imperatorem, cuius vita in extremo discrimine esset, a magno domestico delusum, salutem amittere. Atque imperatorem docere instituit, quae circa patrem spiritualem per technam conficta essent: nihilque impedire, quo minus alius absentis munus fungeretur, cum omnium opifex omnibus patribus spiritualibus ex aequo eamdem potestatem condonaverit. Domesticus odoratus, quid Barys coqueret, eum extra conclave educit et, Quantum coniectura praecipio, inquit, imperatorem dementare vis, ut

A.C. 1329 ναχῶν ἐνδῦναι σχῆμα ὑφ' ὅτου ἂν τύχοι πατρὸς πνευματικοῦ.
σὺ δ' αὐτὸς καὶ τὴν ἀρχὴν εἰς τοῦτο παρώρμησας βασιλέα.
τότε μὲν οὖν ἡ ἀπειρία καὶ ἡ ἄγνοια παρῃτήσατό σε μὴ κακῶς
B παθεῖν· ἂν δ' αὖθις τοῖς αὐτοῖς ἢ καὶ χείροσιν ἐπιχειρῇς,
ἴσθι μὴ ἄνευ τιμωρίας ἀπαλλάξων. πρῶτον μὲν γὰρ οὐκ ἐξ
ἀγορᾶς ἐστιν ὠνήσασθαι βασιλέα, ἂν τοῦ ὄντος ἀποστερηθῶ-
μεν, ἔπειτα εἰ καὶ τοῦτ' ἐξῆν, ἀλλ' οὐκ ἂν τοιούτῳ γε ἐνετύ-
χομεν τὰ πάντα βελτίστῳ. τοὺς γὰρ μέλλοντας τοσαύτην προ-
στασίαν ἐγχειρισθήσεσθαι πραγμάτων ὁ τὰ πάντα προορώμε-
νος θεὸς ἀναλόγους πρὸς τὸ τῆς ἀρχῆς μέγεθος δημιουργεῖ.
ἄλλως τε, πόσοις τῶν νοσήμασι δεινοῖς παλαιόντων, ὑπὸ μὲν
τῶν ἰατρῶν συμβέβηκεν ἀπαγορευθῆναι καὶ εἰς αὐτὸ τὸ
ἔσχατον δοκοῦν κατηντηκέναι τῆς ζωῆς, ὑπὸ δὲ τοῦ τὰ πάντα
οἰκονομοῦντος καὶ μετασκευάζοντος ᾗ βούλεται, ἀνεβίωσάν τε
C αὖθις καὶ ῥαΐσαντες οὐκ ἐλάσσω τῶν προτέρων ἔτη ἐπεβίω-
σαν; τί οὖν θαυμαστὸν, εἰ θεοῦ βουλομένου, τοιαῦτα παρα-
V. 199 πλήσια καὶ ἐπὶ τοῦ ἡμετέρου συμβήσεται βασιλέως; οὗ δὴ
ἕνεκα σοὶ λέγω, ἠρεμεῖν καὶ μὴ βασιλέα παρενοχλεῖν, ἀλλ' ἐᾷν
οὕτως ὅπως ἔχει σχήματος. κἂν μὲν θεὸς Ῥωμαίοις ἵλεων
ἐπιβλέψας, τὸν σφέτερον χαρίσηται βασιλέα, αὐτῷ τε τὰς δυ-
νατὰς ἀποδώσομεν εὐχαριστίας καὶ ἡμῖν αὐτοῖς ἀντὶ μεγίστης
εὐτυχίας τὴν ὑγείαν λογιούμεθα βασιλέως· ἂν δ', ὃ μὴ γέ-
νοιτο, κρίμασιν οἷς οἶδεν αὐτὸς, ἐκ τῶν προσκαίρων καὶ ἐπι-

habitum monasticum e cuiuscumque patris spiritualis manibus induat, ad quod illum iam pridem exstimulasti. Ac tunc quidem quod expertus tale quidquam non esses, conditionemque rei ignorares, a supplicio excusabare: si denuo quippiam huiusmodi aut deterius aliquid conabere, scito tibi non sic abiturum. Primum enim si hoc imperatore orbemur, non dabitur nobis in foro rerum venalium emere alium. Atque ut daretur, in talem, id est omnimodis optimum, non incidemus. Nam quorum in manus tantum imperium tradendum est, eos omnia prospiciens Deus pro rata portione ad principatus magnitudinem condere atque aptare consuevit. Ad hoc, quam multi cum periculosis morbis luctantes et a medicis desperati atque ad extremum, ut apparebat, halitum redacti, ab eo qui regit commutatque omnia prout vult, integritati vitae ac valetudinis restituti, praeteritis annis non pauciores supervixerunt? Nihil ergo novum, si Dei nutu imperatori nostro idem contigerit. Quam ob causam praedico tibi, quiescas, nec illum obturbes: sed hunc quem gerit habitum gerere sinas. Et si quidem Deus Romanos propitio lumine respiciens, imperatorem illis redonaverit, et quantas mens nostra capit gratias agemus et sanitatem eius in maxima felicitatis parte numerabimus. Sin, quod absit, occulto Dei iudicio ab hisce fluxis terrenisque ad meliora ac durabiliora palatia evolarit, qui est iustus iudex et cordium

γείων πρὸς τὰ βελτίω καὶ μονιμώτερα βασίλεια καταστήσῃ, A. C. 1329 *δίκαιος ὢν κριτὴς καὶ καρδιῶν καὶ λογισμῶν ἐταστὴς, τήν τε* D *πρόθεσιν κρινεῖ καὶ τῶν ἴσων ἀξιώσει γερῶν τοῖς μοναχοῖς, ὅτι μὴ προθέσει τῇ σφετέρᾳ, ἀλλ' ἀπατηθεὶς ἀπεστέρηται τοῦ τοιούτου καλοῦ." Τοιαῦτα τοῦ μεγάλου δομεστίκου εἰρηκότος, ὁ Βαρὺς οὐ καθεκτὸς ἦν, ἀλλ' οὐ περιόψεσθαι ἔφασκε βασιλεῖ οὕτως ἐν ἐσχάτοις κινδύνοις ὄντι μὴ τὴν δυνατὴν βοήθειαν εἰσενεγκεῖν· οὐ μόνον ὡς ἰατρὸς ὢν, εἰ μὴ τὰ δέοντα παραινέσει, τὰς ἐσχάτας τίσων δίκας, ἀλλ' ὅτι καὶ ὅρκοις πρὸς βασιλέως κατελήφθη ἔνδηλα αὐτῷ ποιῆσαι τἀληθῆ περὶ ἑαυτοῦ. νυνὶ δὲ ἤδη οὐδενὶ τρόπῳ βασιλέως ἐν τοῖς ζῶσιν ἐσομένου, τί χρὴ τῆς ψυχῆς τῆς σωτηρίας ἀμελεῖν ἐλπίσι κεναῖς αἰωρουμένους; Τοιαῦτα λέγοντι Βαρεῖ καὶ ἤδη ὡρμη-* P. 248 *μένῳ βασιλεῖ δῆλα ποιεῖν ὁ μέγας δομέστικος ἠπείλησεν ἀποκτενεῖν, εἰ μὴ παύοιτο τοιαῦτα δρῶν. εἰδώς τε αὐτὸν δειλότατον ὄντα καὶ θορυβῆσαι διανοηθεὶς, ἐξαγαγὼν ἔξω, τοῖς παροῦσι Ῥωμαίων εἶπεν· „Ἄνδρες Ῥωμαῖοι, ἰατρὸς οὑτοσὶ ἐμοὶ μὲν πείθεσθαι βούλεται οὐδαμῶς, ἑαυτῷ δὲ πεποιθὼς ὡς δή τις ὢν τῶν τε τὰ ὄντα καὶ τὰ ἐσόμενα εἰδότων, ὥρμηται ἡμῖν τὸν βασιλέα μονάζοντα ἐκ βασιλέως ἀποδεῖξαι. εἰ δὴ τὰ πραττόμενα ὑμῖν κατὰ γνώμην, εἰδείητε ἂν αὐτοί". οἱ δ' αὐτίκα περιστάντες τὸν ἰατρὸν, ἐθορύβησάν τε οὐ μετρίως καὶ καινήν τινα αὐτῷ ἠπείλησαν ἰδέαν ἐξευρήσειν θανάτου,* B

cogitationumque scrutator, de eius proposito sententiam feret: eumque non sua sponte, sed aliena fraude hoc bono privatum pari cum monachis praemio dignabitur. Haec ubi dicta domesticus dedit, Barys impotenter erumpens ait, non se in extremo periculo versantem imperatorem deserturum; sed quam posset opem ei allaturum: non modo quia nisi salutaria suaserit ut medicus, gravissimas poenas luiturus sit; sed etiam quia sacramento ei spoponderit, veritatem de ipso non celaturum. Nunc cum nequaquam vita illi de cetero suppeditatura sit, cur ab inani spe pendendum et salus animae illius negligenda? Haec loquentem Baryn et iam imperatori parantem quod res erat patefacere, magnus domesticus, nisi facto supersederet, se interfecturum minabatur. Cumque sciret hominem esse timidissimum et qua via eum perterreret mente agitaret, foras educit, praesentesque Romanos ipso audiente sic alloquitur: Medicus iste, viri Romani, mihi morem gerere omnino recusat, sibique multum tribuens, perinde quasi unus sit eorum, qui praesentia et futura norunt, id agit, ut nobis imperatorem monachum reddat. Quod num animis vestris iucundum accidat, ipsi noveritis. Illi repente medicum circumfundunt, tumultuosius fremunt ac nisi coepta deserat, inaudito genere mortis se illum deleturos comminantur. Quibus minis perterritus, sententia decessit. Verum enimvero impera-

A. C. 1329 εἰ μὴ παύοιτο τοιούτοις ἐγχειρῶν. ὁ δὲ ἔδεισέ τε καὶ ἐπείθετο τοῖς ἀπειλοῦσι. βασιλεὺς δὲ, καίτοι τοῦ νοσήματος αὐξανομένου καὶ προσθήκην οὐ μικρὰν ὁσημέραι δεχομένου, ὅμως εἶχεν ὑγιῶς τὰς φρένας καὶ οὐδὲν ὑπὸ τοῦ νοσήματος, καίτοι περὶ τὴν κεφαλὴν ὄντος, παρεβλάπτετο· καὶ τὸν πνευματικὸν πατέρα συνεχῶς ἀνεκαλεῖτο καὶ ἐρωτικῶς εἶχεν ἀτόπως περὶ τὸ Ναζιραίων σχῆμα, τῷ τε παρόντι ἐπέτρεπε πνευματικῷ τὸ ἔργον· οὐδὲν εἶναι λέγων θαυμαστὸν, εἰ ἀπόντος ἐκείνου τοῦ συνήθους, αὐτὸς τὰ ἴσα δρῴη. ὁ δὲ ἀνεβάλλετό τε ἰσχυρῶς καὶ ἔφασκεν οὐκ ἐγχειρήσειν, εἰ μὴ βούλοιτο C καὶ αὐτῆς ἱερωσύνης ἐκπεσεῖσθαι, ὡς ἐκθέσμως καὶ παρανόμως ἐγχειρῶν τοῖς ἱεροῖς. οὕτω γὰρ εἶναι τοῖς θείοις πατράσι νενομοθετημένον. ὁ δ' ἐπείθετο μὲν, βαρέως δὲ ἤνεγκε τοῦ σχήματος τὴν ἀποτυχίαν. σιωπήσας δὲ ἐπὶ μικρὸν καὶ τῶν τε πεπλημμελημένων εἰς ἔννοιαν ἐλθὼν καὶ ὡς πάντων ἐκείνων ὑφέξει δίκας ἐπὶ τοῦ ἀδεκάστου καὶ φρικτοῦ δικαστηρίου, δάκρυά τε ἠφίει τῶν ὀφθαλμῶν. καὶ ἐθρήνησεν αὐτὸν ἐφ' ἱκανόν. εἶτα τῇ περὶ αὐτὸν ἐπέσκηπτε θεραπείᾳ τελευταίας ἐντολὰς, καὶ ὥρκιζεν αὐτοῖς τὸν θεὸν, ὡς ἐπειδὰν ἀναλύσαντα τοῦ σώματος ἐπὶ τῷ ὁσίας ἀπάγωσιν ἀξιῶσαι, ἐπὶ τὴν μεγάλου δομεστίκου οἰκίαν ἀγαγόντας πρῶτον, καὶ D καταθέντας χρόνον τινὰ, οὕτως ἐκεῖθεν ἀραμένους, ὑπὸ λίθον κατακρύψαι, ὡς ἂν γένοιτο πᾶσι καταφανὲς, ὡς οὐδ'

7. Dicitur et Ναζηραῖος et Ναζίρ, ut Iudicum c. 13. v. 3. *ED. P.* Infra c. 39. hanc monachorum sectam item Ναζιραίους vocat. Vid. Ducang. Gloss. gr. s. v.

tor, etsi morbus quotidie non parvis incrementis augesceret, tamen animo valebat, et is ab illo, quamquam capitis, affectu nihil laedebatur, spiritualemque patrem sine intermissione inclamans, habitum Nazaraeorum, velut quispiam amores suos efflictim et indecore deperibat: praesentique spirituali negotium committebat; nihil esse absurdum dicens, si in absentia consueti et ordinarii illius, ipse eas partes impleret. At enim is differendo contra niti seque id facturum negare: alioqui sacerdotio motum iri, ut qui sacra sibi vetita inique usurparit: sic enim a sanctis patribus lege sancitum esse. Accepit excusationem imperator, et se habitu frustratum acerbe tulit: paulisperque conticescens et peccata sua secum reputans, pro quibus omnibus apud inflexibile illud et horribile tribunal iudicium esset subiturus, manantibus per ora lacrymis semet diu deploravit. Deinde famulorum turbae astanti ultima mandata dedit; per Deum obtestans, ut ubi corpus anima vacuum cum funere extulerint, ad aedes magni domestici primum efferant: ibique aliquamdiu depositum denuo tollant et sub lapide recondant: quo omnes intelligant, nec ipsam mor-

αὐτὸς ὁ τῶν τῇδε πάντων θάνατος ἐπιλανθάνεσθαι ποιῶν, A. C. 1329 ἴσχυσεν αὐτοῦ τὴν πρὸς ἐκεῖνον φιλίαν ἀμβλῦναι. οἱ μὲν οὖν παρόντες ἐθρήνησάν τε ἐπὶ τοῖς λεγομένοις καὶ τὴν ὑπερβολὴν ἐθαύμασαν τῆς πρὸς ἀλλήλους αὐτῶν φιλίας, ὅτι καὶ ἄχρι τελευτῆς οὕτως ἐν ἀκμῇ διετηρήθη.

ιζ΄. Μετὰ τοῦτο δὲ ὁ βασιλεὺς τὸν μέγαν δομέστικον P. 249 μετακαλεσάμενος „οἶδα μὲν" εἶπεν „ὦ φίλων ἄριστε, σαφῶς, V. 200 ὡς ἡ νῦν ἡμέρα οὐ μόνον ἀποφράδος πάσης ἐχθίων σοι φανεῖται, ἀλλὰ καὶ μεγάλας οἴσει τὰς δυσχερείας καὶ περιστάσεις. B ἀνάγκη γὰρ πρός τε τὴν πρόνοιαν τῆς ἀρχῆς μερίζεσθαι Ῥωμαίων, δεδοικότι μὴ διὰ τὴν ἐμὴν τελευτὴν τῶν καθεστηκότων τι κινηθῇ, καὶ πρὸς τὴν ἐμὴν ἀποστέρησιν οὐδεμίαν ὑπερβολὴν ἀθυμίας ἀπολείπειν, λογιζόμενον εἰκότως ὅτι τὸν πάνυ φίλτατον καὶ ὃν οὔτε χρόνος ὁ πάντ' ἀποῤῥέειν καὶ ἀπανθεῖν ποιῶν, οὔθ' ἡ τῶν πραγμάτων ἄστατος καὶ ἀβέβαιος φύσις, οὔτ' ἀνάγκη τις οὐδεμία τῆς σῆς ἴσχυσε φιλίας ἀποστῆσαι κἂν πρὸς βραχὺ, νῦν ὁ καὶ αὐτῆς φύσεως ἰσχυρότερος θάνατος ἐπελθὼν ἀποτέμνει τε καὶ διαζεύγνυσιν ἀνημέρως· καὶ σὲ μὲν ἀπολείπει σῶμα χωρὶς ψυχῆς, ἐμὲ C δὲ ἀνενέργητον ψυχὴν παραλαμβάνει πικρῶς ὀδυνωμένην τὴν διάζευξιν. ἀλλὰ τί ἄν τις πάθοι; στέργειν γὰρ ἀνάγκη τοὺς παρὰ τοῦ δημιουργοῦ τῆς φύσεως κειμένους θεσμούς. οὐ μὴν

19. Scr. σοὶ et ἐμοί, quod Intpr. quoque legisse videtur.

tem, quae omnium istarum rerum oblivionem affert, suum erga illum amorem hebetare potuisse. Quotquot igitur praesentes aderant, dictis eius illacrymantes, incredibilem inter eos caritatem admirabantur, quae etiam usque ad obitum ita vivida permansisset.

17. Postea imperator accito magno domestico, Equidem praeclare scio, inquit, amicorum optime, praesentem diem non solum quovis nefasto die odiosiorem tibi visum iri: sed molestias quoque et afflictiones ingentes pariturum. Necesse namque erit, propter administrationem Romani imperii animum nunc huc, nunc illuc per varias sollicitudines dividere: formidantem, ne propter excessum meum quippiam meorum constitutorum violetur: et quia me orbaris, tristitiam tantam capere, ut ad eam addi nihil queat; cogitantem, et merito, longe carissimum et quem neque tempus, quo omnia defluunt ac deflorescunt, neque mutabilis et inconstans rerum natura, neque ulla necessitudo ab amicitia tua vel ad momentum seiungere potuit, nunc per mortem ipsa natura potentiorem abs te crudeliter abrumpi ac separari. Ac tibi quidem corpus exanimum relinquit, meam autem animam bonis operibus vacuam et ista diremtione etiam atque etiam dolentem aufert. Sed quid agas? Leges a naturae conditore latas aequi bonique faciamus necesse est. Verum quia modicum tempus

A. C. 1329 ἀλλ' ἐπειδὴ τὸ λειπόμενον ὀλίγον τῆς ζωῆς, τοῖς ἄλλοις πᾶσι χαίρειν εἰπὼν, ἐπὶ τῆς κλίνης ἀνακλίθητι τῆς ἐμῆς καὶ τὴν σοὶ φιλτάτην κεφαλὴν τοῖς γόνασιν ἐπίθες καὶ χεῖρας ἐπίβαλε τοῖς ὀφθαλμοῖς. ἴσως τοῦτο παραμυθίαν τινὰ προξενήσει τῇ ψυχῇ τοῦ σώματος χωριζομένῃ, πολλὰς, ὥς λέγουσιν, ὑφισταμένῃ τὰς ὀδύνας· μᾶλλον δ' ἵν' αἰσθάνηται διπλῶν τῶν D ὀδυνῶν, σοῦ τε καὶ σώματος χωριζομένη, καὶ μήδ' ἐν ᾅδου σοῦ δύνηται ἐπιλαθέσθαι, εἴ τις αἴσθησις τῶν τῇδε ψυχαῖς μετὰ τὴν ἐνθένδε ἀπαλλαγήν." Τούτων ὁ μέγας δομέστικος ἀκούσας, ἀνῴμωξέ τε πικρὸν, οὔπω πρότερον ἄχρι τότε τοιοῦτο παθὼν ἐπὶ τοῦ βασιλέως, ἀλλ' ἀεὶ μὲν ἔξω κοπτόμενος καὶ θρηνῶν, ἔνδον δὲ μάλιστα σπουδάζων ἐγκρατὴς εἶναι ἑαυτοῦ· τότε δὲ ὑπὸ τοῦ πάθους ἤδη λαμπρῶς νενικημένος, ἔστενέ τε βύθιον ἐκ καρδίας καὶ τὸν ἑταῖρον ἀνεκλαίετο, ὡς καὶ τοὺς ἔξωθεν αἰσθομένους τῆς ὀλολυγῆς, τετελευτηκέναι νομίσαι P. 250 βασιλέα. ἐπιπολὺ μὲν οὖν ὁ θρῆνος παρετάθη, καὶ τῶν ἄλλων τῶν παρόντων πάντων συνθρηνούντων· ἐπεὶ δὲ ἱκανῶς εἶχεν, αὐτῷ ὁ βασιλεὺς αὖθις, τὸ μὲν θρηνεῖν, εἶπεν, ἐᾶν οὐκ ἂν κατὰ καιρὸν, ἐπὶ τῆς κλίνης δὲ ἀνελθόντα, τὸ προστεταγμένον ποιεῖν. ἐπειδὰν δὲ ὁ τοῦ θρηνεῖν ἀφίκηται καιρὸς, σύ τε κλαύσῃ πολλὰ πολλάκις καὶ αὐτὸς ὡς νεκρὸς ἀπὸ καρδίας ἐπιλησθήσομαι τῶν ἄλλων ἀνθρώπων· εἴθε δὲ καὶ τῆς σῆς μέρος τι μικρὸν τῆς μνήμης τῆς ἐμῆς ἠδυνήθην ἐκβαλεῖν! Ἀνῆλθε μὲν οὖν ὁ μέγας δομέστικος ἐπὶ τῆς βασι-

vivendi superest, ceteris curis omnibus sepositis, super lectulo meo reside et tibi carissimum caput genibus tuis et manus oculis meis impone: forsitan hoc animae solatium aliquod conciliabit, quae dum a corpore discedit, multum, ut praedicant, dolorem sustinet. Imo vero, ut duplicem dolorem sentiat, quae et abs te et a tabernaculo suo divellitur, ne apud inferos quidem poterit non meminisse tui; si quis animis, ubi hinc emigrarint, eorum quae hic fiunt sensus restat. Ad haec magnus domesticus flevit miserabiliter, quod illi eo usque coram imperatore nunquam acciderat: sed etsi foris aliquando lacrymas daret, intus tamen maxime studebat, ut se in potestate haberet. Tum vero affectus immensitate prorsus devictus, et imo pectore trahebat gemitus, et amicum tanto fletu lugebat, ut cum id exaudirent qui extra erant, imperatorem iam excessisse arbitrarentur. Duravit diu haec lacrymatio, aliis etiam, quotquot coram erant collacrymantibus. Postquam finem fecit, rursum imperator, desineret ab intempestivis lamentis: ad lectulum autem ascendens, imperata perficeret. Quando flendi tempus advenerit, inquit, tum saepe ac multum flebis, et ego, ut mortuus e corde, aliorum hominum oblivioni tradar: utinam autem et de tua

λέως κλίνης· καὶ τῆς κεφαλῆς ἡμμένος, τὸ μέλλον ἀπεσκό- A.C. 1329
πει, δάκρυα προχέων ἀψοφητί. ἤδη δὲ ἠργμένης τῆς νυκτὸς, B
τό, τε σφύζειν παντελῶς ἀπέλιπε βασιλέα καὶ οὐκέτι ἀμφι- V. 201
βάλλειν ἦν περὶ τῆς τελευτῆς. περὶ δὲ ὥραν αὐτῆς τετάρτην
ἐπυνθάνετο τῶν ἰατρῶν ὁ βασιλεὺς τὸν χρόνον ὁπόσον ἂν
αὐτῷ νομίζοιεν διαρκέσειν τὴν ζωὴν, καὶ ἐκέλευε σὺν ἀλη-
θείᾳ ἀπαγγέλλειν. οἱ δ' ἅμα καὶ θρηνοῦντες ἄχρι νύκτα ἔλε-
γον οἴεσθαι ἐξήκειν. οὐ πολλοῦ δὲ χρόνου διαλιπόντος, τά
τε ἄκρα ψύχεσθαι ἤρχετο, ἀπολείποντος τοῦ ζωτικοῦ, καὶ
αὐτὸς ἤδη καὶ τὰ μέλη παρεῖτο καὶ τὴν φωνήν. καὶ κνῆμαι
μὲν ἐμελαίνοντο ἄχρι γονάτων, πήχυς δὲ χειρῶν οὐδὲν ἦσαν
ἀψύχων ἀπεοικυῖαι, βλέφαρά τε τῶν φυσικῶν ἐκλυθέντα τό-
νων, καθίεντο τοῦ μέτρου πλέον, καὶ ῥὶς ἀποξύνετο ἐπιπολὺ C
καὶ κρόταφοι συνεπεπτώκεσαν, καὶ πάνθ' ὅσα τελευτῆς τεκμή-
ρια παῖδες ἴσασιν ἰατρῶν γινόμενα ἦν ὁρᾷν, ὡς καὶ αὐτοὺς
καὶ τῆς προθεσμίας οἰηθῆναι πρότερον τελευτήσειν. ὅσα μὲν
οὖν ἦν ἀναγκαῖα πρὸς ταφὴν, πάντα ἤδη ἐπεπόριστο, καὶ
οὐδὲν ἦν ἕτερον οὐδένα προσδοκᾷν πλὴν ταφῆς. βασιλεὺς δ'
ἀμυδρᾷ φωνῇ καὶ οἷον ἤδη ἐκλειπούσῃ, εἰ τῶν ἱερῶν ὑδάτων
τῶν ἐκ τῆς ἀεννάου καὶ σωτηρίου πηγῆς τῆς θεομήτορος ἐκ-
βλυζόντων εὑρεθῆναι ἠρώτα δυνατόν. Φακρασίνα δὲ τῶν τῇ
βασιλίδι συνουσῶν μία γυναικῶν εὐγενῶν τῆς ἑσπέρας ἔφα-
σκεν ἥκοντα ἐκ Βυζαντίου τῶν αὐτῆς τινα οἰκετῶν, τῶν ἱε- D

11. πήχεις coni. ED. P.

memoria partem aliquam memoriae meae possem eiicere. Ascendit itaque domesticus ad lectulum, et contacto eius capite, quid futurum esset praevidebat, tacitus emittens lacrymas. Ut nox serpere coepit, venarum pulsus imperatorem penitus destituit: nec erat cur de eius morte amplius dubitaretur. Sub horam quartam medicos interrogat, quamdiu se victurum adhuc putarent, iubetque verum dicere. Qui non sine lamento, cum nocte vivere desiturum respondent: ut ipsi quidem existiment. Non longo spatio intermisso, extrema corporis, deficiente spiritu vitali, frigore corripi coeperunt; et iam membra resolvebantur, vox tenuabatur, tibiae genuum tenus nigrescebant, et brachiorum cubiti nihil differebant mortuis. Supercilia naturali intentione laxata, nimium demittebantur; nasus multum acuebatur; tempora recesserant: et omnia demum, quae medicis indicia mortis sunt, apparebant: ut et ipsi ante horam praenuntiatam moriturum opinarentur. Iamque parata erant funeralia, cum aliud praeter sepulturam non exspectaretur. Imperator autem exili, et velut iam deficiente voce quaerit, si quid de laticibus illis sacris ex perenni salutiferoque fonte Dei matris habere liceat. Ibi Phacrasina femina nobilis e gynaeceo imperatricis, ad vesperam unum de famulis suis Byzantio venisse et de aqua illa apportasse: curriculoque affert ac bi-

A.C. 1329 ρῶν ὑδάτων κεκομικέναι· ἅμα δὲ καὶ φέρουσα παρείχετο σὺν
σπουδῇ. προσαχθέντων τε τῷ στόματι βασιλέως ἐδόκει μὲν
καταβροχθίσαι, καὶ ἐθαυμάζετο παρὰ πάντων, ὅτι καίτοι τὰ
τελευταῖα πνέων, οὐκ ἀπέσχετο τῆς περὶ τὰ σεβάσμια καὶ πί-
στεως καὶ τιμῆς. ὅμως δὲ οὐδὲν ἧττον ἐγγίζειν ἐδόκει ταῖς
ᾅδου πύλαις· χρισθείσης δὲ αὐτῷ καὶ τῆς σαρκὸς ἐξ ἐκείνων
τῶν ὑδάτων, ἡσύχασέ τε παντελῶς καὶ ἀπ' ἐκείνης τῆς ὥρας
ἄφωνός τε καὶ ἀκίνητος ἔμεινεν ὄρθρου ἄχρι παντελῶς, ζῆν
μόνῳ πιστευόμενος τῷ ἀναπνεῖν. περὶ ὄρθρον δὲ ὥσπερ ἐκ
P. 251 τεθνεώτων ἀναβιοὺς „δόξα σοι, ὦ θεός," εἶπεν. ἐρομένου
δὲ ὅπως ἔχει τοῦ μεγάλου δομεστίκου, αὐτὸς μὲν εἶπεν οὐκ
εἰδέναι, εἰδείη δ' ἂν ὁ πάντα γινώσκων θεός. προσελθὼν δ'
ὁ τῶν ἰατρῶν προέχων καὶ τῆς χειρὸς ἁψάμενος τῆς βασιλέως,
ἐδόκει μὲν σφύζειν ἀμυδρῶς· τῷ παραλόγῳ δὲ τοῦ πράγμα-
τος οἰόμενος ἠπατῆσθαι (οὐδεμία γὰρ ὑπελείπετο ἐλπὶς τοῦ
ζήσεσθαι αὐτὸν) ἀνηρεύνα τε αὖθις ἐπιμελῶς καὶ περιειργά-
ζετο τοὺς σφυγμοὺς καὶ τὰς χεῖρας περιέψα. ὡς δὲ ἐπείθετο
οὐκ ἠπατημένος ὤν, ἐξεπέπληκτό τε τοῦ πράγματος τῷ πα-
ραδόξῳ καὶ „μέγας ὁ θεὸς" ἀνεβόησεν „ὁ μόνος δυνάμενος
B εἰς ᾅδου κατάγειν πύλας καὶ ἀνάγειν αὖθις ἐκεῖθεν." περι-
στησάμενος δὲ καὶ τὸν ἄλλον ὅμιλον τῶν ἰατρῶν ὥσπερ ὑπ'
ἐκπλήξεως οὐδ' ἑαυτῷ θαῤῥῶν, εἰ καὶ αὐτοῖς τὰ ἴσα περὶ
βασιλέως ἐπυνθάνετο δοκεῖ. συνθεμένων δὲ καὶ αὐτῶν, ἔκ-
πληξις μὲν πάντας εἶχε καὶ χαρὰ οὐδεμίας δευτέρα· ἀναλαμ-

bendam porrigit. Quam visus est hausisse, omnibus admirantibus, quod cum extremam pene animam duceret, a fide honoreque rebus venerabilibus exhibendo non abstinuisset. Tamen ad portas mortis nihilo secus appropinquare cernebatur. Deinde ea lympha eius corpore perlito, secuta est quies tranquillissima: ut exinde usque ad auroram nec vocem mitteret, nec se quoquam commoveret et vitam sola respiratione testaretur. Diluculo autem, ac si a mortuis existeret, Gloria tibi, Deus, exclamat. Tum percunctante magno domestico, ut se haberet, nescire se dixit: Deum scire, qui nihil nesciat. Accedit medicus primarius, tactaque manu sentit venam micare exiliter: et se tam inopinata re deceptum veritus (in desperatissimis enim salutem eius posuerat) venae pulsum manu iterum contrectata diligenter et curiose explorat. Ut se minime deceptum vidit, obstupefactus miraculo, clara voce, Magnus est Deus, inquit, qui solus potest ad inferos deducere et reducere. Et quia prae stupore nondum sibimet plane credebat, aliorum medicorum turba convocata lectulum circumdans quaerit, ecquid idem de imperatore ipsis videatur. Quibus assentientibus, omnes obstupuere immortalique gaudio exiluere. Coepit vero imperator e morbo recreari ac refici et quasi a portis inferi

βάνειν δὲ ἤρξατο αὐτὸν ὁ βασιλεὺς καὶ ὥσπερ ἀναστρέφειν A. C. 1329
ἐξ ᾅδου πυλῶν. καὶ μέχρι τρίτης τῆς ἡμέρας ὥρας οἵ τε
σφυγμοὶ διεφαίνοντο ἤδη καθαρῶς, ἐξίτηλοι μὲν καὶ ἀτονοῦν-
τες, ἴσοι δὲ ὅμως καὶ ὁμαλοί. καὶ αὐτὸς ῥᾴων ἦν καὶ πάνθ'
ὁμοῦ διελέλυτο τὰ δεινά. καὶ ἀπ' ἐκείνης τῆς ἡμέρας ἀνα-
κτώμενος ἑαυτὸν κατὰ μικρὸν, εἰς τελεωτάτην καὶ καθαρὰν
ἦλθεν ὑγείαν. τοσαύτη δὲ παρὰ πᾶσιν ἦν ἡ τῆς ἐκπλήξεως C
ὑπερβολὴ, ὥστ' οὐ μόνον ἀκούοντες ἠπίστουν τοῖς λεγομένοις,
οἰόμενοι τεθνάναι βασιλέα, ἀλλὰ καὶ σχεδὸν ὁρῶντες οὐ ῥᾳ-
δίως ἑαυτοῖς πιστεύειν εἶχον. ὅσοις μέντοι Ῥωμαίων εὔνοια
πρὸς βασιλέα καθαρὰ καὶ ἄδολος ἦν, οὐδ' ἡ χαλεπὴ νόσος V. 202
ἐκείνη καὶ ἡ παρὰ δόξαν ὑγεία ἀκερδὴς διέμεινε παντελῶς,
ἀλλ' οἰκείαν ἕκαστος λογιζόμενοι τὴν εἰς βασιλέα παραδοξο-
ποιΐαν, ἔργοις ἀγαθοῖς ἠμείβοντο τὸν θεόν· οἱ μὲν ἀφιστά-
μενοι οἷς συνείχοντο κακοῖς, οἱ δ' ἐλεημοσύναις καὶ λύτροις
αἰχμαλώτων καὶ ἐγκρατείᾳ βρωμάτων ἐπὶ καιρὸν τὴν εὐγνω-
μοσύνην ἐνδεικνύμενοι καὶ τὴν εὐχαριστίαν. οὕτω μὲν ὁ βα- D
σιλεὺς εἰς αὐτὸ τὸ ἀκμαιότατον ἔφθασε τοῦ κινδύνου, οὕτω
δ' αὖθις παραδόξως διεσώθη.

ιη'. Ἐπεὶ δ' ἐῤῥάϊσεν, ἕκαστα καθ' ὅ,τι πραχθείη παρὰ
τοῦ μεγάλου διεπυνθάνετο δομεστίκου, καὶ αὐτοῦ διηγουμέ- P. 252
νου κατὰ μέρος, πᾶσιν ὡς λυσιτελῶς καὶ προσηκόντως εἰρ-
γασμένοις ἐπεψηφίζετο ὁ βασιλεύς. ἐπεὶ δὲ ἀπαγγεῖλαι ὡς
καὶ Συργιάννην τῆς ἑσπέρας ἐκπέμψειε στρατηγὸν, οὐκέτι

redire: et ab hora diei tertia pulsus tenues illi quidem et languiduli, pariter tamen aequaliterque et manifeste sentiebantur, ipseque levabatur et, malis omnibus dissipatis, ab illo die magis magis se confirmans, perfectam et integram valetudinem recuperavit. Tanta porro erat rei admirabilitas, ut omnes non audientes solum dictis diffiderent, obiisse imperatorem credentes: sed propemodum etiam intuentes non facile oculis suis fidem contraderent. Quicumque porro Romanorum in imperatorem candido erant sinceroque animo, iis morbus hic saevus insperataque sanitas non usquequaque infructuosa fuerunt, cum unusquisque tamquam suo corpori praestitum hoc miraculum ducens, pia facta Deo rependeret; et alii quidem vitia, quibus constricti tenebantur, desererent; alii egentibus largiendo et lytro captivis redimendis ciborumque ad tempus abstinentia agnitionem accepti beneficii gratumque animum demonstrarent. Ergo imperator ita in summum periculum delapsus et ita rursum praeter opinionem elapsus est.

18. Ubi ex tam perdita valetudine emersit, quo pacto interim gesta sit respublica, ex magno domestico singillatim sciscitatur. Illo distincte narrante omnia, imperator recte et ordine gesta confirmavit. Sed cum referret de Syrgianne, quem copiis occidentalibus ducem

A. C. 1329 εἶχεν ἐπαινεῖν, ἀλλ' ᾐτιᾶτο τοῦτο μόνον ὡς οὐ διαπεπραγμένον
συνετῶς. βέλτιον γὰρ εἶναι Συργιάννην ἐπὶ τοῦ προτέρου μέ-
νειν σχήματος καὶ μὴ πρὸς κακίαν ἐναγούσης ὕλης εὐπορεῖν.
ὁ δ' „οὐκοῦν" ἔφασκεν „εἴ σοι βέλτιον δοκοίη, γράμμασι μὲν
αὐτὸν τῆς ἑσπέρας παραλύσω τῆς ἀρχῆς· ἐπὶ δὲ τῶν προ-
τέρων πάλιν καταστήσω." ἐπαινέσαντος δὲ τοῦ βασιλέως, ὁ
B μὲν ἐχώρει πρὸς τὸ τὰ κεκελευσμένα ἐκπληροῦν. μεταμελη-
θεὶς δὲ ὁ βασιλεὺς ἐκέλευέ τε ἀναστρέφειν καὶ Συργιάννην
ἐᾷν ἐφ' ἧς ἐτέτακτο ἀρχῆς, ὡς οὐ δίκαιον ὂν οὐδὲ καθ' ἡδο-
νὴν αὐτῷ τῶν ἄλλων πάντων ἃ αὐτῷ πέπρακται στεργομένων,
ταύτην μόνην τὴν πρᾶξιν ἄκυρον ὀφθῆναι. ὁ δ' ἐπείθετο εὐ-
θύς· τῶν παρόντων δὲ ἐκεῖ τινες κρύφα Συργιάννῃ ἐδήλουν
γραφῇ ὡς βουληθείη μὲν ὁ μέγας δομέστικος παραλῦσαι τῆς
ἀρχῆς, μεταγνοὺς ὅτι ἐνεχείρισε καὶ τὴν ἀρχὴν, κωλυθείη δὲ
ὑπὸ βασιλέως· καὶ, τὸ μὲν εἰς ἐκεῖνον ἧκον, ἤδη τῆς ἀρχῆς
ἐκβεβλημένον εἶναι, βασιλεῖ δὲ ὀφείλειν χάριτας κεκωλυκότι.
C τοιαῦτα πυθόμενος ὁ Συργιάννης, τῶν μὲν ὑπηργμένων αὐτῷ
παρὰ τοῦ μεγάλου δομεστίκου ἠμνημόνησεν ἀγαθῶν, διὰ
ταῦτα δὲ, καίτοι γε οὐκ ὄντα ἀληθῆ, ὀργῇ φερόμενος εἰργά-
σατο ἃ δηλώσει προϊὼν ὁ λόγος. τότε δὲ πάντα ἀπαγγέλλων
ὁ μέγας δομέστικος βασιλεῖ, καὶ περὶ δεσπότου τοῦ Καλλί-
στου διηγεῖτο, ὡς κινηθείη μὲν ἡ στρατιὰ κατ' αὐτοῦ, δεί-
σαντες μὴ τοῦ δεσμωτηρίου διαδρὰς μετὰ τὴν σὴν τελευτὴν

misisset, id laudare non potuit atque hoc solum ut minus prudenter factum reprehendit: praestare enim, Syrgiannem in sua pelle quiescentem, idoneam facultatem ad improbe agendum nunquam adipisci. Tum domesticus: Si haec tua mens est, datis litteris praefecturam occidentis ei adimam et in ordinem redigam. Probante imperatore, ille ut iussa confecturus, abibat; cum imperator factum mutans, abeuntem revocat et Syrgianni mandatam praefecturam relinqui iubet: quod nec aequum, nec sibi iucundum sit, cetera eius, domestici inquam, acta confirmasse omnia, hoc solum rescidisse. Obtemperatum subito. Verum ex iis qui aderant, nonnulli clam Syrgianni scribunt, magnum domesticum semet accusare, et absque imperatore fuisset, traditam praefecturam illi adimere voluisse. Quare quod ad ipsum attineret, Syrgiannes iam dignitate sua se deiectum sciret. Imperatori gratias debere, qui id impedivisset. His cognitis Syrgiannes collatorum in se a magno domestico beneficiorum memoriam deposuit, atque ob ea, quamquam falsa erant, ira transversim actus perpetravit, quae procedens narratio declarabit. Dum omnia imperatori recenset magnus domesticus, etiam de despota Callisto iniicit: nempe ut milites in illum insurrexerint, quod timerent, ne e custodia fugitivus, imperatore defuncto res novas moliretur; et

τι νεωτερίσῃ, καὶ ὡς βουληθεῖεν ἀποκτεῖναι, αὐτὸς δὲ μηχα- A. C. 1329
ναῖς χρησάμενος καὶ ἀπάταις διασώσειέ τε αὐτὸν καὶ νῦν ἐν
ζῶσιν εἶναι. ἡδέως δὲ ἄγαν ἐπὶ τούτοις διατεθεὶς ὁ βασιλεὺς
καὶ τὸν μέγαν δομέστικον ἐπαινέσας καὶ συγγνώμης ἠξίωσεν
ἐκεῖνον ἀπολύσας τῆς εἱρκτῆς. καίτοι γε καὶ πρότερον πολλά- D
κις ἠβουλήθη τοῦ δεσμωτηρίου ἀπολύειν ὅρκοις πιστωσάμενον
ὡς τοὺς ἐν Θεσσαλονίκῃ κακῶς διαθέντας καὶ δεσμώτην ἀπο-
δείξαντας οὐκ ἀμυνεῖται καιροῦ τυχών· ὁ δὲ οὐκ ἐπείθετο, V. 203
ἀλλ' ἰσχυρίζετο φανερῶς, ὡς ἀμυνούμενος αὐτοὺς ἀξίως, ἂν
τὴν δύναμιν προσλάβηται τοῦ ἀντιδρᾶν. διὰ ταῦτα δὲ ἔτι
ἐφρουρεῖτο· τότε δὲ βασιλέως παραινέσαντος ὅσα ἐχρῆν,
καὶ συνθεμένου καὶ αὐτοῦ ἀμνηστήσειν τοῖς προσκεκρουκόσι,
τοῦ δεσμωτηρίου ἀπηλλάττετο. Περί γε μὴν Ἀνδρονίκου τοῦ
πρεσβυτέρου βασιλέως βασιλεὺς ὁ ἔγγονος ἐνθυμηθεὶς, ἐπυν- P. 253
θάνετο τοῦ μεγάλου δομεστίκου ὅπως περὶ τὴν αὐτοῦ δια-
τεθείη νόσον. ὁ δ' ἔφασκε μοναχῶν τε ὑποδῦναι σχῆμα καὶ
Ἀντώνιον ἐξ Ἀνδρονίκου προσαγορευθῆναι. ἐκπλαγεὶς δὲ ὁ
βασιλεὺς, τὴν αἰτίαν τε ἠρώτα τῆς μεταβολῆς καὶ εἰ ἑκὼν
εἶναι μεταλλάττοιτο τὸν βίον ἢ παρά του βιασθείς. ὁ δ' ἔφα-
σκεν εἰδέναι μὲν τἀληθὲς οὐκέτι ἔχειν. μήτε γὰρ ἀξιόλογόν
τινα ἀπαγγελοῦντα ἐκεῖθεν ἀφῖχθαι, μήτε πρωτοστράτορα
γράμμασι δεδηλωκέναι. τοῦτο δὲ μόνον τῶν ἐκεῖθεν ἀφικνου-
μένων ἀγγελιαφόρων ἀκηκοέναι, ὡς πύθοιτο μὲν ὁ βασιλεὺς
περὶ τῆς νόσου τῆς σῆς ὡς εἴη τῶν πρὸς θάνατον ἀγουσῶν· B

quomodo eum neci dedissent, nisi ipse, machinis et dolis adhibitis, hominem conservasset. Hoc sermone mirum in modum delectatus imperator et magno domestico laudem impertivit et Callistum venia dignatus custodia liberavit. Tametsi et antea saepius liberare voluit, fide cum iureiurando ab eo exacta, Thessalonicenses, a quibus male habitus et vinctus fuisset, etiam oblata opportunitate non ulturum. Sed frustra illi canebatur; quin palam affirmavit, se vires nactum, talibus meritis par pretium redditurum. Quam ob causam adhuc custodiebatur. Verum tunc imperatore quantum oportebat admonente, illoque promittente, se a quibus esset offensus, eorum iniurias oblivione contriturum, e carcere dimissus est. Sed Andronici senioris memor nepos, interrogat magnum domesticum, quem is animum se aegrotante prae se tulisset. Respondet, monachi habitu coopertum et pro Andronico Antonium appellatum. Attonitus imperator causam huius mutationis et spontene sua an ab alio coactus genus vitae mutarit, percunctatur. Ille nondum se veritatem rei comperire potuisse; neque enim quemquam adhuc inde nuntiatum venisse, cuius magni sit facienda fides, neque protostratorem quidquam super eo scripsisse: hoc solum a Constantinopolitanis rumigerulis audivisse, avum de morbo eius, esse videlicet mortiferum,

A. C. 1329 δείσας δὲ μὴ μετὰ τὴν τελευτὴν τῶν ἀνηκέστων τι τολμηθῇ περὶ αὐτὸν, ὑποδύσαιτο τὸ σχῆμα τῶν μοναχῶν. βασιλεὺς δὲ ἤχθετό τε πρὸς τὴν ἀγγελίαν καὶ ἐδυσχέραινεν οὐ μετρίως, οὐ κατὰ γνώμην αὐτῷ λέγων εἶναι τὰ γεγενημένα. ὁ μέγας δὲ δομέστικος ὁρῶν αὐτὸν ἀλγοῦντα ἐπὶ τοῖς συμβεβηκόσι καὶ δείσας μή τι πρὸς τὴν νόσον ὑπὸ τοῦ ἀλγεῖν παραβλαβῇ, ἀνελάμβανέ τε αὐτὸν καὶ παρεμυθεῖτο, τὴν μὲν αἰδῶ καὶ τιμὴν ἣν αὐτὸς ἔχων περὶ βασιλέα διατελεῖ, καὶ ὡς πολλοῦ ἂν ἐτιμήσατο μὴ τοιαῦτα περὶ αὐτὸν συμβεβηκέναι, ἀλλ' ἐπὶ
C τοῦ προτέρου διαμένειν σχήματος πάντων μᾶλλον αὐτὸς εἰδέναι καὶ συνεπιμαρτυρεῖν εἰπών. εἰ δὲ ἀδύνατον τὰ γεγενημένα ἀναλῦσαι, τί χρὴ περὶ αὐτῶν πολλὴν ποιούμενον φροντίδα, ἐκείνοις μὲν οὐδεμίαν ἐξευρίσκειν ὄνησιν, ἡμῖν δὲ αὐτοῖς οὐ τὴν τυχοῦσαν βλάβην προξενεῖν; ἐγὼ δὲ, εἴγε ἐξῆν, ἐμαυτῷ δίκας οὐ μικρὰς ἐτιμησάμην, ὅτι οὕτως ἀπερισκέπτως ἢ ἀνοήτως μᾶλλον εἰπεῖν, ἐπ' οὐδενὶ κέρδει ταραχήν σοι προσήγαγον καὶ λύπην οὐδαμῶς ἐν τῷ νυνὶ προσήκουσαν καιρῷ. κἂν γὰρ τῶν πρὸς θάνατον ἀπηλλάγημεν φόβων καὶ ὑπονοιῶν, ἀλλ' οὔπω καθαρᾶς ὑγείας οὐδ' ἀσφαλείας ἀπολαύειν
D ἔξεστι. βασιλεὺς δὲ ἃ μικρῷ πρόσθεν περὶ βασιλέα τὸν πάππον διενοεῖτο δρᾷν ἀνεμίμνησκεν αὐτὸν, ὡς „εἴ γε ἐκεῖνα" λέγων „εἰς ἔργον προὔβη, νῦν οὐκ ἂν συνέβαινε τοιαῦτα." ὁ δ' ἔφασκε καὶ αὐτὸς, ὡς „τοιαῦτα μὲν οὐκ ἂν ἐδρᾶτο· ἕτερα δὲ πολλῷ χείρονα καὶ ἀλυσιτελέστερα ἴσως ἂν συνέβη."

accepisse: formidantemque, ne eo mortuo in se atrocissimum aliquid designaretur, monachum induisse. Hic nuntius imperatori aegrimoniae atque indignationi fuit non mediocri: ac voce ipsa non sibi placere factum indicavit. Magnus domesticus illum tali eventu dolere cernens, sollicitusque, ne quid hic dolor ad morbum renovandum momenti afferret, admonere et consolari dicereque, se melius omnibus nosse et una testificari posse, quanta reverentia honoreque avum semper coluerit: et quanto redemisset, ne istuc evenisset: sed vestitum pristinum senex retinuisset. Quia vero facta infecta fieri nequirent, cur ob ea multis curis angeretur, quae nec ipsis proficerent et animis non levi nocumento essent? Ego vero, inquit, si per te liceret, non vulgari me poena afficerem, quod tam imprudenter seu, ut rectius dicam, tam insipienter et inutiliter hoc nuntio te perturbarim contristarimque, quod huic tempori minime omnium congruebat. Etsi enim mortis metu suspicioneque liber, nondum tamen consummata incolumitate securus es. Imperator autem quid paulo ante de avo facere cogitarit, domestico in memoriam redigens, dicebat, si illud ad rem collatum fuisset, quae nunc evenerunt, eventura non fuisse. Et domesticus, Huiuscemodi quidem, non: alia vero multo deteriora, minusque commoda fortassis evenissent.

ιθ'. Ἐπεὶ δ' ὧν περὶ βασιλέα τὸν πάππον ὁ νέος διενοεῖτο, A. C. 1329 ἐμνήσθημεν, βασιλεὺς, ἀναγκαῖον βραχέα καὶ περὶ αὐτῶν P. 254 διαλαβεῖν, ὡς ἂν μὴ λυμαίνοιτο τῷ σώματι τῆς ἱστορίας V. 204 ἡ τῶν δοκούντων τινῶν παράλειψις ἀναγκαίων. ὡς γὰρ ὁ βασιλεὺς Ἀνδρόνικος ὁ νέος, καθάπερ ἔφθημεν εἰπόντες, τῆς B βασιλείας διενοήθη κοινωνὸν τὸν μέγαν δομέστικον παραλαβεῖν καὶ τῷ τῆς ἁλουργίδος ἄνθει καὶ βασιλικοῖς κοσμῆσαι παρασήμοις, καὶ πολλὰ πολλάκις περὶ τούτου γε αὐτῷ διαλεχθεὶς, οὐδὲν ἠδυνήθη πλέον, ἀλλ' ἀμετάθετον τὴν γνώμην ἔχοντα ἑώρα πρὸς τὸ μηδέποτε αὐτῷ πεισθέντα πράττειν ἃ ἠξίου, ἐκείνου μὲν ἀπέσχετο καὶ αὐτὸς, ἀνηνύτοις οἰόμενος ἐπιχειρεῖν· ὕστερον δὲ οὐ πολλῷ τῷ πάππῳ καὶ βασιλεῖ πᾶσαν τὴν ἀρχὴν καὶ τὴν διοίκησιν τῆς Ῥωμαίων ἡγεμονίας ὥσπερ καὶ πρότερον παρέστη ἐγχειρίσαι. οὕτω δὴ διανοηθέντι ἐδόκει δεῖν προάγειν καὶ εἰς ἔργον, καὶ τῷ μεγάλῳ δομεστίκῳ ἐκοινοῦτο τὰ τῆς γνώμης, ὡς εἰ λυσιτελοίη καταπραξόμενος. τῷ δ' εὐθὺς μὲν ἐδόκει πεῖραν αὐτοῦ ποιεῖσθαι βασι- C λέα, οἰόμενον ὡς ἂν τοιαῦτα περὶ βασιλέως τοῦ πάππου πύθηται βουλόμενον, ῥᾳδίως ὑπείξει πρὸς τὸ ὑπ' αὐτοῦ γενέσθαι βασιλεὺς, ὅπερ ἀνεβάλλετο πρὶν, καὶ ἐδήλου ἃ ὑπενόει βασιλεῖ. ὡς δὲ ἐκεῖνος τοιοῦτον μὲν ἔφασκε διανενοῆσθαι μηδὲν, ἁπλῶς δ' οὑτωσὶ καὶ πανουργίας τινὸς χωρὶς καλόν τε οἴεσθαι καὶ βούλεσθαι προάγειν καὶ εἰς ἔργον, ὁ μέγας δομέστικος ὑπολαβών· „ἀλλ' ἔμοιγε" εἶπεν „οὐκ ἀγα-

19. Et quoniam eorum mentio facta est, quae de avo imperator mente volutasset, res poscit, ut pauca de iis separatim dicamus: ne totius historiae corpus vitiosum ac mutilum reddat quorumdam, ut videtur, necessariorum praetermissio. Posteaquam, ut supra commemoravimus, magnum domesticum imperii consortem sibi adiungere, eumque purpura et imperatoriis ornare insignibus meditatus, crebrius et pluribus cum eo agens nihil obtinuit, et in voluntate nunquam cedendi hac in parte obduruisse vidit, ne contra torrentem niteretur, urgere non perrexit. Non diu post totum imperium et administrationem Romani principatus, ut et antea, avo restituere in mentem venit. Sic igitur sentienti, visum ad opus procedendum.. Tamen prius cum magno domestico sententiam contulit, ut si ille expedire putaret, cogitata exsequeretur. Cui statim occurrit, Se ab imperatore tentari, qui existimaret, hac de avo deliberatione audita, sine mora facile se ab ipso imperatorem renuntiari passurum, continuoque suspicionem suam aperuit. Autumante imperatore, nihil tale animo versasse; sed sic candide nullaque vafritie bono id fore censere et velle in rem deducere, magnus domesticus excipiens, Atqui mihi, ait, secus videtur; neque quod ad me attinet, tamquam

A.C.1329 θὸν εἶναι δοκεῖ, οὐδὲ, τόγε εἰς ἐμὲ ἧκον, ὡς λυσιτελοῦν βουλεύσασθαι πραχθῆναι ἄν. εἰ δὲ σοί γε ἔδοξε τοιαῦτα περὶ βασιλέως καὶ παντὶ τρόπῳ βούλει ἐκτελέσαι, βέλτιον ὃ παρά D σοι κέκριται καλὸν τοῦ παρ' ἐμοὶ μὴ τοιούτου φαινομένου τὸ πλέον ἔχειν. εἰ μὲν γὰρ σαυτῷ τε καὶ Ῥωμαίοις καὶ προσήκοντα καὶ λυσιτελοῦντα ἐβουλεύσω, θεὸς ὁ πᾶσιν ἀγαθοῖς ἔργοις ἐνηδόμενος καὶ τὴν σὴν ἂν ἐπιῤῥώσειε πρὸς τοῦτο ψυχὴν, καὶ οὐδ' εἰ πάντες ἄνθρωποι κωλύειν ἐπιχειροῖεν πεῖσαι δύναιντ' ἄν σε ἀποσχέσθαι· εἰ δ' ἄρα ταῦτα μὲν ἀσύμφορα πάντῃ καὶ Ῥωμαίοις καὶ σαυτῷ, θεῷ δ' ἔδοξε τοιαῦτα πεῖσαι ὥστε πρόφασιν πολέμων ἐμφυλίων καὶ στάσεως καὶ ταραχῆς Ῥωμαίοις εὑρεθῆναι, τίς οὕτως ἂν εἴη παντάπασιν ἔρημος φρενῶν, ὥσθ' ἃ ἔδοξε θεῷ, ταῦτ' αὐτὸν ἄν ποτε δυ- P.255 νηθῆναι ἀναλῦσαι νομίσαι; σκέψαι τοίνυν παρὰ σαυτῷ, κἂν ἴδῃς ἁπάσαις ψήφοις πρὸς τοῦτο ῥέπουσαν τὴν σὴν ψυχὴν, τί χρὴ καὶ βουλεύεσθαι περὶ αὐτοῦ; εἰ δ' ἄρα τοιοῦτον μὲν οὐδὲν κέκριται παρά σοι, σαυτῷ δὲ καὶ τοῖς ἄλλοις ὑπηκόοις λυσιτελῆ τε ὁμοῦ καὶ δίκαια ποιεῖν ἐθέλων τὸ πάλιν ἀνακαλεῖσθαι βασιλέα καὶ τὴν ἀρχὴν Ῥωμαίων ἐγχειρίζειν διεσκέψω, οὐχ ἁπλῶς οὕτω καὶ ἀπερισκέπτως ὥς τι τῶν μηδενὸς ἀξίων πράττειν χρή· ἀλλὰ πρότερον πολλὰ πολλάκις σκεψάμενον περὶ αὐτοῦ καὶ διακωδωνίσαντα ἀκριβῶς, οὕτω χωρεῖν ἐπὶ τὸ πράττειν, μή πώς τι τῶν ἀδοκήτων ὕστερον συμβὰν B (πολλὰ δ' ἂν γένοιτο τοιαῦτα) τοῖς τε ἄλλοις καὶ πρό γε αὐ-

6. ἐβούλευσα coni. ED. P. idemque Intpr. legit: *si ego suasi.* Non opus correctione.

utile, velim fieri. Quod si ita de illo statuisti modisque omnibus exsequi vis, praestat vincere quod tu bonum interpretaris, quam quod mihi tale non apparet. Nam si quae tibi et Romanis decora et utilia sunt decrevisti, Deus qui omnibus egregie factis delectatur, animum tuum ad ea aggredienda corroboret: et, si omnes mortales conentur, te ab iis avertere non queant. Sin autem ad haec, tibi et Romanis prorsus incommoda, Deo tamen placuit te impellere, ut tumultus ac seditionis bellorumque civilium nasceretur occasio, quis ita penitus a ratione desertus invenietur, ut se unquam dissolvere ac retexere posse confidat, quae Deus ipse texuerit? Circumspice igitur sollicite, et si mentem tuam omnibus veluti suffragiis eo ferri ac propendere videris, aliorum iudicium ne exquiras. si autem tale nihil statuisti: sed rem iustam tibi et sub ditione tua constitutis frugiferam efficere volens, avum in imperium revocare deliberasti, haud istuc ita temere et inconsiderate, ut nugatorium aliquid, conficiendum est, sed ubi antea multum ac frequenter omnia perpenderis accurateque exploraveris, sic demum ad opus veniendum: ne, si post-

τῶν ἡμῖν ἀβουλίαν καὶ ἀπραγμοσύνην καταγινώσκειν ἑαυτῶν A. C. 1329
πρόφασιν παράσχῃ." Τούτων οὕτως εἰρημένων, ἐπείθετο ὁ V. 205
βασιλεὺς καὶ ὡς καλῶς ἔχοντα ἐπῄνει, ἐπέτρεπέ τε βουλεύε-
σθαι περὶ αὐτοῦ. ὁ μέγας δὲ δομέστικος τὰς αἰτίας πρότε-
ρον ἔφασκε μαθεῖν ἐθέλειν, ἐξ ὧν εἰς τοῦτο ἐναχθείη. κἂν
μὲν καὶ αὐτῷ λόγον ἔχουσαι δοκοῖεν καὶ πείθειν ἰσχυραὶ, τί
χρὴ περαιτέρω πονεῖν εἰκῇ βουλευομένους; τὸ κωλύον γὰρ
οὐδὲν τὰ καλῶς δοκοῦντα ἔχειν ποιεῖν. ἂν δ' ἄρα μὴ τοιαῦτα
φαίνοιντο, πάλιν αὐτὸν ἐξ ἀντιστρόφου δι' ἃ μὴ λογίζοιτο αὐ-
τοτὸς λυσιτελεῖν τὴν πρᾶξιν, προτιθέναι. κἂν μὲν τοῦ ὀρθῶς καὶ C
δικαίως ἔχοντος φαίνηται ἡμμένα, πείθεσθαί τε αὐτὸν καὶ ἀφί-
στασθαι τοῦ μὴ τὰ δέοντα ποιεῖν· ἐὰν δὲ ἐνδεῶς ἢ ὥστε δύνα-
σθαι πείθειν ἔχωσι καὶ ἀγχώμαλος ἡ μάχη καταστῇ, τότ' αὐ-
τὸν τῆς νίκης αὐτῷ προχωρεῖν, ὥσπερ τοὺς Ἀθηναίους, τῆς
Ἀθηνᾶς προστιθεμένης ψήφου, λόγος ποιεῖν. τριῶν δὲ ὄντων
ἃ ἂν σε μάλιστα δύναιτο πρὸς μεταμέλειαν τῶν γεγενημένων
ἐνάγειν, τοῦ τε μὴ δικαίως δοκεῖν πεπρᾶχθαι, καὶ τοῦ μὴ
τοῖς πράγμασι λυσιτελούντως, καὶ τρίτον, τοῦ τινα τῶν δεόν-
των γίνεσθαι ἀμελεῖσθαι διὰ τὸ μὴ βασιλέα τοῖς πράγμασιν
ἐφεστάναι, σκεψώμεθα ἕκαστον αὐτῶν. καὶ πρῶτόν γε πάν- D
τες ἂν ἐμοὶ συμφαῖεν ὡς μάλιστα πέπρακται δικαίως. πρό-
τερόν τε γὰρ αὐτὸς οὐκ ἦρξας πολέμου, ἀλλ' ὑπὸ τῶν πραγμά-

21. δικαίως ED. P. pro δίκαι.

modum inopinatum quidpiam acciderit, (multa autem accidere queant,) id et aliis et ante alios nobismetipsis ad temeritatem inertiamque nostram condemnandam fiat occasio. Dicta approbavit imperator et negotium consultationi permisit. At magnus domesticus momenta prius nosse desideravit, quibus motus in hanc voluntatem descendisset: quae si sibi quoque haud absurda et ad fidem valida videbuntur, ultra non fore, cur in consultando opera frustra consumatur; nihil enim obstaturum, quin, quae bene habere visa sint, peragantur. Si vero talia non reperientur, tum vicissim ex altera parte se rationes, propter quas factum non profuturum arbitretur, expositurum: quas si a recto et iusto aptas iudicarit, obtemperet et contra officium committere parcat. Quod si satis virium ad persuadendum non habebunt fueritque pugna anceps, tum se victoriam illi cessurum, quomodo Athenienses solere fama est, cum Minervae calculus accesserit. Cum igitur tria sint potissimum, quae te ad poenitudinem facti possint inducere: quod non iuste factum; quod non cum utilitate reipublicae; quod nonnulla necessaria negligantur, quoniam avus non imperet; unumquodque eorum, quantum valeat dispiciamus. Ac primum quidem nemo mihi non assentietur, iustissime abs te factum. Tu enim bellum non incepisti: sed ab illo inceptum, coactus es gerere. Et

A. C. 1329 των αὐτῶν ἐκβιασθείς. καὶ τότε μὲν ἄκων, ἀνεχώρησας δ' οὖν ὅμως, βασιλέως τὸν κίνδυνον ἀποδιδράσκων· καὶ ὕστερον ἀμυνόμενος ἀναγκαίως καί, τοῦ θεοῦ συναιρομένου, ἐπεὶ τὰ πράγματα γεγένηται ὑπό σοι, καίτοι γε ἐξὸν τὴν σύμπασαν ἀρχὴν ἔχειν καὶ προσεῖναι τὸ δικαίως διὰ τὸ ἐκεῖνον πολέμου ἄρξαι, (οὐδεὶς γὰρ ὁ κωλύων νόμος τὰ τῶν πολεμίων τοὺς νενικηκότας ἆθλα τῆς ἀρετῆς κεκτῆσθαι,) οὐκ ἔφθασε μνησθεὶς εἰρήνης, καὶ σὺ τὰ δίκαια ποιῶν ἀπεδίδους τὴν ἀρχήν. ὥστε P. 256 καὶ ἐξ ὧν πρότερον ἀπεστεροῦ μηδὲν ἀδικῶν, καὶ ἐξ ὧν ὕστερον κρατῶν τῶν ἀντιπάλων οὐκ ἀπεστέρεις τῶν δικαίων, ὁμοίως σοὶ τὸ δικαίῳ εἶναι περιέσται. ὅτι δὲ καὶ τοῖς πράγμασι λυσιτελῶς, οὐδ' ἀποδείξεως δεήσεσθαι οἶμαι. τίς γὰρ οὐκ οἶδε, τῶν ἁπάντων εἰ μὴ τῶν πραγμάτων ἔξω κατοικεῖ, τὸν πρὸς τοὺς ὁμοφύλους πόλεμον λύμην οὖσαν τοῖς χρωμένοις καὶ φθοράν, ὥσπερ τὴν εἰρήνην καὶ τὴν ὁμόνοιαν τοὐναντίον ἅπαν, ὠφέλειαν καὶ πρὸς τὸ βέλτιον ἐπίδοσιν τῶν κοινῶν; ἀλλὰ μὴν ὅτι γε οὐδὲ τῶν δεόντων οὐδὲν παραλείπομεν ἡμεῖς διὰ τὸ μὴ ἐκεῖνον τῶν πραγμάτων ἐξηγεῖσθαι, B πειράσομαι ἀποδεικνύναι. δύο γὰρ ὄντων ἃ προσήκει βασιλεῦσιν ἔργων, τοῦ τε περὶ τὰ πολέμια διατρίβειν, ἀμυνόμενον μὲν τοὺς ἐπιόντας πολεμίους καὶ τὴν οἴκησιν παρέχοντα τοῖς ὑπηκόοις ἀσφαλῆ, εἰ δέ που δέοι, καὶ ἐπιστρατεύοντα τοῖς πρότερον ἐπελθοῦσι, καὶ τοῦ περὶ δίκας ἀσχολεῖσθαι καὶ θεσμοὺς ἐν τῆς εἰρήνης τοῖς καιροῖς καὶ τὰ οἰκεῖα εὖ τίθεσθαι,

tum quidem invitus, tamen secessisti, periculum fugiens, quod ab illo tibi impendebat: et postea te necessario defendisti. Et postquam Deo opitulante omnium evasisti potens, quamvis liceret cum iustitia retinere imperium, quod ab illo bellum esset inchoatum, (nulla quippe lex vetat, ne victores hostium bona, tamquam virtutis praemia, possideant,) non prior pacem petivit et tu iustus iniusto imperium reddebas. Itaque dum neque propter ea quibus antea privatus es, quidquam contra fas egisti: neque propter eam, quam postmodum de adversariis consecutus es victoriam, quemquam spoliasti, utrinque iustitia tibi superat. Quod autem et cum utilitate reipublicae, demonstrandum non opinor. Quis enim nescit, nisi forte extra mundum habitet, bellum civile cladem et perniciem esse civibus? sicut contra, pacem et concordiam norunt omnes esse utilitatem et incrementum reipublicae. Porro nos nullum officii munus praetermittere, quamvis ipse non moderetur imperium, conabor ostendere. Cum enim duo sint imperatorum munera, unum, rebus bellicis occupari, praedones arcendo et subiectis habitationem tutam praestando et, si ferro opus sit, hostibus cum exercitu occurrendo: alterum, tempore pacis iuri et legibus intendere animum

ἐν οὐδετέρῳ τὸ πλέον ἔχων ἡμῶν ἐκεῖνος ἂν φανείη, μᾶλλον A. C. 1329 δὲ τῷ μὲν οὐδαμῶς λείπεσθαι βασιλέως, τῷ ἑτέρῳ δέ σοι συμβέβηκε νικᾶν παραπολύ. τῆς γὰρ ἄλλης τῶν πραγμάτων διοικήσεως οὐδὲν ἔλαττον ἢ πρότερον ὡς προσῆκον γινομένης, ἐν τοῖς πολέμοις καὶ ταῖς στρατείαις πολὺ προέχεις, αὐτὸς ἐφ' C ἅπασι παρὼν καὶ στρατηγοῖς χρώμενος βελτίοσιν ἢ ἐκεῖνος, ὡς ἐξ αὐτῶν τῶν ἔργων ἐγένετο καταφανὲς, αὐτοῦ ταπολλὰ καὶ πρότερον οἰκουροῦντος ὥσπερ νῦν". Ἔτι δὲ τὸν λόγον βουλομένου τοῦ μεγάλου συνείρειν δομεστίκου καὶ διὰ πολλῶν V. 206 ἀποδεικνύναι μὴ ὂν λυσιτελὲς πρὸς τῶν πραγμάτων τὴν ἀρχὴν αὖθις ἐπανάγειν τὸν πρεσβύτερον Ἀνδρόνικον, ὁ νέος ἐπικόπτων βασιλεὺς, ταῦτα μὲν ἔφη καὶ αὐτὸς οἴεσθαι ὀρθῶς ἔχειν, καὶ τούτων ἕνεκα οὐδενὸς τῷ πάππῳ ἐθέλειν ἐγχειρίζειν τὴν ἀρχήν· ἀλλὰ πρώτον μὲν, τοῦ μὴ τοὺς πάντα εὐχερεῖς καὶ φαύλους καὶ διεφθορότας ὡς ἐκ προνοίας αὐτὸς καὶ σκέψεως ἐπιβούλου τὴν ἀρχὴν παρειλόμην, βασιλέως μηδεμίαν D πρόφασιν πρὸς τὸν πόλεμον παρεσχημένου, δύνασθαι λογοποιεῖν καὶ πείθειν τοὺς πολλούς· δευτέρου δὲ, τοῦ μάλιστα βούλεσθαι καὶ διὰ σπουδῆς ἔχειν, ἅττα ἂν ᾖ μάλιστα πρὸς ἡδονὴν καὶ τιμὴν τῷ βασιλεῖ, ταῦτα καταπράξασθαι ἐμέ. οἴομαι δὲ μηδὲ βασιλέα πρὸ τοῦ ἄρχειν τῶν πραγμάτων ἕτερόν τι μήτε βούλεσθαι μήτε ἄγειν.

κ'. Αὖθις δὲ ὁ μέγας δομέστικος τὸν λόγον ἀναλαβὼν P. 257 „Τὴν μὲν ἐμὴν" εἶπεν „εὔνοιαν πρὸς βασιλέα καὶ σπουδὴν,

urbanaque recte administrare, in neutro ipse nobis superior videri queat: imo vero in altero nihil illi cedere, in altero longo intervallo illum antegredi contigit. Nam cum civilis tua administratio aeque proba sit, ut illius ante fuit; virtute prudentiaque militari multum antecellis, ipse praesens omnibus et praestantiores duces habens, quam ille habuit: id quod rebus ipsis patuit, cum ipse, quemadmodum nunc, ita antea domi plerumque delituerit. Volebat domesticus sermonem continuare ac pluribus docere, incommodum fore, seniori Andronico imperium reddere, cum interpellans iunior, se his astipulari dixit: ob nullam tamen harum causarum avo decrevisse imperium restituere: sed primum, ne levissimi, improbissimi atque corruptissimi homines ipsum velut de industria et cum insidiosa machinatione avum insontem imperio exuisse comminisci et aliis commentum suum persuadere possint. Deinde quia impense concupiscat et studiose conetur, ut quae illi iucunditati et honori sint, ea praestet: credat autem, eum nihil neque malle, neque melius ducere, quam imperare.

20. Excipiens magnus domesticus sic ait: Benevolentiam atque studium meum erga imperatorem avum, et quomodo nihil optarim

A. C. 1329 καὶ ὡς ἐποιούμην περὶ πλείστου μὴ μόνον ἀνήκεστον οὐδὲν B εἰς αὐτὸν ἰδεῖν ἐλθὸν, ἀλλὰ καὶ τῆς ἀρχῆς κρατεῖν καὶ παρὰ πᾶσι καὶ θαυμάζεσθαι καὶ ἐπαινεῖσθαι, οὐδένα μοι μᾶλλον ἢ σὲ οἴομαι συνειδέναι. καὶ ὅτε γὰρ τοῦ πρὸς ἀλλήλους ὑμῶν μάλιστα φυομένου πολέμου ἐβουλευόμεθα περὶ τοῦ ᾗ χρὴ τὸν πόλεμον διαθέσθαι, τῶν ἄλλων παραινούντων εἴργειν, ἢ καὶ ἀποκτιννύναι, καὶ ὀλίγῳ χρόνῳ πολλῶν ἀπαλλάττεσθαι πραγμάτων, οἶσθα ὁπόσα φιλάνθρωπα αὐτός τε ἐβουλεύσω περὶ αὐτοῦ, κἀγὼ συνεῖπον προθύμως καὶ τὸ μέρος συγκατειργασάμην. καὶ ἐπειδὴ πρὸς τὸν πόλεμον καταστάντες περιεγενόμεθα αὐτοῦ καὶ ἅπαξ καὶ δὶς, οἶσθα ὅσην ἐπεδειξάμεθα περὶ αὐτὸν καὶ τὴν εὔνοιαν καὶ τὴν αἰδῶ ἐκ μέ- C σων ἐξαρπάσαντες τῶν κινδύνων· καὶ οὐ μόνον ἐν ἀσφαλείᾳ καταστήσαντες, ἀλλὰ καὶ τὴν πρὶν εὐδαιμονίαν, ὅσα γε ἐξῆν, φυλάξαντες αὐτῷ, τῶν ἄλλων ἁπάντων βουλευομένων τἀναντία καὶ δεομένων πείθεσθαι αὐτοῖς. διό με οὐδὲ οἴεσθαι χρή τινα ἀπεχθείᾳ τῇ πρὸς αὐτὸν τοὺς λόγους ποιεῖσθαι τουτουσὶ, ἀλλὰ τῷ κοινῷ προσέχοντα λυσιτελεῖ· ἄλλως τ' οὐδὲ τῷ μάλιστα τοὺς τρόπους συκοφαντικῷ διαβολὰς ἐξέσται ῥάπτειν, ὡς ἐμαυτῷ περιποιούμενος τὴν βασιλείαν κωλύω τοῦ μὴ ἐγχειρίζειν ἐκείνῳ τῶν πραγμάτων τὴν ἀρχήν. πρότερόν τε γὰρ ἐξῆν, εἴπερ ἐβουλόμην, καὶ νῦν ἔτι κεῖται ἐπ' ἐμοὶ, D σοῦ παρασχόντος ἂν προθύμως εἰ βουληθείην· ὥστ' οὐδὲ τοῦ

9. Interpres ἐβούλευσα: *super eo disserueris.*

ardentius, quam eum videre non solum nihil immane perpeti; sed etiam tenere imperium esseque in ore et admiratione omnium, nemo melius te uno iuxta mecum novit. Nam et cum maxime bello inter vos exorto, quo pacto illud gereretur, consilia conferebamus, hortarenturque nonnulli, ut eum carcere clauderemus, aut etiam necaremus et brevi tempore multis nos molestiis eximeremus, scis quam multa humanitatis plena et ipse super eo disserueris; et ego tibique perlibens assenserim teque pro parte quoque adiuverim. Bello flagrante, cum semel iterumque vicissemus, recordaris quanta in ipsum inclinatio atque observantia nostra fuerit: quando e mediis ereptum periculis, non tutum modo praestitimus, verumetiam pristinam, quantum licuit, felicitatem ei conservavimus, ceteris omnibus reclamantibus, et ut ipsis in contrarium obsequeremur, flagitantibus. Quod cum ita sit, non me odio aliquo stimulatum, sed communes utilitates intuentem, haec effari existimandum est, praesertim cum nec callidissimus calumniator hoc in me consuere possit mendacium, ideo me impedire, ne ei tradatur imperium, quia id mihi studeam acquirere. Nam et prius copia erat, si libuisset; et adhuc mei arbitrii est sumere, quod tu cupide mecum communicaturus es.

ξυνοίσοντος ἰδίᾳ τι ἐμοὶ τοιαῦτα συμβουλεύω. ὅτε τοίνυν ἐξ A. C. 1329
αὐτῶν ἀποδείκνυται τῶν πραγμάτων, μήτε πρὸς χάριν ἐμαυ-
τῷ μήτε πρὸς ἀπέχθειαν ἐκείνῳ λέγειν, δέον ἦν τι τῶν δεόν-
των πείθεσθαι φαίνομαι συμβουλεύων. ἔφης τοιγαροῦν δυοῖν
ἕνεκα μάλιστα ἐνάγεσθαι πρὸς τοῦτο· τοῦ τε μὴ κακῶς ἀκού- V. 207
ειν παρὰ φαύλων ἀνθρώπων καὶ διεφθορότων, καὶ τοῦ μά-
λιστα βούλεσθαι τῶν πρὸς αἰδῶ καὶ τιμὴν καὶ ἡδονὴν ἐσο-
μένων βασιλεῖ, ὅ,τι ἂν ἐξῇ ποιεῖν· τὸ μὲν οὖν θεραπεύειν
βασιλέα, δίκαιόν τε φαίην ἂν καὶ αὐτὸς καὶ σοὶ προσῆκον. P. 258
ἔξεστι δὲ πολλοῖς τρόποις ἐπιδείκνυσθαι τὴν θεραπείαν. τό,
τε γὰρ τιμᾶν ὡς πατέρα ἀναγκαῖον καὶ τὸ πρόνοιαν αὐτοῦ
τὴν δυνατὴν ποιεῖσθαι ὥστ' αὐτόν τε καὶ οἰκετικὸν διάγειν
ἐν ἀφθόνοις. εἰ δὴ τὰ ἀποτεταγμένα χρήματα αὐτῷ τῆς χρεί-
ας δοκεῖ ἐλάσσω εἶναι, φθόνος οὐδεὶς καὶ ἕτερα τοσαῦτα ἢ
καὶ διπλασίω προστιθέναι· καὶ ἕτερ' ἄττα ἃ αὐτῷ μὲν ἂν
εἴη καθ' ἡδονήν, βλάβην δὲ ἑτέροις μὴ παρέχῃ. ἄρχοντα δὲ
ἀποδεικνύναι τῶν πραγμάτων, οὔτ' ἂν αὐτὸς πεισθείην τῶν
κοινῇ λυσιτελούντων εἶναι, οὔθ' ἑτέρῳ συμβουλεύσαιμι. τῶν
κακῶν δὲ οὐδένα λόγον οἴομαι ποιεῖσθαι δεῖν. ἢ σχέτλιον
ἂν εἴη, εἰ τῶν μὲν ἀγαθῶν οὐδένα ποιησόμεθα λόγον, τοῖς B
δὲ κακοῖς τοσοῦτον χαριούμεθα, ὥστε καὶ ἃ λυσιτελῇ καὶ
δίκαια δοκοῦμεν εἶναι, ταῦθ' ἑκόντες ὄντες προησόμεθα αὐ-
τοῖς. φέρε γὰρ πρὸς θεοῦ, εἴ γε πάντες οἱ τοὺς τρόπους
ἀγαθοὶ ἐκκλησίαν συναθροίσαντες, ἡμᾶς ἐπὶ δίκῃ προκαλοῖντο,

petens, accusationem sic ordiri: Syrgiannes hic, imperator, occidenti praefectus, primum quidem studiose fecit atque omni ope elaboravit, ut sodalitium sibi constitueret ac, si posset, omnes eo impelleret, uti se ad ipsum applicarent et inter amicissimos numerarent. Quod cum a principio statim videremus, arbitrati eum gloriae laudumque cupiditate (quas homines beati praecipue admirantur et obstupescunt) isti occupationi se dedisse, rem haud indigne ferebamus. Cum autem tempore procedente eius in his diligentiam ultra aequum crescere observaremus, incidit nobis suspicio, non gloriae, sed cuiuspiam occultioris rei desiderio in hoc eum operam ponere: et accuratius ad ea quae agitabantur attendebamus. Ut vero negotio indagato comperimus, aggregantes se ad illum non inconsulte in amicitiam recipi, sed fidem suam iuramento astringere ipsumque vicissim suam illis sacramento obligare, tum nobis aucta est suspicio, hominem magna quaedam scelera moliri, diligenterque conditiones et capita in quae iuratum esset, inquisivimus. Narrabatur autem a consciis, primum iurasse Syrgianni amicitiam et Syrgiannem illis, et omnimodis inter se profuturos. Deinde si quid imperatori humanitus contigisset, non unumquemque quod sibi conducibile appareret, sed quae post communem deliberationem Syrgi-

A. C. 1330 Συργιάννῃ λυσιτελεῖν ποιεῖν. ὅτι δὲ ἀληθῆ, μάρτυρας πα-
ρέξομαι τῶν λεγομένων. σὺ μὲν οὖν ἂν εἰδείης, ὦ βασιλεῦ,
ὅ,τι χρὴ ἀποφαίνεσθαι περὶ αὐτῶν· ἐμοὶ δὲ ἐδόκει τῶν ἀτο-
P. 269 πωτάτων, ὑπὸ βασιλέα τινὰ τελοῦντα καὶ δουλείαν ὁμολογοῦν-
τα ὀφείλειν, τοιούτοις ἐγχειρεῖν. ἐπυθόμην δὲ καὶ τῶν πρώ-
των τῶν ἐμῶν ἐγὼ, ὡς τὰ τοιαῦτα τολμώμενα παρὰ τῶν
ὑπηκόων ἀποστασίαν καὶ ἀπιστίαν πάντων μάλιστα ἂν αὐτῶν
κατηγοροίη. διὸ οὐδὲ ἠνεσχόμην σιγῇ φέρειν, ἀλλ' ἐπὶ σοῦ
τὰ τοιαῦτα κατηγόρηκα αὐτοῦ, νομίζων οὐκ ἔλαττον εἶναι τοῦ
συμπράττειν πρὸς τὰ φαῦλα τὸ συνειδότα μὴ ἐλέγχειν εἰς κα-
τηγορίας λόγον." Τοιαῦτα Τζαμπλάκωνος διεξιόντος, ἀδικεῖ-
σθαι καὶ συκοφαντεῖσθαι διετείνετο ὁ Συργιάννης καὶ κατα-
ψεύδεσθαι Τζαμπλάκωνα αὐτοῦ, πλασάμενον διαβολὰς ἔχθει
B παλαιῷ τῷ πρὸς αὐτὸν, ὅτι τοὺς υἱοὺς, βασιλέως ἀποστάντας,
στρατηγὸς κατ' αὐτῶν ἐκπεμφθεὶς χειρώσαιτό τε καὶ δεσμώτας
πρὸς βασιλέα ἀπαγάγοι. Τζαμπλάκων δὲ τῶν μὲν υἱῶν αὐ-
τῷ μέλειν ἔλεγεν ὀλίγα ἢ οὐδὲν, ὡς οὔτε ὀνησόντων οὐδὲν, ἂν
βελτίους ὦσιν, οὔτε προστριψομένων τινὰ αἰσχύνην, ἂν φαί-
νωνται κακοί· βασιλεῖ γὰρ μελήσειν ὅπῃ ἂν διάθηται τὰ κατ'
αὐτοὺς, ὄντας ὑπηκόους. ἔχθει δὲ τῷ πρὸς ἐκεῖνον κατηγορη-
κέναι, οὐκ ἂν ἔξαρνος γενέσθαι. οὐ γὰρ ἂν δύναιτο κακῷ γε-
νομένῳ περὶ βασιλέα μὴ ἐχθραίνειν. ἐδεῖτό τε βασιλέως μη-
C δένα αὐτῶν ἐᾷν οἴκαδε ἀναχωρεῖν, ἀλλ' αὐτῷ συνδιατρίβειν,

10. τοῦ συνειδότα legebatur pro τὸ συνειδότα.

annes pro utilibus haberet, ea demum facturos. Haec a me vere asseverari testes dabo. Tu igitur, imperator, quid de his pronunties, monitore non eges: mihi quidem insolentissimum est visum, aliquem imperatori parentem subiectumque se confitentem, talia machinari. Audivi etiam a maioribus meis subditorum huiuscemodi ausus nefarios, maxime omnium eorum perfidiam defectionemque arguere. Proinde cum tacere non possem, horum ipsum apud te accusavi: opinatus, perinde esse atque si mala simul perpetres, nisi ea conscius accusando detegas. Ubi Zamplaco conticuit, Syrgiannes affirmare, iniuriam sibi fieri et se calumniose oppugnari mentirique Zamplaconem, qui ista ex odio inveterato confinxerit; quia scilicet filios Zamplaconis, qui ab imperatore defecerant, dux contra eos missus, captos et vinctos ad imperatorem adduxerit. Zamplaco sibi filios parvae aut nulli curae dixit esse: quod nec profuturi sint quidquam, si meliores: nec maculam sibi aspersuri, si mali fuerint: imperatori cordi fore, quo pacto eos tractet, cum illi subsint. Odio autem commotum accusasse, non inficiaturum: nec enim posse, qui se improbe erga imperatorem gesserit, non odisse: orabatque eumdem, ne eorum quemquam domum dimitte-

ἄχρις ἂν μεταπεμψάμενος τοὺς μαρτυρήσοντας τοῖς εἰρημένοις, A. C. 1330
ἀπελέγξῃ διαῤῥήδην, ὡς οὐδὲν ἂν εἴη ὧν κατηγόρηκε πλάσμα
καὶ συκοφαντία, ἀλλ' αὐτὰ τὰ γεγενημένα ὑπ' αὐτοῦ. βασιλεὺς V. 216
δὲ δίκαιά τε Τζαμπλάκωνα ἐπεψηφίζετο ἀξιοῦν καὶ προσέταττεν οὕτω πράττειν. ἀξιοῦντος δὲ καὶ Συργιάννη προσκαλεῖσθαί τινας, οἳ ἀδικούμενον αὐτὸν καὶ συκοφαντούμενον ἀποφανοῦσιν, ἐπέτρεπε καὶ αὐτῷ πᾶν ὅπερ ἂν ᾖ πρὸς ἀπόδειξιν τῆς ἀληθείας ἐξεῖναι πράττειν. τοὺς μὲν οὖν συμμαρτυρήσοντας αὐτοῖς ἐπὶ τῆς δίκης αὐτίκα ἔπεμψαν τοὺς κομιοῦντας· αὐτοὶ δὲ συνόντες βασιλεῖ, παρεσκευάζοντο ὡς ἐπὶ δίκην. D

κγ'. Τῆς ἡμέρας δὲ ἐκείνης παρελθούσης, ἐπεὶ ἐπεγένετο ἡ νὺξ περὶ μέσην, ὁ Συργιάννης εἰς τὴν οἰκίαν τὴν μεγάλου δομεστίκου ἀπελθὼν, ἐδεῖτο μὴ περιϊδεῖν ὑπὸ συκοφαντίας τὰ ἔσχατα προσδοκῶντα πείσεσθαι δεινὰ, ἀλλὰ χεῖρα σώζουσαν παρασχεῖν καὶ μὴ διὰ τὸ προσκεκρουκέναι ἀφειδῆσαι κινδυ- P. 270
νεύοντος, ἀλλὰ πρόνοιάν τινα ποιήσασθαι αὐτοῦ. αὐτῷ μὲν γὰρ ὁμολογεῖν προσκεκρουκέναι, πεισθέντα φαύλοις ἀνθρώποις καὶ διεφθορόσι καὶ ψευδομένοις ὡς τὰ πολλὰ, καὶ διὰ τοῦτο αὐτόν τε ἑαυτοῦ κατηγορεῖν πολλὴν ἀγνωμοσύνην καὶ αὐτῷ ἐφιέναι ἣν ἂν ἐθέλοι δίκην λαμβάνειν παρ' αὐτοῦ. περὶ βασιλέα δὲ μηδὲν ἑαυτῷ κακῷ γενομένῳ συνειδέναι, ἀλλ' ἄκρατον εἶναι τὴν διαβολήν. οὗ δὴ ἕνεκα αὐτοῦ δεῖσθαι συγγνῶναί τε αὐτῷ τῆς περὶ αὐτὸν ἀδικίας καὶ ἀγνωμοσύνης καὶ τὴν προσδοκωμένην λύειν συμφοράν· αὐτὸν δὲ ὅρκοις οἷς ἂν ἐθέλοι τὸ

ret, donec ipse, testibus evocatis, nihil se calumniandi libidine fictum, sed ipsissima eius facta in accusatione sua posuisse manifeste ostenderet. Imperator Zamplaconem aequum petere censens, ita facere iussit. Mox et Syrgiannes oravit acciri quosdam, qui secum per calumnias inique actum testarentur. Concessum est, quae ad veritatem demonstrandam liceret, experiretur omnia. Subito itaque missi, qui testes in iudicio utrique adfuturos adducerent: ipsi interea apud imperatorem haerentes, ad actionem se comparabant.

23. Sub medium noctis sequentis, Syrgiannes in aedes magni domestici adventans, orat, ne se ob falsam criminationem atrocissima pertimescentem supplicia despiciat: sed salutarem sibi manum porrigat; neve propter offensionem animi sui periculo iactatum aspernetur: sed aliqua sui cura tangatur. Fateri, se nequam et perditis hominibus et ut plurimum mentientibus nimis credulum, in eum deliquisse. Ideo semet magnae improbitatis condemnare et aestimationem poenae in eius arbitratu ponere. At in imperatorem nullius facinoris sibi conscium meramque calumniam esse. Quamobrem rogare, ut iniustitiae et ingratitudinis suae gratiam sibi faciat imminentemque cervicibus suis calamitatem

A. C. 1330 μὴ διὰ βίου παντὸς κακὸν ὀφθῆναι περὶ αὐτὸν, ἀλλὰ πάντα
B αὐτῷ πιστώσασθαι ὑπείκειν. Συργιάννης μὲν οὖν τοιαῦτα ἐδεῖτο· ὁ μέγας δὲ δομέστικος αὐτῷ ὑπετίθετο θαῤῥεῖν, ὡς οὐκ ἀποστερήσοιτο τῶν δικαίων· οὐδὲ διὰ συκοφαντίαν αὐτῷ ἀπαντήσει δυσχερὲς οὐδέν. οὔτε γὰρ βασιλέα ἀνασχέσθαι ἄν ποτε καταψηφίσασθαι συκοφαντουμένου, μήτ' αὐτὸν περιϊδεῖν. τὸ δ' ὅρκους παρασχέσθαι ἐπηγγέλθαι, ἂν σοι νῦν περὶ τὰς προσδοκωμένας τύχας χρήσιμος ὀφθῶ, ὥστε διὰ βίου παντὸς ἐμοὶ ὑπείκειν καὶ μηδέποτε ἀγνωμονῆσαι, μηδὲ εἰς λήθην τῶν εὐεργεσιῶν ἐλθεῖν, ἐν ἴσῳ μοι δοκεῖς καὶ ἀδύνατα ἀξιοῦν. ὁ γὰρ
C μήτε πρότερον μήθ' ὕστερον ἀγαθὸς γενόμενος περὶ τοὺς φίλους, ἀλλὰ μικρᾶς καὶ φαύλης τινὸς ἕνεκα αἰτίας ἢ οὐδὲ μικρᾶς, Εὐρίπου δίκην μεταφερόμενος καὶ ἀστατῶν, πῶς ἂν εἴης δίκαιος πιστεύεσθαι περὶ τοῦ μέλλοντος παρεχόμενος τὰς πίστεις; οἶσθα γὰρ ὡς φιλίας ἡμῖν ἄνωθεν ἐκ παίδων προσγεγενημένης, ἐγὼ μὲν ἐσπούδασα ἀεὶ μηδεμίαν πρόφασιν δικαίαν σοι διαστάσεως παρασχεῖν καὶ ταραχῆς, καὶ διετήρησά γε ἐμαυτὸν ἄχρι νῦν ἐπὶ τῆς ὁμοίας προαιρέσεως καὶ τοῦ θεοῦ συναιρομένου· σὺ δὲ καὶ ἅπαξ καὶ δὶς μηδὲν ἔχων ἐγκαλεῖν, ἀντὶ φίλου καὶ συνήθους πολέμιος ἐξαίφνης ἀνεφάνης καὶ οὐδενὸς, τό γε
D εἰς σὲ ἧκον, τῶν λυπεῖν ἀπέσχου δυναμένων. ἃ νῦν ἔμοιγε ὀνειδίζειν οὐ κατὰ καιρὸν δοκεῖ, περὶ αὐτῶν ἅπαξ συνεγνω-
V. 217 κότι· τὰ τελευταῖα δὲ νῦν ταῦτα ὑπὸ κλοιοῖς ἐν δεσμωτηρίῳ ὑπὸ τοῦ πρεσβυτέρου βασιλέως κατεχομένῳ καὶ μηδεμίαν ἐλ-

avertat: per omnem deinceps aetatem nihil in eum mali attentaturum, eius auctoritati in omnibus obsecuturum atque huius promissi fidem, si velit, dicto sacramento facturum. Haec Syrgiannes. Quem magnus domesticus admonet bonum habere animum, salva illi esse iura sua: nec propter sycophantiam quidquam incommodorum ei nasciturum. Neque enim imperatorem, ut calumniis tantummodo oppugnatus damnetur, unquam passurum: neque eius res neglecturum. Quod autem iuraturum promittis, inquit, si nunc afflicto tibi succurrero, te in omni reliqua vita in auctoritate mea permansurum: nihil adversum me improbe admissurum: neque beneficiorum immemorem futurum, videris eadem oratione impossibilia petere. Qui enim amicis nunquam fidus, sed ob causam modicam et inanem, imo ne modicam quidem, ut Euripus variabilis et inconstans fuit, quomodo hic, quamvis fidem dederit, de cetero fidem mereatur? Certe nosti, quo pacto cum inde usque a pueris inter nos amaverimus, ego semper studuerim, ne tibi iustam dissidii ac perturbationis occasionem darem: et in hunc usque diem, Deo adiuvante, in suscepto consilio perstiti. Quid tu? cum semel atque iterum non haberes, quod nos accusares, pro amico et familiari repente hostis

πίδα ἔχοντι τῆς τῶν δεινῶν ἀπαλλαγῆς, τῆς μὲν σῆς ἀγνω- A. C. 1330
μοσύνης οὐδὲ ἐπεμνήσθην, τῆς δὲ ἐμῆς πρὸς σὲ φιλίας καὶ συνηθείας ὥσπερ εἴωθα μεμνημένος, ἅπερ οὐδ' ἂν ποτε αὐτὸς ἤλπισας, οὐδ' ἂν ἑτέρου λέγοντος ἐπείσθου ὡς εἴη ἀληθῆ, τοιαῦτα καὶ διενοήθην καὶ εἰργασάμην ὑπὲρ σοῦ καὶ οὐ μόνον τοῦ δεσμωτηρίου ἀπήλλαξα καὶ τῶν κλοιῶν, καίτοι γε πολλὰ καὶ βασιλίδος τῆς βασιλέως μητρὸς τῆς εἰς σὲ προνοίας ἕνεκα αἰτιωμένης, καὶ βασιλέως αὐτοῦ δι' οὐδὲν ἕτερον ἢ διὰ τὸ ἐμὲ βούλεσθαι μόνον τὴν ἄδειαν παρεσχημένου, ἀλλὰ καὶ ἐκ P. 271
τῶν κοινῶν ὠφέλησα πολλὰ, προσόδους τε παρέχων ἐτησίους ἐκ χωρίων καὶ ἄρχοντα πόλεων καθιστὰς, καὶ ἐκ τῶν ἰδίων οὐδὲν ἔλαττον· ἃ νῦν ἕκαστα ἀπαριθμεῖν, ἀγεννὲς ἂν εἴη καὶ οὐδαμῶς ἐγγὺς τοῦ ἡμετέρου τρόπου· ἐκεῖνο ἐννοῶν, ὡς αὐτὰ τὰ πράγματα διδάξαι δυνατὰ οἷον φίλον ἰδίᾳ φαυλότητι τρόπων ἀπολωλεκότι, τῇ σφετέρ' αὐτοῦ καλοκαγαθίᾳ πάλιν ὑπῆρξεν ἀνασώσασθαι· καὶ τελευταῖον ἀπὸ μικρᾶς τινος καὶ εὐτελοῦς ἀρχῆς ἐπὶ πᾶσαν τῆς ἑσπέρας ἀνῆγον τὴν ἡγεμονίαν. σὺ δ' ἀντὶ πάντων τούτων θαυμασίαν τινὰ καὶ μάλιστα σοὶ προσήκου- B
σαν ἀπεδίδους τὴν ἀντιμισθίαν. δέον γὰρ ἔργοις τε καὶ λόγοις εὐεργέτην ἀναγράφεσθαι καὶ σωτῆρα καὶ κηδεμόνα, πᾶν ἐποίεις τοὐναντίον, ὡς ἐπὶ πολέμιον καὶ πολλὰ δεινὰ εἰργασμένον παρασκευαζόμενος καὶ προσεταιριζόμενος πολλοὺς, ὡς ἂν εἰ βουληθείην ὥσπερ δὴ καὶ πρότερον ἀδικεῖν καὶ κακῶς ποιεῖν, αὐτὸς εἴης δυνατὸς ἀμύνεσθαι τῇ προπαρεσκευασμένῃ χρώμενος

evasisti et quantum in te fuit, nihil ad dolorem nobis ingenerandum omisisti; quae nunc exprobrandi tempus non est, cum ea semel condonarim. Denique cum imperante seniore in custodia vinculis constrictus tenerere, nulla spe evadendi, sceleris tui immemor et amicitiae nostrae consuetudinisque, ut soleo, recordatus, quae tu nec speravisses, nec ab alio narrata credidisses, ea ego tua causa et cogitavi et feci: nec solum e carcere et vinculis te eripui (quamquam imperatoris mater eam tui curam in me reprehenderet; et imperator non ob aliud, quam quod ego ita vellem, hanc licentiam daret) verumetiam de publico haud parum tibi profui, annuos tibi reditus e locis certis suppeditans, urbiumque praefectum te constituens: nec minus de meis facultatibus tibi consulens: quae nunc sigillatim recensere, nec ingenuum et moribus meis alienum esset. Res enim ipsae docere te possunt, qualem amicum cum tuo vitio perdidisses, ipsius bonitate recuperaveris. Postremo e tenui ignobilique praefectura ad totius occidentis procurationem te provexi. At tu pro istis omnibus admirabilem quamdam et ingenio tuo convenientem in primis gratiam rependisti. Cum enim me benemerentem servatoremque ac tutorem tuum dictis et factis profiteri debuisses, prorsus contra egisti, tamquam in hostem nocentissimum te instruens et

A. C. 1330 *δυνάμει. ἐξ ὧν ὥσπερ αὐτοὶ λέγουσιν οἱ κατηγοροῦντες, εἰς πολλῷ χαλεπώτερον καὶ χεῖρον βάραθρον κατεκρημνίσθης· σὺ δὲ ἤδη συνορῶν οἷ κακῶν ὑπ' ἀβουλίας συνηλάθης, ἅ σοι* C *ἔδοξε μόνα δυνατὰ πρὸς τὴν παροῦσαν ἀνάγκην ἀποχρήσειν, ταῦτα ἥκεις ἐσκεμμένος λέγειν. ἐγὼ δὲ μηδὲν ἀποκρυψάμενος, ὅπως τε διάκειμαι πρὸς σέ, καὶ οἷα ποιήσω, ἐρῶ. οὔθ' οὕτως ἔχω ὥστε ποτὲ τοῖς φίλοις σε συντάττειν τοῖς ἐμοῖς καὶ ὑπὲρ σοῦ τῶν προσηκόντων τοῖς φιλοῦσι πράττειν τι, οὔθ' ὡς πολεμίῳ χρῆσθαι βλάπτων ὅσα δυνατά· ἀλλ' ἐπὶ τῆς δίκης γενομένου καὶ ὑπὲρ ὧν κατηγορῇ τὰς ἀπολογίας ποιουμένου, αὐτὸς μακρὰν ἐξασκήσω σιωπήν, φθεγγόμενος μηδέν. κἂν μὲν τῶν κατηγόρων περιγένῃ καὶ τὴν δίκην διαφύγῃς, ἀγαπήσω καὶ αὐτὸς καὶ οὐ φθονήσω τυχόντι τῶν δικαίων· ἂν δ' ἥττων φαίνῃ παραπολὺ καὶ ἁλίσκῃ ἀδικῶν, ἂν μὲν ἀπειρίᾳ λόγων ἢ ἀδικίᾳ τῶν συκοφαντῶν, ἢ τρόπῳ δή τινι ἑτέρῳ* D *ἀποστερεῖσθαι συμβαίνῃ τῶν δικαίων, προστήσομαι προθύμως, καὶ οὐ περιόψομαι ἄδικον ψῆφον ἐνεχθεῖσαν κατὰ σοῦ, οὐ σοῦ γε ἕνεκα μᾶλλον, ἢ αὐτοῦ δικαίου· ἂν δὲ προσῇ τὸ δικαίως τῇ κατὰ σοῦ ἐξαγομένῃ ψήφῳ, μηδεμίαν ἐπικουρίαν προσδόκα παρ' ἐμοῦ. ἐξ ὅτου γὰρ αὐτὸς ἀπώσω τὴν φιλίαν τὴν ἐμὴν καὶ πολεμίου ἔργα εἵλου πράττειν, καὶ αὐτὸς τοῦ νομίζειν φίλον ἀπεσχόμην· ἐμαυτῷ δ' ὥσπερ πολιτείαν ἀρχαίαν τὸ μηδενὶ πολέμιος εἶναι συντηρῶν, οὔτε σοι μέχρι νῦν, οὔθ' ὕστερον γενήσομαι· ἀλλ' οὔτ' ἀδικούμενον περιόψομαι ὥσπερ ἔφην,*

multos in sodalitium aggregans: ut si iterum vexare te vellem, posses te comparatis ad id viribus tueri atque defendere. Unde, ut accusatores tui dictitant, in barathrum longe deterius atque exitiosius temet deturbasti. Iam vero intelligens, quo miseriarum tua te amentia adegerit, quae sola ad levandam praesentem calamitatem suffectura iudicasti, haec ut diceres, meditatus advenisti. Atqui ego nihil te celans, quo sim in te animo, et quid decreverim, enuntiabo. Neque ita affectus sum, ut aliquando te in amicos referre tuaque causa quid de officiis amantium praestare cogitem: neque hostis loco te habere, quantaque possim detrimenta tibi iniungere velim. Sed cum te in iudicio stiteris, et ad capita accusationis responderis, ego longum silebo. Et si quidem cofutatis accusatoribus absolveris, placebit id mihi quoque: nec tibi ius tuum adepto invidebo. Sin multo adversariis inferior, causa cecidisse videbere: et aut imperitia dicendi, aut iniquitate calumniatorum, aut alio quodam modo iure tuo excidere contigerit, patrocinium tui perlibens arripiam, et iniusta te feriri sententia non sinam: neque id tibi magis, quam aequitati dabo. Sin iure damnaberis, nullam a me defensionem exspectabis. Ex quo enim tu amicitiam meam proiecisti, hostesque imitari maluisti, ex eo ego

ουτ' ἀδικοῦντα ἐξαρπάσω τῶν κινδύνων. πρὸς δὴ ταῦτα ὅπη A. C. 1330
ἂν σοι δοκῇ τοῖς πράγμασι χρῆσθαι, συνετός τε ὢν καὶ πεῖ- P. 272
ραν ἔχων καὶ λόγων καὶ πραγμάτων." Συργιάννην μὲν οὖν
εὐθὺς οὐκ ὀλίγον ἐθορύβησαν οἱ λόγοι, νομίσαντα ἤδη ἐν χρῷ
κινδύνου καθεστάναι. ὅμως δὲ ἔτι πειρώμενος αὐτοῦ εἰ δύ-
ναιτο ἀποθέμενος τὴν πρὸς αὐτὸν ὀργὴν στῆσαι τὴν προσδο-
κωμένην συμφορὰν „Ἐγὼ μὲν ᾤμην" εἶπε „μέχρι λόγων μοί
σε τὴν τιμωρίαν τῶν ἡμαρτημένων στήσειν, καὶ μὴ διὰ μι-
κροψυχίαν, ἐφ' ᾗ μοι καὶ πρότερον πολλὰ πολλάκις συνέγνως,
προήσεσθαι τοῖς συκοφαντοῦσι νῦν. ὁρῶ δὲ ἤδη τὸν ὄλεθρον
κατ' οὐδὲν ἐλλείποντα ἐμοί. ἐὰν γὰρ πεισθῶ σαφῶς, ὅτι σε B
οὐ πείσω δυνατὸν δεηθεὶς ὑφεῖναί μοι τὴν ὀργὴν καὶ ὁμοίας
ὥσπερ πρότερον κηδεμονίας ἀξιοῦν, οὐδὲν λοιπὸν ἢ κακοῖς
τοῖς ἐσχάτοις περιπεσεῖσθαι προσδοκᾶν." ὁ δ' ἔφασκεν „οὐ
χρείαν εἶναι λόγων περιττῶν· αὐτὸς δὲ πρότερόν τε λόγοις
ὀλίγοις τὴν διάνοιαν δεδηλωκέναι, καὶ νῦν οὐδὲν ἧττον τὸ αὐ-
τὸ ποιήσειν· ἀνεπίφθονον δὲ εἶναι, εἰ διὰ παραδειγμάτων τὴν
ἀπόδειξιν ποιήσομαι τοῦ λόγου. ἐοικέναι γὰρ νομίζειν, ἐμὲ
μὲν γαληνῷ τινι λιμένι προσερηρεισμένῃ πέτρᾳ, σὲ δὴ νηῒ κά-
λων ἐξ αὐτῆς ἀναψαμένῃ καὶ πολλῆς ἀπολαυούσῃ τῆς εὐδίας·
νομίσαντα δὲ, ἂν αὐτῆς ἀπολυθήσῃ, πλέον τι καὶ κερδαλεώ- C
τερον εὑρήσειν, ἀφεῖναι ἐπὶ τοῦ πελάγους ἀποστάντα, κλυ-

8. Intpr. corr. *μεγαλοψυχίαν*, sed melius ex superioribus *μικρολυπίαν*, quod Nicetae verbum est. *ED. P.*

quoque te amicum agnoscere desii: et vetus quoddam vitae instititutum mihi custodiens, ut nemini scilicet inimicus sim, neque tibi hactenus fui, neque in posterum ero: et quomodo inique laesum, ut promisi, non deseram: sic inique laedentem discrimine haud expediam. Igitur cum prudentia et rerum verborumque exercitatione valeas, quemadmodum tibi videtur, sic age. Syrgiannem illico non parum haec conturbavit oratio, existimantem se iam velut in ipsis periculi faucibus versari. Tamen iterum experiens, si posset efficere, ut ille ira deposita, formidatum a se malum depelleret, equidem putabam, inquit, te peccata mea verbis tenus puniturum: nec ob animum generosum, ob quem alias toties mihi ignovisti, calumniatoribus modo obiecturum. Sed iam me nihil perditius. Si enim plane credam, tibi persuaderi non posse, ut iram adversum me remittas, perindeque ut antea curae habeas, quid superest, nisi ut extrema exspectem? Nil opus est, inquit magnus domesticus, supervacaneis sermonibus. Nam et ante compluscculis verbis mentem meam explicavi et nunc nihilo minus idem faciam. Non erit porro absurdum, si rem exemplo declaravero. Me petrae, tranquillissimo portui adhaerescenti, te navigio funibus eidem alligato et placidissimo caelo quiescenti similem arbitror: teque, quoniam, si inde solvereris,

A. C. 1330 δωνίῳ δὲ περιπεσόντα καὶ σαφῶς τὴν ἀβουλίαν ἐγνωκότα,
τῆς πέτρας δεῖσθαι τοῦ κλύδωνος ἐπὶ τοῦ πελάγους ἐλθοῦσαν ἐξαρπάσαι· τὴν δὲ ἀποκρίνασθαι, οὐ δυνατὰ αἰτεῖσθαι· ἀλλ' εἴτι δέοιτο τῆς παρ' αὐτῆς γαλήνης, αὐτὸν μᾶλλον ἐλθόντα πρὸς αὐτὴν, τὰ πρυμνήσια ἀνάψαι. τοῦτο δὲ οὐ λόγοις, ἀλλὰ μᾶλλον ἔργοις ἐπιδείκνυσθαι· οὐδεμία γὰρ ἔσται τις ὠφέλεια ἀπὸ τῶν λόγων, ἐὰν μὴ αὐτὸς ἔργῳ προσορμήσῃ τῷ λιμένι. τὸ νῦν μὲν οὖν ἔχον, μηδένα παρ' αὐτοῦ μήτε κίνδυνον ὑφορᾶσθαι,
D μήτ' ἐπικουρίας τυχεῖν ἐλπίζειν. ἐὰν δὲ ἔργοις εἰς τὸ ἐπιὸν ἐπιδείξηται τὴν πρὸς αὐτὸν στοργὴν, (λόγοις γὰρ οὐ πιστεύειν, ἤδη δὶς καὶ τρὶς ἀποδεδειγμένοις ἔχειν ὑγιὲς οὐδὲν,) τότ' ἤδη τὰ παρ' ἑαυτοῦ καὶ αὐτὸν προσθήσειν. Συργιάννης μὲν οὖν τοσαῦτα εἰπὼν καὶ ἀκούσας, ἀνεχώρησεν ἐκεῖθεν, οὐκ ὀλίγα ἀνιώμενος ὅτι μὴ δυνηθείη πεῖσαι τὸν μέγαν αὐτῷ δομέστικον προσέχειν.

P.273 κδ'. Βασιλεὺς δὲ ἐκ τῆς Χαλκιδικῆς ἄρας, ἦλθεν εἰς Βυ-
B ζάντιον· συνείποντο δὲ καὶ Συργιάννης καὶ Τζαμπλάκων, ὡς ἐκεῖ γενησομένης δίκης. οὐ πολλῷ δὲ ὕστερον καὶ οἱ παρ' ἑκατέρου προσκεκλημένοι μάρτυρες παρῆσαν. ἐπεὶ δὲ ἐπύθετο ὁ βασιλεὺς, ἐκέλευεν εἰς τὸ δικαστήριον ἀπαντᾶν. μελλόντων δὲ ἤδη, ἠγγέλλετο ἐκ Βιθυνίας ὡς Ὀρχάνης ὁ τῶν αὐτόθι Περσῶν σατράπης τὴν κατὰ τὸν Ἀστακηνὸν κόλπον Νικομήδειαν, πόλιν μεγάλην καὶ πολυάνθρωπον, στρατιὰν πολ-

maius quiddam et lucrosius inventurum somniasses, in vastum pelagus processisse et in fluctus incidisse. Cumque perspicue stultitiam tuam agnoveris, nunc rogare petram, uti in altum mare veniat et e fluctibus te educat; illam respondere, ab se peti, quod in manu sua non sit: verum si eius secura tranquillitate frui desideres, uti tu potius ad se accurras et retinacula a se aptes: id quod non verbis, sed opere magis ostendendum; nihil enim verba proderunt, nisi re ipsa ad portum hunc confugeris. In praesens itaque nec a me ullum timebis periculum; neque ullum sperabis auxilium. Quod si posthac factis tuum erga me et eximium quidem amorem demonstraveris (verbis namque non credo, quae iam bis terque falsitatis comperta sunt) tum ego quoque officium meum non praetermittam. His a se dictis et a domestico auditis, Syrgiannes admodum moestus discessit, quod eum precibus ad se tuendum flectere nequivisset.

24. Imperator Chalcidice Byzantium venit, Syrgianne et Zamplacone sequentibus, ad iudicium illic obeundum: brevique vocati ab utroque testes affuerunt. Quod ut rescivit imperator, uti ad tribunal omnes praesto adessent, mandavit. Cum inibi res esset, nuntiatur e Bithynia Persarum illic satrapam Nicomediam in sinu Astaceno urbem amplam et frequentem, frequenti exercitu circumsedere admotisque machinis oppugnare; cui mature opem ferendam

λὴν περικαθίσας, καὶ μηχανήματ' ἐπιστήσας, πολιορκεῖ. ἐδό- A. C. 1330
κει δὴ βασιλεῖ βοηθητέον εἶναι κατὰ τάχος. καὶ στρατιὰν ἐν-
θέμενος, οὐ μόνον τριήρεσιν, ἀλλὰ καὶ φορτηγοῖς ναυσὶ πε- V. 219
ζήν τε καὶ ἱππικὴν, ἔπλει πρὸς τὴν Νικομήδους, ὡς ἐξαιρησό- C
μενος τῶν κινδύνων. ἔτι δὲ ὄντος μετεώρου τοῦ στόλου, καὶ
μέλλοντος εἰς Νικομήδειαν καταίρειν, Ὀρχάνης πρεσβείαν
πέμψας, πρῶτα μὲν ἠσπάζετο βασιλέα· ἔπειτα ἐμήνυεν ὡς βού-
λοιτο τὸν πόλεμον καταθέσθαι, ἐὰν καὶ αὐτῷ κατὰ γνώμην
ᾖ· ἐὰν δὲ μάχην συνάπτειν προθυμοῖτο, μαχεῖσθαι καὶ αὐ-
τόν. ὁ δ' ἀντησπάζετο μὲν καὶ αὐτὸς αὐτὸν, ἐδήλου τε ὡς
τοῦ μὲν ἥκειν παρεσκευασμένος ὡς ἐς μάχην, οὐκ ἂν δύναιτο
ἔξαρνος γενέσθαι, ἐξ αὐτῶν τῶν πραγμάτων ὄντος φανεροῦ.
ἐὰν δὲ αὐτὸς βούλοιτο τὸν πόλεμον καταθέμενος εἰρήνην ἄγειν,
οὐδ' αὐτὸν ἀπώσασθαι αὐτήν. καὶ λόγων γενομένων περὶ σπον- D
δῶν διὰ τῶν πρέσβεων, (οὐ γὰρ αὐτοὶ συνῆλθόν γε ἀλλήλοις,)
συνέβησάν τε καὶ ἔθεντο σπονδὰς εἰρηνικὰς, ὥστε Ὀρχάνην
βασιλέως εἶναι φίλον καὶ τὰς κατὰ τὴν ἕω πόλεις, ὅσαι ἔτι
ἦσαν ὑπήκοοι Ῥωμαίοις, ἀδικεῖν μηδέν· ἔπειτα ἀλλήλους ἠ-
μείβοντο δώροις, Ὀρχάνης μὲν ἵππους πέμψας καὶ κύνας
θηρευτικὰς τάπητάς τε καὶ παρδάλεων δορὰς· βασιλεὺς δὲ
ἐκπώματά τε ἀργυρᾶ καὶ ὑφάσματα οὐκ ἐξ ἐρίων μόνον, ἀλλὰ
καὶ Σηρικὰ, καὶ τῶν βασιλικῶν ἐπιβλημάτων ἓν, ὃ περὶ πλεί-
στου παρὰ τοῖς βαρβάρων σατράπαις ἄγεται ἀεὶ καὶ τιμῆς
εἶναι δοκεῖ τεκμήριον καὶ εὐμενείας· ἐφ' ᾧ τότε καὶ αὐτὸς
ὑπερήσθη τε τῶν ἄλλων μᾶλλον καὶ χάριτας ὡμολόγει βασιλεῖ.

imperator statuit. Ergo non in triremes dumtaxat, sed in onerarias quoque peditibus et equitibus impositis, eo cursum intendit. Verum antequam classis Nicomediense litus teneret, Orchanes missa legatione primum imperatori salutem dicere: tum indicare, se arma positurum, si illi quoque eadem sit voluntas; si decertare aveat, se non recusaturum. Resalutat eum imperator significatque, negare non posse, se ad pugnam instructum adventare, quod ipsa res loquatur: sed si ipse pacem amplectatur, se quoque non repudiaturum. Collocutis inter se legatis, (nam principes non convenerunt) consensu pax foedere constituta est, cum his conditionibus: ut Orchanes imperatoris esset amicus, et urbibus per orientem, quotquot adhuc Romanis parebant, nullo maleficio incommodaret. Postea inter se donaverunt, Orchanes equos et canes ad venandum, tapetas et pelles pardalinas; imperator argentea pocula, textilia non lanea modo, sed et Serica, et unum ex imperatoriis amiculis: quod satrapae barbarorum plurimi aestimant et honoris ac benevolentiae argumentum interpretantur: quo et ipse tum Orchanes supra cetera laetatus, imperatori gratias egit, et in sedes suas recessit. Imperator exscen-

A. C. 1330 μάλιστα βούλεσθαι οὐ μόνον ὅτι δίκαιον εὔνουν εἶναι καὶ
πρόθυμον περὶ αὐτὸν, ἀλλ' ἵνα καὶ μᾶλλον ἐπισπάσηται τι-
μάς τε παρέχειν καὶ προσηκούσας τὰς εὐεργεσίας· ἃ δὲ νῦν
ἔφης εἰς τὸν κατὰ Συργιάννη πόλεμον χρήσιμος ὀφθήσεσθαι
D ἡμῖν, βούλεσθαι μαθεῖν ὁποῖ' ἄττα, ὡς ἂν ἐκ τῶν λεγομένων
ἢ διαγινώσκειν, ἄν τε λυσιτελοῦντα τὰ βεβουλευμένα εἴη, ἄν
τε μή." Σφραντζῆς δὲ οὐδὲν μὲν ἥκειν ἔφασκεν οἴκοθεν αὐ-
τὸς βεβουλευμένος πλὴν τοῦ προθυμότατον ἑαυτὸν ἐφ' οἷς ἂν
κελευσθείη παρασχέσθαι· ἐπ' αὐτῷ δὲ εἶναι ἐφ' ὅ,τι ἂν δο-
κοίη λυσιτελεῖν σκεψαμένῳ χρῆσθαι. βασιλεὺς δὲ ἐπῄνει τε
αὐτὸν τοῦ βουλεύματος καὶ οἴκαδε ἐκέλευεν ἀναχωρεῖν, ὡς ἐς
τὴν ὑστεραίαν ἅττα ἂν δοκοίη βέλτιστα ὑποθησόμενος. τὸν
μέγαν δὲ δομέστικον παραλαβὼν, ἐβουλεύοντο ὅπως δέοι τὸν κα-
τὰ τοῦ Συργιάννη πόλεμον διαθέσθαι· ᾤοντο δὲ πρὶν παρασκευ-
ασαμένους ἥκειν ἀντιπάλῳ στρατιᾷ οὐ μέμψιν τινὰ δικαίαν εἶναι,
P. 277 εἴγε χωρὶς ὅπλων καὶ κινδύνων ἀπάτῃ τὸν πολέμιον συσχόντες
δυνήσονται τὸν πόλεμον πρὶν συστῆναι καταλῦσαι. τὰ γὰρ τοι-
αῦτα κλέμματα καλλίστην δόξαν ἔχειν, ἃ μάλιστ' ἄν τις τὸν πο-
λέμιον ἐξαπατήσας, ἑαυτόν τε καὶ τοὺς ὑπηκόους ὠφελήσειε.
διὰ ταῦτα δὴ ἐδόκει Σφραντζῇ τῶν παρακειμένων τῇ Καστο-
ρίᾳ πολιχνίων ἐγχειρίζειν τὴν ἀρχὴν, καὶ ἐπειδὰν γένηται ἐκεῖ,
Συργιάννην μὲν οὐκ ἀνέξεσθαι εὐθὺς μὴ προσπέμψαι πρὸς αὐ-
τὸν καὶ παρακαλεῖν αὐτῷ προσθέσθαι ἀποστάντα βασιλέως

talem virum non solum amicum et promptum gerere animum, sed etiam, quo magis eum sibi devinciat, honoribus ac donis congruentibus eius dignitatem amplificare iustum sit. Cupere porro scire, in quibus se modo operam sibi in bello contra Syrgiannem navaturum profiteretur; ut eo indicante, utile necne consilium ceperit, cognosci possit. Tum Sphranzes, haudquaquam per se meditatum venire, nisi ut se quam promptissimum ad imperata praebeat. In ipso situm esse, ubi re circumspecta operae pretium facturum putaverit, ibi potissimum suo labore uti. Imperator de sententia laudatum, redire domum iussit; se die sequenti, quid optimum fore iudicasset, eum edocturum. Post magnum domesticum in consilium de bello adversus Syrgiannem instituendo adhibuit: visumque factum iusta reprehensione cariturum, si priusquam instructo exercitu contrairetur, absque armis et periculo, per dolum aliquem hoste capto et constricto, bellum ante finire possent, quam incipere. Huiusmodi namque furta belli gloriosissima sunt, quibus hoste circumvento, sibi quispiam ac subditis plurimum commodat. Quapropter Sphranzi oppidorum Castoriae vicinorum praefecturam dandam censuerunt. Quo cum venerit, Syrgiannem non temperaturum, quin sine mora mittens, ab imperatore eum ad suas partes transire hortetur. Sphranzem aures praebiturum libenter, et cum illo amicitiam societatemque con-

τὸν δὲ ὑπακούσαντα προθύμως, φιλίαν θέσθαι πρὸς αὐτὸν καὶ A.C. 1330
συμμαχίαν· καὶ ἐπειδὰν γένωνται ἐν συνηθείᾳ καὶ φοιτῶσι V. 222
παρ' ἀλλήλους ἀδεῶς, τότ' ἤδη φυλάξαντα καιρὸν ἐν ᾧ μὴ B
μεθ' ἑτέρων ἂν εἴη πολλῶν ὁ Συργιάννης, (πάντως δὲ τοιού-
τους πολλοὺς εὑρήσειν,) εἰς ἓν τῶν φρουρίων κατασχόντα δῆ-
σαι· φρουρεῖν τε ἀσφαλῶς ἄχρις ἂν ἐλθόντι ἐγχειρίσῃ βασι-
λεῖ· οἴεσθαι δὲ ἔσεσθαι αὐτοῦ ῥᾳδίαν καὶ τὴν φυλακὴν ἅτε τῆς
ἑπομένης στρατιᾶς οὐκ οἰκείας, ἀλλ' ἐξ Ἀλβανῶν καὶ Τριβα-
λῶν οὔσης συμμαχίδος, οἳ οὐ βουλήσονται ὑπὲρ Συργιάννη
διακινδυνεύειν, τὸ φρούριον πολιορκοῦντες, ἀλλὰ διαλυθή-
σονται ἐπ' οἴκου, ἄσμενοι τῶν ἐκ τῶν πολέμων κακῶν ἀπηλλα-
γμένοι. τοιαῦτα μὲν ἐδόκει ἀμφοτέροις ἐπιχειρητέα εἶναι· C
καὶ ἐς τὴν ὑστεραίαν τὸν Σφραντζὴν μεταπεμψάμενος ὁ βα-
σιλεὺς, τὰ βεβουλευμένα τε διηγεῖτο, καὶ ἐπυνθάνετο αὐτοῦ,
εἰ καὶ αὐτὸς λυσιτελῆ τε καὶ δυνατὰ ἡγοῖτο· ὁ δ' ἔφασκε τοι-
αῦτα μὲν αὐτὸς οὐδὲ ἐνθυμηθῆναι τὴν ἀρχὴν, ἀλλ' ἕτερ' ἄττα
πολλῷ ἀποδέοντα αὐτῶν· ἃ δὲ ἐβουλεύσαντο αὐτοὶ οὐ λυσιτε-
λοῦντα μόνον, ἀλλὰ καὶ ῥᾷστα καὶ αὐτὸς νομίζειν· διὸ μηδὲ
μέλλειν, ἀλλ' ἔργου ἅπτεσθαι ἤδη ἀναγκαῖον. ἐπεὶ τοίνυν ἐκε-
κύρωτο ἡ βουλὴ, Δρομορᾶν μέν τινα ἐς τὰ μάλιστα φίλον
τῷ Σφραντζῇ, αὐτοῦ δεηθέντος, προσέταξεν ὁ βασιλεὺς, ὡς
ἐπειδὰν ἐμφανῶς ὁ Σφραντζὴς εἰς Συργιάννην ἀποστῇ, κτή-
ματά τε ὅσα πρόσεστι καὶ βοσκήματα καὶ τὴν ἄλλην περιου- D
σίαν δημοσιώσαντα φυλάττειν, ἵνα μὴ ὑπό τινων ἁρπασθέντα

iuncturum. Ubi iam nata consuetudo et familiaritas alterius ad alterum aditus liberos ac securos praestiterit, tum capto articulo, quo Syrgiannem pauci stipabunt (omnino enim talem occasionem saepius futuram) oppressum, et vinctum in castellum aliquod abducturum, ibique, donec venienti imperatori tradat, tuto custoditurum. Facilem autem illius fore custodiam: quippe quem non proprius, sed ex Albanis et Triballis auxiliarius sequatur exercitus: qui pro Syrgiannis capite castello obsidendo vitae aleam experiri neutiquam volent: sed bellicae miseriae immunes, domum cupide repedabunt. Tali arte rem aggrediendam ambobus placuit. Ergo postridie imperator Sphranzen vocat, quid placeat enuntiat: et num ipse quoque id fieri, et utiliter fieri posse arbitretur, exquirit. Respondet, prorsus non haec, sed alia quaedam multum diversa sibi in mentem venisse. Eorum autem consulta non utilia modo, sed etiam effectu expeditissima sibi videri; quare nihil cunctandum, sed opus urgendum. Stabilita hac sententia, Dromorae cuidam, Sphranzi amicissimo, eo petente, imperator hoc munus imposuit, ut postquam Sphranzes palam ad Syrgiannem defecisset, quidquid haberet possessionum, quidquid pecoris, et reliquas facultates proscriberet, easque, ne direptae perderentur,

A. C. 1330 διαφθαρῇ· λόγῳ μὲν ὡς διαφέροντα βασιλεῖ, τῇ δ' ἀληθείᾳ
τῷ φίλῳ Σφραντζῇ τὴν χάριν κατατιθέμενον τῆς φυλακῆς·
αὐτῷ δὲ γράμματα παρασχόμενος βασιλικὰ, ἃ τῶν φρουρίων
Σωσκοῦ τε καὶ Δεύρης καὶ Σταριδόλων καὶ Χλερηνοῦ ἐπέ-
τρεπε τὴν ἀρχὴν, ἐξέπεμπεν ἐκ Διδυμοτείχου κατὰ τάχος·
αὐτὸς δὲ περιμείνας οὐ πολλὰς ἡμέρας, ἀλλ' ὅσας ᾤετο Σφραν-
τζῇ ἀνακωχὴν πρὸς τὴν ἐπιχείρησιν παρέξειν, ἄρας καὶ αὐτὸς
τὴν πρὸς Θεσσαλονίκην ᾔει σχολῇ βαδίζων. Σφραντζῇ δὲ ἐπεὶ
τῆς ἐγκεχειρισμένης ἀρχῆς ἐγκρατὴς ἦν, προσέπεμπεν εὐθὺς
P. 278 τοὺς ἀποστήσοντας ὁ Συργιάννης· ὁ δὲ ὀργῇ τε φέρεσθαι δο-
κῶν πρὸς βασιλέα καὶ αὐτῷ εὔνους εἶναι ἐκ πολλοῦ συνθή-
κας θέμενος καὶ ὅρκους πρὸς αὐτὸν, προσεχώρησεν εὐθέως.
Συργιάννης δὲ ὑπερήσθη τε τῇ πρὸς αὐτὸν ἀποστασίᾳ τοῦ
Σφραντζῇ, καὶ μηδὲν μελλήσας, παραλαβὼν αὐτὸν, ἀφίκετο
πρὸς Κράλην, ἅμα μὲν ἐνδεικνύμενος ὡς τὰ πράγματα αὐτῷ
ἐπὶ τὸ βέλτιον χωροίη, ὡς καὶ τῶν συγκλητικῶν ἤδη βασιλέως
πρὸς αὐτὸν ἀφισταμένων· ἅμα δ' ἵν' ἐφελκύσηται καὶ δι'
αὐτοῦ πρὸς τὸ παρεῖναι καὶ αὐτὸν πανστρατιᾷ καὶ συμμα-
χεῖν. ἐδεδίει γὰρ μὴ, βασιλέως ἐπελθόντος, ἀδύνατος ὢν ἀν-
B θίστασθαι αὐτὸς, διαφθαρῇ καὶ ἀπόληται καταπολεμηθείς·
καὶ ἔπεισέ γε ὑποτιθέμενος· ὡς ἂν ἐλθόντες αὐτοὶ στρατοπε-
δεύσωνται ἐν Θεσσαλονίκῃ, αἱ μήπω προσκεχωρηκυῖαι τῶν
ἑσπερίων πόλεων ἀπογνοῦσαι τὴν ἐκ βασιλέως ἐπικουρίαν,
ὁρῶσαί τε ἤδη αὐτοὺς τὰ ἔμπροσθεν αὐτῶν πολέμῳ κτωμέ-

custodiret: et verbo quidem imperatori eas servaret, re autem vera in amicum Sphranzen huius tutelae gratiam conferret: traditoque diplomate, quo oppidulorum Sosci, Deures, Staridolorum, et Chlereni praefectus declarabatur, Didymoticho eum mature dimisit: ipse post dies paucos, quot Sphranzen velut per inducias ante facinoris aggressionem consumpturum putabat, lento itinere Thessalonicam petiit. Ad Sphranzen praefecturae iam potentem Syrgiannes continuo mittit qui eum ad defectionem sollicitent. Is ira ingenti in imperatorem, et antiqua iam in Syrgiannem benevolentia simulata, sancito foedere, statim se cum illo coniungit. Qua coniunctione Syrgiannes mirum in modum gavisus cum eodem ad Cralem proficiscitur: tum ut ostenderet rem belle procedere, (utpote iam etiam consiliariis imperatoris ad se transeuntibus) tum ut per eum commotus omnibus copiis suis bello interesset. Metuebat siquidem ne superveniente imperatore, cum ad resistendum haud satis valeret, victus cum suis periret. Et persuasit, monuitque, si profecti apud Thessalonicam castrametarentur, occidentales urbes, quae se nondum dedissent, auxilium imperatoris desperantes, cernentesque ipsos Syrgiannem et Cralem ante se positas urbes iam armis domuisse, inter-

νους, αὐτοὶ ἀναπειλημμένοι μέσοι προσχωρήσουσιν εὐθέως. A. C. 1330 καὶ παραλαβόντες αὐτὸν πανστρατιᾷ ἐλθόντες, ἐστρατοπεδεύσαντο παρὰ τὸν Ἄξιον ποταμόν. καὶ ὁ βασιλεὺς διὰ Μακεδονίας μέρος τῆς Ῥωμαίων ἐπαγόμενος στρατιᾶς, (οἱ πλείους γὰρ ἔτι ἐν παρασκευαῖς ἦσαν διὰ τὸ ταχεῖαν γεγενῆσθαι τὴν στρατείαν,) μεταξὺ Θεσσαλονίκης καὶ Ῥεντίνης φρουρίου τι- V. 223 νός, ὃ παρὰ τῇ Βόλβῃ λίμνῃ κεῖται ἐπὶ λόφου ἱδρυμένον, C ἐστρατοπέδευσεν ἐν χωρίῳ τινὶ τῶν Κρητῶν προσαγορευομένῳ, ὅτι στρατιὰ ἐκ Κρήτης αὐτὸ κατῴκουν δι' αἰτίαν τινὰ ἐκ τῆς νήσου ἀναστάντες. ἐκεῖσε δὲ ἐστρατοπεδευμένῳ ἠγγέλλετο ὑπό τινος δρόμῳ πρὸς τὴν ἀγγελίαν ὡρμημένου, ὡς περὶ τὴν Σερμυλίων πόλιν, πάλαι μὲν ᾠκισμένην, νυνὶ δὲ ὑπό τινος ὡς ἔοικε πολέμου κατεσκαμμένην, μεταξὺ Παλλήνης καὶ Ἄθω, ἑξήκοντα προσέσχον νῆες Περσικαί, καὶ τὰ ἐκεῖσε χωρία πορθοῦσιν ἀποβάντες. τὸν μέγαν δὲ δομέστικον μετακαλεσάμενος ὁ βασιλεύς, περὶ τῆς στρατιᾶς ἐπυνθάνετο τῆς ἐκεῖ ἐστρατοπεδευμένης, εἰ ἀρκοῦσα πρὸς τὴν τῶν βαρβάρων δοκοίη συμπλοκήν. ὁ δ' ἔφασκεν, ἀκριβῶς μὲν οὐδὲ αὐτὸς τὸν D ἀριθμὸν εἰδέναι. διὰ γὰρ τὸ ἐγγὺς Θεσσαλονίκης ἤδη γεγενῆσθαι πολὺ προσερρυηκέναι αὐτῇ στρατιᾶς πορισμοῦ τῶν ἐπιτηδείων ἕνεκα· παρῄνει δὲ εἰ καὶ αὐτῷ βέλτιον δοκοίη, τὴν οὖσαν παραλαβόντα στρατιάν, τῆς πρὸς Πέρσας φερούσης ἔχεσθαι ὁδοῦ· ὡς αὐτοῦ τάχιστα ἐκ τῶν παρακειμένων χω-

3. τὸν Ἄξιον. Ad oram MS. τὸν νῦν Βαρδάριον καλούμενον, ἢ μᾶλλον Βιστρίτζα, id est, *quem Bardarium dicunt, seu potius Bistritzam.* Ceterum legitur et Ἀξειός. Vide Gregoram lib. 8. *ED. P.* 13. μεταξὺ Παλλήνης. Ad oram MS. τῆς Κασανδρείας, id est, *quae nunc Cassandria dicitur. ED. P.*

clusas in medio statim se dedituras. Crale igitur cum totis copiis assumpto, iuxta flumen Axium castra ponunt. Imperator per Macedoniam adducens partem exercitus (propter festinatam quippe expeditionem plures adhuc se comparabant) inter Thessalonicam et Rhetiuen castellum quoddam, iuxta Bolben paludem in colle situm, castrametatur, in loco Cretensium appellato, quod illic e Creta insula nescio quam ob causam, pulsi milites habitaverant. Ibi a quodam curriculo ei nuntius perfertur, prope urbem vetustam Sermyliorum, nunc bello ut apparet subversam, inter Pallenen et Atho Persas sexaginta navibus appulsos, agro vastitatem inferre. Advocato igitur magno domestico, de praesenti copia percunctatur, num ad confligendum cum barbaris sufficiat. Negat ille explorate se nosse quanta sit: nam quia Thessalonicae iam appropinquarint, ob facilitatem commeatus frequentes affluxisse. Hortabatur igitur ut, si placeret, viam contra Persas capesseret, quod e locis adiacentibus brevissimo

A. C. 1330 ρίων συλλέξοντος καὶ ἑτέραν ἀρκοῦσαν πρὸς τὸ ἔργον. ἐπείθετο μὲν οὖν ὁ βασιλεὺς εὐθὺς, καὶ τῆς πρὸς Πέρσας εἴχετο ὁδοῦ. ὁ δὲ ὡς μάλιστα ἐνῆν, ὀξέως ἀθροίσας στρατιὰν, συνέμιξε τῷ βασιλεῖ· καὶ μετὰ μέσην ἡμέραν καθ' ἃ οἱ Πέρσαι ἐληΐζοντο ἐγένοντο χωρία. καὶ γενομένης αὐτόθι συμβολῆς ἐπιπολὺ μὲν ἀντέσχον οἱ Πέρσαι διὰ τὸ δυσπρόσοδα εἶναι τὰ χωρία καὶ ὑλώδη ἐφ' ἃ ἐγεγένητο ἡ μάχη· ὅπερ οὐκ ὀλίγον συνεβάλλετο στρατιᾷ τῇ Περσικῇ οὔσῃ πεζῇ. τέλος δὲ
P. 279 κατὰ κράτος νικηθέντες διεφθάρησαν, οἱ μὲν ἁλόντες ζῶντες, οἱ δὲ πεσόντες παρὰ τὴν μάχην· ὅσοι δὲ εἰς τὴν ὕλην ἠδυνήθησαν διαφυγεῖν, ἐς τὴν ὑστεραίαν γενόμενοι παρὰ τὰς ναῦς τὰς ἑαυτῶν, τὰς μὲν λοιπὰς ἁπάσας ἐνέπρησαν πυρί· δύο δὲ πληρώσαντες (μόνοι γὰρ τοσοῦτοι ὑπελείποντο) ἀνεχώρησαν ἐπ' οἶκον. Ῥωμαίων δὲ κατὰ τὴν μάχην ἔπεσον μὲν ὀλίγοι, τραυματίαι δὲ ἐγένοντο καὶ ἄνθρωποι καὶ ἵπποι πλεῖστοι. ἐκεῖθεν δὲ ὁ βασιλεὺς εἰσελθὼν εἰς Θεσσαλονίκην, ηὐλίσατο ἐκεῖ ἐφ' ἱκαναῖς ἡμέραις. Συργιάννης δὲ ἀπὸ τοῦ στρατοπέδου τῶν οἰκείων ἓξ παραλαβὼν καὶ Σφραντζὴν, τριάκοντα
B καὶ αὐτὸν ἐπαγόμενον τῶν οἰκετῶν, εἰς ποταμόν τινα οὐ τῶν ἀεννάων Γαλυκὸν ὠνομασμένον οὐ μακρὰν Θεσσαλονίκης ῥέοντα, ῥαστώνης ἦλθε χάριν καὶ παραψυχῆς. Σφραντζῆς δὲ αὐτὸν μόνον ἤδη ἀναπειλημμένον, καὶ τὸ μὲν συλλαμβάνειν οὐ μάλιστα ὂν εὐχερὲς, (ἐδεδίει γὰρ μὴ αἰσθήσεως γενομένης ἐν τῷ στρατοπέδῳ ἀπόλλωνται διαφθαρέντες) ῥᾷστον δὲ

tempore aliam manum, quanta rei sufficeret, collecturus esset. Paret actutum imperator, in Persas viam molitur. Domesticus quam potest celeriter ad eum milites congregat: ac secundum meridiem ubi in ea ipsa loca devenerunt, quae Persae depopulabantur, commisso proelio hostes diu se defenderunt: propterea quod ea regio propter nemorum densitatem difficiles habebat aditus: id quod Persis, cum essent pedestres, non parum proderat. Tandem vi summa victi, partim ceciderunt, partim capti sunt. Quotquot autem in silvas se abdere potuerunt, postera luce ad naves suas reversi, reliquis inflammatis, duas compleverunt (tot enim de praedonibus illis tantummodo restabant) ac domum properarunt. Romanorum pauci desiderati; plurimi et milites et equi vulnerati. Idem imperator Thessalonicam ingressus, dies ibi complures agitavit. Syrgiannes cum sex de suo exercitu assumptis, et Sphranze, quem et ipsum triginta comitabantur, ad fluvium quemdam non perennem, Galycum vocabulo non procul a Thessalonica, animi levandi accessit. Sphranzes solum iam et interceptum videns, cumque comprehendere, haud esse facile (quod timeret, ne si id in castris sentiretur, cum suis sibi pereundum esset) trucidare autem facillimum, imperatoriae praeceptionis

τὸ ἀποκτείνειν, τῶν βασιλέως παραινέσεων ἀμνημονήσας, τοῖς A.C. 1330 τε αὐτῷ συνοῦσι περὶ τοῦ ἀποκτείνειν Συργιάννην κρύφα διαλεχθεὶς καὶ πείσας, (πρότερόν γὰρ οὐδέπω οὐδενὶ τὴν βουλὴν κατάδηλον ἦν πεποιηκὼς,) ἀποκτείνουσί τε αὐτὸν ἀγνοήσαντα τὴν ἐπιβουλὴν, καὶ φεύγοντες ἧκον εἰς Θεσσαλονίκην. C βασιλεὺς δὲ ἐμέμψατο μὲν Σφραντζὴν τῆς μικροψυχίας· μᾶλλον γὰρ ἠβούλετο δεσμώτην ἀγαγεῖν ζῶντα Συργιάννην ἢ ἀποκτεῖναι· ἐπεὶ δὲ ἀναλῦσαι τὰ γεγενημένα οὐκ ἐνῆν, τὸν μὲν φόνον ἐλογίζετο τῇ ἀνάγκῃ τῇ ἀπὸ τῶν πραγμάτων, αὐτὸν δὲ ἠμείβετο καὶ τοὺς συνόντας τῆς τε εὐψυχίας ἕνεκα καὶ τόλμης, καὶ τοῦ σφᾶς αὐτοὺς προδήλοις κινδύνοις ἐμβαλεῖν ὑπὲρ αὐτοῦ· καὶ Σφραντζὴν μὲν τῇ τοῦ μεγάλου στρατοπεδάρχου τετίμηκεν ἀξίᾳ· προσόδους τε παρέσχεν ἐτησίους ἐκ χωρίων ἀναλόγως,) καὶ τοὺς ἄλλους ἅπαντας ὡς ἕκαστοι. Κράλης δὲ ἐπεὶ ἐπύθετο πεσόντα Συργιάννην, πέμψας μὲν ἤγαγεν αὐτὸν εἰς τὸ στρατόπεδον ἐμπνέοντα ἔτι· ἀποθανόντα δὲ μετὰ μικρὸν ἐ- D θρήνησέ τε ἐφ' ἱκανὸν ὡς ἄνδρα φίλον, καὶ ἔθαψε μεγαλοπρεπῶς. πρεσβείαν δὲ εἰς βασιλέα πέμψας, σπονδὰς ἔθετο V. 224 πρὸς αὐτὸν εἰρηνικὰς καὶ συμμαχίαν, καὶ ἐς τὴν ὑστεραίαν οὐ μακρὰν Θεσσαλονίκης παρὰ τὸν Γαλυκὸν ποταμὸν συγγενόμενοι τῷ βασιλεῖ, ἀνεχώρησαν εἰς τὴν οἰκείαν. πόλεις δὲ ὅσαι πρότερον ἐγένοντο ὑπὸ Συργιάννην, πεσόντος αὐτοῦ, συγγνώμην παρασχομένου βασιλέως καὶ ἀμνηστίαν τῆς ἀποστασίας, προσεχώρησαν ἑκοῦσαι πάλιν. ὑπὸ δὲ τοὺς αὐτοὺς χρό-

immemor, cum satellitibus de nece Syrgianni afferenda secreto colloquitur. Quibus persuasis (nondum enim consilium suum cuiquam aperuerat,) hominem huiusmodi insidiarum prorsus ignarum interficiunt, et Thessalonicam perfugiunt. Imperator Sphranzen ut imbellem castigat: malebat enim vivum et vinctum potius ad se perduci, quam iugulari. Sed quoniam facta infecta nequibant fieri, caedem rerum necessitudini adscribens, ipsi et administris eius ob imperterritam animi fortitudinem, et quod se periculis manifestis pro ipso obiecissent, gratiam rependit. At Sphranzen quidem magni stratopedarchae dignitate condecoravit, reditusque respondentes e certis locis in annos singulos illi destinavit: ceteros quoque, unumquemque pro persona et merito muneravit. Crales Syrgiannem percussum in castra adhuc spirantem deportandum curavit. Paulo post extinctum diu ut amicum deflevit, et splendide funeravit, missisque legatis, foedus et societatem cum imperatore pepigit: et die altero, haud procul a Galyco flumine cum eodem sermone collato, domum rediit. Urbes quotquot sub Syrgianne fuerant, eo caeso, veniam et *ἀμνηστίαν* ab imperatore consecutae, ad illius auctoritatem et obedientiam redierunt. Sub idem tempus etiam Ungrorum princeps,

A. C. 1330 μετὰ τοῦτο Ὀρχάνης μὲν ἐπανέζευξεν εἰς τὴν οἰκείαν, βασι-
P. 274 λεὺς δὲ ἀπόβασιν ποιησάμενος καὶ ἐφ' ἡμέραις ἑπτὰ περὶ τὰ ἐκεῖσε χωρία διατρίψας, (οὔπω γὰρ ἄχρι τότε ταῦτα ἦν ἑωρακώς,) καὶ τὸν σῖτον ὅσος ταῖς ναυσὶν ἐνῆν, Νικομηδεῦσι παρασχὼν, ἅμα παντὶ τῷ στόλῳ εἰς Βυζάντιον ἐπανῆκε· καὶ μηδὲν ἀναβαλλόμενος εὐθὺς τὴν περὶ τοῦ Συργιάννη δίκην ἐποιεῖτο. καὶ Τζαμπλάκων μὲν ὅσα καὶ πρότερον αὖθις κατηγόρει καὶ μάρτυρας παρείχετο τῶν λεγομένων· Συργιάννης δὲ καὶ αὐτὸ μὲν ἐκ τοῦ ὁμοίου παρεισῆγε τοὺς συνεροῦντας αὐτῷ περὶ ὧν ἀπελογεῖτο· ἐδόκει δὲ οὐδὲν προφέρειν ἰσχυρὸν, ἀλλ' ἐπλανᾶτο περὶ τὰς ἀποδείξεις καὶ ἀδύνατος ἐδόκει εἶναι.
B βασιλεὺς μὲν οὖν καὶ οἱ ἄλλοι παρόντες τῶν συγκλητικῶν ἐβασάνιζόν τε τὰ λεγόμενα παρ' ἑκατέρων καὶ ἐπειρῶντο ἀπὸ τῆς συζητήσεως τἀληθῆ ἀνερευνᾷν· ὁ μέγας δομέστικος ἐφθέγγετο οὐδὲν, ἀλλὰ καθῆστο μόνον ἀκροώμενος τῶν λεγομένων. τρὶς δὲ καὶ τετράκις γενομένου συλλόγου περὶ τῶν αὐτῶν, ἐπεὶ ὁ Συργιάννης συνεώρα τὴν νίκην πρὸς Τζαμπλάκωνα χωροῦσαν, ἐδόκει δεῖν διακρούσασθαι τὴν δίκην καὶ ἐδεῖτο βασιλέως προθεσμίαν αὐτῷ ἔτι παρασχεῖν ἐπὶ τῷ μάρτυρας ἑτέρους ἀγαγεῖν, οἳ δυνήσονται αὐτῷ συνάρασθαι πρὸς τὸ διαφυγεῖν τὴν καταδίκην. βασιλεὺς δὲ παρέσχετο προθύμως καὶ
C ὅ,τι ἂν ἕτερον δοκοίη δυνάμενον αὐτῷ ἐπικουρίαν παρασχεῖν τινα μηδὲν ἀναβαλλόμενον κελεύσας ἐκπορίζειν ἑαυτῷ. Τζαμπλάκων δὲ κατεβόα τοῦ δικαστηρίου καὶ δεινὰ ἐποιεῖτο, εἰ

sione facta, et diebus septem locis illis, quae nondum viderat, immoratus, quantum erat in navibus commeatus, Nicomediensibus dilargitus, cum tota classe Byzantium relegit; nihilque procrastinans, de causa Syrgiannis iudex sedit. Et Zamplaco quidem accusationem iterans, testibus praesentibus dicta sua astruebat. Syrgiannes vicissim testes pro se inducebat. At enim nihil solidum afferre, sed ambagibus uti in refutando, deterioremque causam habere visus est. Quare imperator et qui ei aderant in consilio, utriusque partis dicta discutientes inter se disquirendo veritatem indagare conabantur, magno domestico cum silentio, quae dicebantur, audiente. Cum terque quaterque super eodem conveniretur, videretque Syrgiannes victoriam ad Zamplaconem inclinare, ampliandum censuit, rogans imperatorem, sibi diem praefiniret, ad quem alios testes apponeret, quorum opera damnationem effugeret: quod imperator prompte fecit: hortans insuper, ut si quid praeterea putaret auxilio esse posse, id sibi propere pararet. Zamplaco iudicum fidem implorare et indignum ducere, si Syrgiannes testium praetextu evaderet ac supplicio iure infligendo se eximeret, nam diem praestitutum nihil ei adiumenti allaturum; testes enim neque plures, neque meliores habiturum iis,

προφάσει χρώμενος τοῖς μάρτυσι Συργιάννης διαφύγοι τὴν A. C. 1330 ἐπὶ τῇ δίκῃ τιμωρίαν διαδράς. οὐ γὰρ ἄλλο τι δύνασθαι αὐτῷ τὴν προθεσμίαν· μάρτυρας γὰρ αὐτῷ οὔτε πλείους οὔτε βελτίους εἶναι τῶν παρηνεγμένων. ἐδεῖτό τε βασιλέως, εἰ μὴ πλεῖστα βούλοιτο χαρίζεσθαι Συργιάννῃ, δεσμωτηρίῳ ἀμφοτέρους ἐμβληθέντας φρουρεῖσθαι τὴν ἄφιξιν τῶν μαρτύρων περιμένοντας. δίκαια δὲ φάσκοντος βασιλέως τὸν Τζαμπλάκωνα ἀξιοῦν, „Ἀλλ' οὐ καλὸν" εἶπεν ὁ Συργιάννης „εἰκῇ καὶ μάτην εἰργομένους ταλαιπωρεῖσθαι, ἐξὸν ἐγγυητὰς παρασχο- V. 220 μένους ἀμφοτέρους τοῦ μὴ ἀποδρᾶναι ἀναπαύλης ἀπολαύειν, D οἴκοι διατρίβοντας". ὡς δὲ καὶ τοῦτο ἀσφαλείας ἐνέχυρον ἄξιον ἐδόκει εἶναι, τὸν σύλλογον μὲν διέλυσεν ὁ βασιλεύς, τοὺς ἐγγυητὰς δὲ ἐκέλευε παρέχειν τοῖς δικαζομένοις. ἐς τὴν ὑστεραίαν δὲ ὁ Συργιάννης γενόμενος ἐν τῇ τοῦ μεγάλου δομεστίκου οἰκίᾳ „Τὰ μὲν ἐν τῇ Χαλκιδικῇ" ἔφη „εἰρημένα πρὸς ἐμὲ πέρας ἤδη ἔσχεν· ἃ καὶ πρότερον πιστευόμενα, νῦν μᾶλλον ἢ πρότερον ἐπὶ τῶν ἔργων βέβαια ἐφάνη. πρὸς οὐδὲν γὰρ ἐπὶ τῆς δίκης ἐναντία πράττων ἢ φθεγγόμενος ἐμοὶ ἐφάνης· ἔδει δὲ μηδ' οὕτω παντάπασι κινδυνεύοντα ἀβοήθητον καταλιπεῖν. νυνὶ δὲ μάλιστα ἀναγκαίως ἐπικουρίας δεομένῳ μὴ περιϊδεῖν παρακαλῶ· ἀλλ' ἐπὶ τοῖς πρότερον ἡμαρτημένοις συγγνώμην P. 273 παρασχόντα, βοηθεῖν τὰ δυνατά. ᾐτεῖτο τε ἐγγύας παρασχεῖν ὑπὲρ αὐτοῦ, ἄχρις ἂν πέμψας ὧν δέοιτο μάρτυρας ἀγάγοι. ἐπαγγειλαμένου δὲ προθύμως ἃ ᾐτεῖτο ἐκπληρώσειν, ἐκεῖθεν μὲν πολλὰς αὐτῷ χάριτας ἀνεχώρησεν ὁμολογῶν. ἐπιγενομέ-

quos introduxisset. Orabat igitur imperatorem, nisi plurimum Syrgianni gratificari vellet, uti utrumque in custodiam tantisper mitteret, dum testes advenirent. Imperatore Zamplaconis petitionem pro iusta agnoscente, Syrgiannes occurrit, non esse aequum, frustra ac sine causa carcere affligtari, cum ab utroque sponsores exigere liceat, non fugituros, sed interim domi quieturos. Ubi et hoc conveniens securitatis pignus apparuit, imperator reis, ut sponsores darent, imperavit conventumque dimisit. Postridie in aedibus magni domestici Syrgiannes, Quae apud Chalcidicen mihi dicta sunt, inquit, iam evenerunt: quae tametsi prius credita, nunc tamen certiora, utpote re ipsa comprobata evaserunt: quandoquidem in iudicio nihil quidquam pro me aut egisti, aut locutus es, cum ne sic quidem periculis undique circumventum deserere oportuerit. Nunc ut me opis tuae maxime egentem ne abiicias, sed priora delicta ignoscens, quantum potes me adiuves, etiam atque etiam te oro. Contendebat vero ut pro se fideiuberet donec vocati quibus egebat, testes adessent. Promisit magnus domesticus libenter facturum quae peteret; ille singularibus actis gratiis discessit. Ceterum noctu, priusquam satisdaret, Byzantio quam potuit

A. C. 1330 νης δὲ νυκτὸς, ἐκ Βυζαντίου ὡς μάλιστα ἐνῆν λαθὼν πρὶν ἐγγύας παρασχεῖν, εἰς Γαλατᾶν ἐπεραιώθη καὶ κατέκρυψεν ἑαυτὸν ἐν ἀσφαλεῖ. ἐπεὶ δὲ διεθρυλλήθη ἀποδεδρακέναι Συργιάννην, πάντα χρήματα ἐξηρευνᾶτο καὶ ἐζητεῖτο πανταχοῦ· ἀπόρου δὲ ἤδη τῆς εὑρέσεως γινομένης, οἰηθεὶς ὁ βασιλεὺς B ἀμελείᾳ τῶν ζητούντων αὐτὸν διαδιδράσκειν, ἑαυτοῦ αὐτὸς τὴν ζήτησιν ἐποιεῖτο. καὶ παρελθὼν εἰς Γαλατᾶν ἅμα ὅσοις ἔτυχε Ῥωμαίων, ἐπεὶ μηδὲν εἶχον οἱ Λατῖνοι ἀντιλέγειν, τὰς οἰκίας πέμπων διηρευνᾶτο καθ᾿ ἑκάστην· ὁ δ᾿ ἴσα καὶ ᾅδου ὑποδύντι κυνῆν, ἀνεύρητος ἦν. ὅμως δὲ ἐκέκρυπτο ἐν Γαλατᾷ ὑπὸ φαύλου τινὰ οἰκίαν, ἣ διὰ φαυλότητα οὐδὲ ἀνηρευνήθη, καίτοι γε βασιλέως ἐπ᾿ αὐτῆς ἑστῶτος καθ᾿ ὅσον χρόνον αἱ λοιπαὶ διηρευνῶντο. ἐπεὶ δὲ ἀνεχώρησεν ἐκεῖθεν ὁ βασιλεὺς ὡς ἀδύνατον ἀπαγορεύσας τὸ ζητεῖν, ὁ Συργιάννης ἐπιβὰς νεὼς C ἐπ᾿ Εὔβοιαν πλεούσης, ἐκεῖ ἀπεκομίσθη πρῶτον· ἔπειτα ἐκεῖθεν διὰ Λοκρῶν καὶ Ἀκαρνάνων εἰς Ἀλβανοὺς, οἳ περὶ Θετταλίαν οἰκοῦσιν αὐτόνομοι νομάδες, διεσώθη κατὰ φιλίαν παλαιὰν, ἣν πρὸς αὐτοὺς ἦν πεποιημένος, ὅτε τῆς ἑσπέρας ἐστρατήγει· κἀκεῖθεν ἀγωγῶν παρ᾿ αὐτῶν τυχὼν, ἦλθεν εἰς Κράλην ἄρχοντα τῶν Τριβαλῶν φυγάς. καὶ ἐπηγγέλλετο πολλὰ τοῖς Ῥωμαίοις ὑπήκοα αὐτῷ ὑποποιήσειν· Κράλης δὲ ὑπεδέξατο αὐτὸν ἀσμένως, ἅμα μὲν ἱκέτην γεγενημένον, ἅμα δὲ ἐλπίσας δι᾿ αὐτοῦ τὰ Ῥωμαίων πράγματα ὡς μάλιστα κακώσειν. καὶ τά τε ἄλλα φιλοτίμως μάλιστα προσ- D εφέρετο αὐτῷ, καὶ στρατιὰν ὅσης ἐδέετο παρεῖχεν ἐπὶ τῷ τὰς ὑπηκόους τοῖς Ῥωμαίοις πόλεις καταδουλοῦσθαι. καὶ

occultissime Galatam traiiciens, tuto se abscondit. Ubi rumor dissipatus est, Syrgiannem aufugisse, omnibus locis pervestigatis, inquirebatur. Cum angulus nullus restaret ubi amplius quaereretur, ratus imperator indagatorum negligentia elapsum, per semet hominem quaerere instituit, Galatamque cum Romanis obviis profectus, quoniam Latini id recusare non poterant, domos singulas perscrutatum misit. Ille vero quasi Orci galeam subiisset, nusquam inveniebatur. Tamen Galatae in vili casa latitabat atque idcirco ibi non est quaesitus: etsi dum per ceteras domos vestigaretur, ad eam imperator venisset. Simulatque Galata inventione penitus desperata discessit, Syrgiannes conscensa navi, quae Euboeam solvebat, eo primum portatus est. Dein per Locros et Acarnanes ad Albanos (qui circum Thessaliam habitantes, homines agrestes et pastoritii, suis utuntur legibus) pro veteri amicitia, quam adhuc praetor occidentis cum illis iniverat, confugit. Inde viae duces ab ipsis nactus, ad Cralem Triballorum principem profugus venit, cui multa Romanorum oppida acquisiturum recepit. Crales ut supplicem et quia per eum Romanis

ἄλλα τε μάλιστα πολίσματα προσεποιήσατο, καὶ Καστορίαν A.C. 1330
πόλιν μεγάλην κατὰ τὴν Βοτιαίαν ᾠκισμένην. πυθομένῳ δὲ βασιλεῖ ὅσα κατὰ τὴν ἑσπέραν Συργιάννῃ νεωτερισθείη, ἠρεμεῖν οὐκ ἦν, ἀλλ' ἐκ Βυζαντίου εἰς Διδυμότειχον ἐλθὼν, συνέλεγε τὴν στρατιὰν, ὡς εἰς τὴν ἑσπέραν ἐκστρατεύσων.

κέ. Ἀσχολουμένου δὲ αὐτοῦ περὶ τοῦ στρατεύματος τὴν P. 276
συλλογὴν, Σφραντζῆς ὁ Παλαιολόγος τῶν συγκλητικῶν εἷς, V. 221
οὐ πάνυ δὲ τῶν ἐπ' εὐγενείᾳ λαμπρυνομένων, βασιλεῖ νυκτὸς B
προσελθὼν, προσκεκρουκέναι τε ὡμολόγει πολλὰ καὶ δίκης ἄξια, συγγνώμης τε καὶ εὐεργεσίας ἀνθ' ὧν ἔδει τυχεῖν τιμωριῶν. ἀνθ' ὧν βούλεσθαι μὲν καὶ αὐτὸν καὶ προθυμεῖσθαι ἄξιον φανῆναι τῆς εὐεργεσίας καὶ εὐγνώμονα περὶ τὸν οὕτως ἀγαθὸν δεσπότην· καιροῦ δὲ μὴ παρασχόντος, ἀτελῆ μέχρι νῦν καταλείπεσθαι τὴν προθυμίαν· νυνὶ δὲ μάλιστα τῶν πραγμάτων ἐνδιδόντων καὶ δεομένων εὔνων οἰκετῶν καὶ πιστῶν, ἥκειν καὶ αὐτὸν πρὸς τὸν κατὰ Συργιάννῃ πόλεμον διδόντα ὅ,τι βούλοιτο χρῆσθαι βασιλεῖ. ἕτοιμον δὲ εἶναι μὴ C
μόνον πόνοις πολλοῖς καὶ προθυμίᾳ καὶ σπουδῇ, ἀλλὰ καὶ αἵματι τῷ σφετέρῳ ἀλλαττόμενον, καταπράττεσθαι τὰ κατὰ γνώμην βασιλεῖ. βασιλεὺς δὲ „Τῶν μὲν προτέρων ἕνεκα ἁμαρτημάτων" ἔφη „καίτοι γε μεγάλων ὄντων, μηδεμίαν εἶναι δίκαιον παραίτησιν ποιεῖσθαι νῦν, ἐκ πολλοῦ συνεγνωσμένων· εὐνοίας δὲ ἕνεκεν τῆς πρὸς αὐτὸν πράττειν τῶν δεόντων τι καὶ

vehementer nociturum sese sperabat, haud nolens suscepit: et cum cetera honorificentissime illum tractavit, tum exercitum ei ad subiugandas Romanorum urbes attribuit. Ergo et alia oppida, et Castoriam urbem magnam Botiaeae Crali subiecit. Imperator intelligens quas res novas Syrgiannes in occidente machinatus esset, quiete posthabita, Didymotichum abiit illucque exercitum in occidentem ducturus contraxit.

25. Huic rei dum impendit operam, Sphranzes Palaeologus, unus ex optimatibus, non ita conspicuus genere, ad imperatorem nocte adit, multa se in eum piacula admisisse confitetur: pro iis tamen veniam ab eo consecutum et beneficiis auctum. Quocirca se vicissim velle et gestire beneficiis dignum et erga tam bonum dominum non ingratum videri. Quia vero hactenus occasio defuerit, promptam voluntatem hucusque effectu caruisse: quam cum nunc res ipsae porrigant, ministrisque fidelibus ac benevolis indigeant, venire se quoque, suique ad bellum contra Syrgiannem pro arbitrio utendi, imperatori potestatem facere et paratum esse, non solum multis laboribus, idque cum omni alacritate et quam studiosissime, verum etiam cum profusione sanguinis, quod illi placeat, efficere. At imperator, priorum quidem delictorum quamquam grandium, nunc veniam peti non debere; quae iampridem ipse ignoverit. Pro isto autem in se animo cupere vehementissime quippiam in eum officii conferre: quod in

A.C. 1330 *μάλιστα βούλεσθαι οὐ μόνον ὅτι δίκαιον εὔνουν εἶναι καὶ πρόθυμον περὶ αὐτὸν, ἀλλ' ἵνα καὶ μᾶλλον ἐπισπάσηται τιμάς τε παρέχειν καὶ προσηκούσας τὰς εὐεργεσίας· ἃ δὲ νῦν ἔφης εἰς τὸν κατὰ Συργιάννη πόλεμον χρήσιμος ὀφθήσεσθαι*
D *ἡμῖν, βούλεσθαι μαθεῖν ὁποῖ' ἄττα, ὡς ἂν ἐκ τῶν λεγομένων ᾖ διαγινώσκειν, ἄν τε λυσιτελοῦντα τὰ βεβουλευμένα εἴη, ἄν τε μή." Σφραντζῆς δὲ οὐδὲν μὲν ἥκειν ἔφασκεν οἴκοθεν αὐτὸς βεβουλευμένος πλὴν τοῦ προθυμότατον ἑαυτὸν ἐφ' οἷς ἂν κελευσθείη παρασχέσθαι· ἐπ' αὐτῷ δὲ εἶναι ἐφ' ὅ,τι ἂν δοκοίη λυσιτελεῖν σκεψαμένῳ χρῆσθαι. βασιλεὺς δὲ ἐπῄνει αὐτὸν τοῦ βουλεύματος καὶ οἴκαδε ἐκέλευεν ἀναχωρεῖν, ὡς ἐς τὴν ὑστεραίαν ἅττα ἂν δοκοίη βέλτιστα ὑποθησόμενος. τὸν μέγαν δὲ δομέστικον παραλαβὼν, ἐβουλεύοντο ὅπως δέοι τὸν κατὰ τοῦ Συργιάννη πόλεμον διαθέσθαι· ᾤοντο δὲ πρὶν παρασκευασαμένους ἥκειν ἀντιπάλῳ στρατιᾷ οὐ μέμψιν τινὰ δικαίαν εἶναι,*
P. 277 *εἴγε χωρὶς ὅπλων καὶ κινδύνων ἀπάτῃ τὸν πολέμιον συσχόντες δυνήσονται τὸν πόλεμον πρὶν συστῆναι καταλῦσαι. τὰ γὰρ τοιαῦτα κλέμματα καλλίστην δόξαν ἔχειν, ἃ μάλιστ' ἄν τις τὸν πολέμιον ἐξαπατήσας, ἑαυτόν τε καὶ τοὺς ὑπηκόους ὠφελήσειε. διὰ ταῦτα δὴ ἐδόκει Σφραντζῇ τῶν παρακειμένων τῇ Καστορίᾳ πολιχνίων ἐγχειρίζειν τὴν ἀρχὴν, καὶ ἐπειδὰν γένηται ἐκεῖ, Συργιάννην μὲν οὐκ ἀνέξεσθαι εὐθὺς μὴ προσπέμψαι πρὸς αὐτὸν καὶ παρακαλεῖν αὐτῷ προσθέσθαι ἀποστάντα βασιλέως*

talem virum non solum amicum et promptum gerere animum, sed etiam, quo magis eum sibi devinciat, honoribus ac donis congruentibus eius dignitatem amplificare iustum sit. Cupere porro scire, in quibus se modo operam sibi in bello contra Syrgiannem navaturum profiteretur; ut eo indicante, utile necne consilium ceperit, cognosci possit. Tum Sphranzes, haudquaquam per se meditatum venire, nisi ut se quam promptissimum ad imperata praebeat. In ipso situm esse, ubi re circumspecta operae pretium facturum putaverit, ibi potissimum suo labore uti. Imperator de sententia laudatum, redire domum iussit; se die sequenti, quid optimum fore iudicasset, eum edocturum. Post magnum domesticum in consilium de bello adversus Syrgiannem instituendo adhibuit: visumque factum iusta reprehensione cariturum, si priusquam instructo exercitu contrairetur, absque armis et periculo, per dolum aliquem hoste capto et constricto, bellum ante finire possent, quam incipere. Huiusmodi namque furta belli gloriosissima sunt, quibus hoste circumvento, sibi quispiam ac subditis plurimum commodat. Quapropter Sphranzi oppidorum Castoriae vicinorum praefecturam dandam censuerunt. Quo cum venerit, Syrgiannem non temperaturum, quin sine mora mittens, ab imperatore eum ad suas partes transire hortetur. Sphranzem aures praebiturum libenter, et cum illo amicitiam societatemque con-

τὸν δὲ ὑπακούσαντα προθύμως, φιλίαν θέσθαι πρὸς αὐτὸν καὶ A. C. 1330 συμμαχίαν· καὶ ἐπειδὰν γένωνται ἐν συνηθείᾳ καὶ φοιτῶσι V. 222 παρ' ἀλλήλους ἀδεῶς, τότ' ἤδη φυλάξαντα καιρὸν ἐν ᾧ μὴ B μεθ' ἑτέρων ἂν εἴη πολλῶν ὁ Συργιάννης, (πάντως δὲ τοιούτους πολλοὺς εὑρήσειν,) εἰς ἓν τῶν φρουρίων κατασχόντα δῆσαι· φρουρεῖν τε ἀσφαλῶς ἄχρις ἂν ἐλθόντι ἐγχειρίσῃ βασιλεῖ· οἴεσθαι δὲ ἔσεσθαι αὐτοῦ ῥᾳδίαν καὶ τὴν φυλακὴν ἅτε τῆς ἑπομένης στρατιᾶς οὐκ οἰκείας, ἀλλ' ἐξ Ἀλβανῶν καὶ Τριβαλλῶν οὔσης συμμαχίδος, οἳ οὐ βουλήσονται ὑπὲρ Συργιάννη διακινδυνεύειν, τὸ φρούριον πολιορκοῦντες, ἀλλὰ διαλυθήσονται ἐπ' οἴκου, ἄσμενοι τῶν ἐκ τῶν πολέμων κακῶν ἀπηλλαγμένοι. τοιαῦτα μὲν ἐδόκει ἀμφοτέροις ἐπιχειρητέα εἶναι· C καὶ ἐς τὴν ὑστεραίαν τὸν Σφραντζὴν μεταπεμψάμενος ὁ βασιλεὺς, τὰ βεβουλευμένα τε διηγεῖτο, καὶ ἐπυνθάνετο αὐτοῦ, εἰ καὶ αὐτὸς λυσιτελῆ τε καὶ δυνατὰ ἡγοῖτο· ὁ δ' ἔφασκε τοιαῦτα μὲν αὐτὸς οὐδὲ ἐνθυμηθῆναι τὴν ἀρχὴν, ἀλλ' ἕτερ' ἄττα πολλῷ ἀποδέοντα αὐτῶν· ἃ δὲ ἐβουλεύσαντο αὐτοὶ οὐ λυσιτελοῦντα μόνον, ἀλλὰ καὶ ῥᾷστα καὶ αὐτὸς νομίζειν· διὸ μηδὲ μέλλειν, ἀλλ' ἔργου ἅπτεσθαι ἤδη ἀναγκαῖον. ἐπεὶ τοίνυν ἐκεκύρωτο ἡ βουλὴ, Δρομορᾶν μέν τινα ἐς τὰ μάλιστα φίλον τῷ Σφραντζῇ, αὐτοῦ δεηθέντος, προσέταξεν ὁ βασιλεὺς, ὡς ἐπειδὰν ἐμφανῶς ὁ Σφραντζὴς εἰς Συργιάννην ἀποστῇ, κτήματά τε ὅσα πρόσεστι καὶ βοσκήματα καὶ τὴν ἄλλην περιουσίαν D δημοσιώσαντα φυλάττειν, ἵνα μὴ ὑπό τινων ἁρπασθέντα

iuncturum. Ubi iam nata consuetudo et familiaritas alterius ad alterum aditus liberos ac securos praestiterit, tum capto articulo, quo Syrgiannem pauci stipabunt (omnino enim talem occasionem saepius futuram) oppressum, et vinctum in castellum aliquod abducturum, ibique, donec venienti imperatori tradat, tuto custoditurum. Facilem autem illius fore custodiam: quippe quem non proprius, sed ex Albanis et Triballis auxiliarius sequatur exercitus: qui pro Syrgiannis capite castello obsidendo vitae aleam experiri neutiquam volent: sed bellicae miseriae immunes, domum cupide repedabunt. Tali arte rem aggrediendam ambobus placuit. Ergo postridie Imperator Sphranzen vocat, quid placeat enuntiat: et num ipse quoque id fieri, et utiliter fieri posse arbitretur, exquirit. Respondet, prorsus non haec, sed alia quaedam multum diversa sibi in mentem venisse. Eorum autem consulta non utilia modo, sed etiam effectu expeditissima sibi videri; quare nihil cunctandum, sed opus urgendum. Stabilita hac sententia, Dromorae cuidam, Sphranzi amicissimo, eo petente, imperator hoc munus imposuit, ut postquam Sphranzes palam ad Syrgiannem defecisset, quidquid haberet possessionum, quidquid pecoris, et reliquas facultates proscriberet, easque, ne direptae perderentur,

A. C. 1330 διαφθαρῇ· λόγῳ μὲν ὡς διαφέροντα βασιλεῖ, τῇ δ' ἀληθείᾳ τῷ φίλῳ Σφραντζῇ τὴν χάριν κατατιθέμενον τῆς φυλακῆς· αὐτῷ δὲ γράμματα παρασχόμενος βασιλικὰ, ἃ τῶν φρουρίων Σωσκοῦ τε καὶ Δεύρης καὶ Σταριδόλων καὶ Χλερηνοῦ ἐπέτρεπε τὴν ἀρχὴν, ἐξέπεμπεν ἐκ Διδυμοτείχου κατὰ τάχος· αὐτὸς δὲ περιμείνας οὐ πολλὰς ἡμέρας, ἀλλ' ὅσας ᾤετο Σφραντζῇ ἀνακωχὴν πρὸς τὴν ἐπιχείρησιν παρέξειν, ἄρας καὶ αὐτὸς τὴν πρὸς Θεσσαλονίκην ᾔει σχολῇ βαδίζων. Σφραντζῇ δὲ ἐπεὶ τῆς ἐγκεχειρισμένης ἀρχῆς ἐγκρατὴς ἦν, προσέπεμπεν εὐθὺς
P. 278 τοὺς ἀποστήσοντας ὁ Συργιάννης· ὁ δὲ ὀργῇ τε φέρεσθαι δοκῶν πρὸς βασιλέα καὶ αὐτῷ εὔνους εἶναι ἐκ πολλοῦ συνθήκας θέμενος καὶ ὅρκους πρὸς αὐτὸν, προσεχώρησεν εὐθέως. Συργιάννης δὲ ὑπερήσθη τε τῇ πρὸς αὐτὸν ἀποστασίᾳ τοῦ Σφραντζῇ, καὶ μηδὲν μελλήσας, παραλαβὼν αὐτὸν, ἀφίκετο πρὸς Κράλην, ἅμα μὲν ἐνδεικνύμενος ὡς τὰ πράγματα αὐτῷ ἐπὶ τὸ βέλτιον χωροίη, ὡς καὶ τῶν συγκλητικῶν ἤδη βασιλέως πρὸς αὐτὸν ἀφισταμένων· ἅμα δ' ἵν' ἐφελκύσηται καὶ δι' αὐτοῦ πρὸς τὸ παρεῖναι καὶ αὐτὸν πανστρατιᾷ καὶ συμμαχεῖν, ἐδεδίει γὰρ μὴ, βασιλέως ἐπελθόντος, ἀδύνατος ὢν ἀν-
B θίστασθαι αὐτὸς, διαφθαρῇ καὶ ἀπόληται καταπολεμηθείς· καὶ ἔπεισέ γε ὑποτιθέμενος· ὡς ἂν ἐλθόντες αὐτοὶ στρατοπεδεύσωνται ἐν Θεσσαλονίκῃ, αἱ μήπω προσκεχωρηκυῖαι τῶν ἑσπερίων πόλεων ἀπογνοῦσαι τὴν ἐκ βασιλέως ἐπικουρίαν, ὁρῶσαί τε ἤδη αὐτοὺς τὰ ἔμπροσθεν αὐτῶν πολέμῳ κτωμέ-

custodiret: et verbo quidem imperatori eas servaret, re autem vera in amicum Sphranzen huius tutelae gratiam conferret: traditoque diplomate, quo oppidulorum Sosci, Deures, Staridolorum, et Chlereni praefectus declarabatur, Didymoticho eum mature dimisit: ipse post dies paucos, quot Sphranzen velut per inducias ante facinoris aggressionem consumpturum putabat, lento itinere Thessalonicam petiit. Ad Sphranzen praefecturae iam potentem Syrgiannes continuo mittit qui eum ad defectionem sollicitent. Is ira ingenti in imperatorem, et antiqua iam in Syrgiannem benevolentia simulata, sancito foedere, statim se cum illo coniungit. Qua coniunctione Syrgiannes mirum in modum gavisus cum eodem ad Cralem proficiscitur: tum ut ostenderet rem belle procedere, (utpote iam etiam consiliariis imperatoris ad se transeuntibus) tum ut per eum commotus omnibus copiis suis bello interesset. Metuebat siquidem ne superveniente imperatore, cum ad resistendum haud satis valeret, victus cum suis periret. Et persuasit, monuitque, si profecti apud Thessalonicam castrametarentur, occidentales urbes, quae se nondum dedissent, auxilium imperatoris desperantes, cernentesque ipsos Syrgiannem et Cralem ante se positas urbes iam armis domuisse, inter-

νους, αὐτοὶ ἐναπειλημμένοι μέσοι προσχωρήσουσιν εὐθέως. A. C. 1330
καὶ παραλαβόντες αὐτὸν πανστρατιᾷ ἐλθόντες, ἐστρατοπεδεύ-
σαντο παρὰ τὸν Ἄξιον ποταμόν. καὶ ὁ βασιλεὺς διὰ Μακε-
δονίας μέρος τῆς Ῥωμαίων ἐπαγόμενος στρατιᾶς, (οἱ πλείους
γὰρ ἔτι ἐν παρασκευαῖς ἦσαν διὰ τὸ ταχεῖαν γεγενῆσθαι τὴν
στρατείαν,) μεταξὺ Θεσσαλονίκης καὶ Ῥεντίνης φρουρίου τι- V. 223
νὸς, ὃ παρὰ τῇ Βόλβῃ λίμνῃ κεῖται ἐπὶ λόφου ἱδρυμένον, C
ἐστρατοπέδευσεν ἐν χωρίῳ τινὶ τῶν Κρητῶν προσαγορευομέ-
νῳ, ὅτι στρατιὰ ἐκ Κρήτης αὐτὸ κατῴκουν δι' αἰτίαν τινὰ
ἐκ τῆς νήσου ἀναστάντες. ἐκεῖσε δὲ ἐστρατοπεδευμένῳ ἠγγέλ-
λετο ὑπό τινος δρόμῳ πρὸς τὴν ἀγγελίαν ὡρμημένου, ὡς πε-
ρὶ τὴν Σερμυλίων πόλιν, πάλαι μὲν ᾠκισμένην, νυνὶ δὲ ὑπό
τινος ὡς ἔοικε πολέμου κατεσκαμμένην, μεταξὺ Παλλήνης
καὶ Ἄθω, ἑξήκοντα προσέσχον νῆες Περσικαὶ, καὶ τὰ ἐκεῖσε
χωρία πορθοῦσιν ἀποβάντες. τὸν μέγαν δὲ δομέστικον με-
ταχαλεσάμενος ὁ βασιλεὺς, περὶ τῆς στρατιᾶς ἐπυνθάνετο τῆς
ἐκεῖ ἐστρατοπεδευμένης, εἰ ἀρκοῦσα πρὸς τὴν τῶν βαρβάρων
δοκοίη συμπλοκήν. ὁ δ' ἔφασκεν, ἀκριβῶς μὲν οὐδὲ αὐτὸς τὸν D
ἀριθμὸν εἰδέναι. διὰ γὰρ τὸ ἐγγὺς Θεσσαλονίκης ἤδη γεγενῆ-
σθαι πολὺ προσεῤῥυηκέναι αὐτῇ στρατιᾶς πορισμοῦ τῶν ἐπι-
τηδείων ἕνεκα· παρῄνει δὲ εἰ καὶ αὐτῷ βέλτιον δοκοίη, τὴν
οὖσαν παραλαβόντα στρατιὰν, τῆς πρὸς Πέρσας φερούσης
ἔχεσθαι ὁδοῦ· ὡς αὐτοῦ τάχιστα ἐκ τῶν παρακειμένων χω-

3. *τὸν Ἄξιον.* Ad oram MS. *τὸν νῦν Βαρδάριον καλούμενον, ἢ μᾶλλον Βιστρίτζα,* id est, *quem Bardarium dicunt, seu potius Bistritzam.* Ceterum legitur et *Ἀξειός.* Vide Gregoram lib. 8. *ED. P.* 13. *μεταξὺ Παλλήνης.* Ad oram MS. *τῆς Κασανδρείας,* id est, *quae nunc Cassandria dicitur. ED. P.*

clusas in medio statim se dedituras. Crale igitur cum totis copiis assumpto, iuxta flumen Axium castra ponunt. Imperator per Macedoniam adducens partem exercitus (propter festinatam quippe expeditionem plures adhuc se comparabant) inter Thessalonicam et Rhetinen castellum quoddam, iuxta Bolben paludem in colle situm, castrametatur, in loco Cretensium appellato, quod illic e Creta insula nescio quam ob causam, pulsi milites habitaverant. Ibi a quodam curriculo ei nuntius perfertur, prope urbem vetustam Sermyliorum, nunc bello ut apparet subversam, inter Pallenen et Atho Persas sexaginta navibus appulsos, agro vastitatem inferre. Advocato igitur magno domestico, de praesenti copia percunctatur, num ad confligendum cum barbaris sufficiat. Negat ille explorate se nosse quanta sit: nam quia Thessalonicae iam appropinquarint, ob facilitatem commeatus frequentes affluxisse. Hortabatur igitur ut, si placeret, viam contra Persas capesseret, quod e locis adiacentibus brevissimo

A.C. 1331 καὶ ἀπαραίτητος πρὸς τὰς ἀντιδόσεις, πᾶσαν ἐπιδείξασθαι σπουδὴν, ὥστε καὶ αὐτὸν ἐκ τῶν αὐτοῖς διαφερόντων τινὰ κτήσασθαι πολέμῳ. διὰ δὲ τὸ τὰ στρατεύματα ἀμφότερα τῆς V. 226 αὐτῆς ἔχεσθαι θρησκείας· ἄλλως θ' ὅτι καὶ ἡ εἰρήνη παντὸς πολέμου εἶναι δοκεῖ αἱρετωτέρα, μᾶλλον αὐτὴν αἱρεῖσθαι, εἰ τὰ οἰκεῖα μόνον ἀπολήψεται. Ἀλέξανδρος δὲ ἰσχυρίζετο ἀδικεῖν οὐδὲ αὐτός· Ἀγχίαλόν τε γὰρ καὶ τὰ ἄλλα πολίσματα, ἃ ἦν ἀφῃρημένος, οὐ Ῥωμαίοις προσήκειν μᾶλλον ἢ Μυσοῖς. τοῖς γὰρ πρὸ αὐτοῦ βεβασιλευκόσιν ἐξ ἱκανοῦ εἶναι ὑποχείρια τοῦ χρόνου. διὸ καὶ μᾶλλον βασιλέα ἀδικεῖν πρὸς οἷς C ἀφῄρηται ἀπαιτοῦντα καὶ Ἀγχίαλον. βασιλέως δὲ ἀποκριναμένου μὴ δεῖν τὴν ἀδικίαν ἐν δικαιώματος ποιεῖσθαι λόγῳ, μηδὲ ὅτι ἐπὶ χρόνον ἀπεστέρησαν, οἴεσθαι διὰ τοῦτο δίκαιον εἶναι καὶ διηνεκῶς ἀποστερεῖν. τὰς γὰρ τοιαύτας πόλεις οὐ μόνον ἄνωθεν ἐκ παλαιοῦ ὑπηκόους Ῥωμαίοις εἶναι, ἀλλὰ καὶ αὐτῶν τὰς πλείους ὑπ' αὐτῶν τε ἐκτίσθαι καὶ κατῳκίσθαι ἀποικίας πεπομφότων· οὔπω δὲ χθὲς καὶ πρῴην ὑφ' ἑαυτοὺς πεποιῆσθαι Μυσοὺς ἐκ τῶν Σφεντισθλάβου τοῦ βασιλέως χρόνων, ὃς ἦν τὴν αὐτοῦ ἀδελφὴν γεγαμηκὼς, τοῦ πρὸς Κατελάνους καὶ Πέρσας τοῖς Ῥωμαίοις πολέμου κεκινημένου· ὃς πλεῖστα δὴ ἐκάκωσε τὰ πράγματα αὐτοῖς, δι' ὃν οὐδὲ ταῦτα ἀνασώσεσθαι ἠδυνήθησαν ἐξ αὐτῶν. νυνί τε αὐτὸν ἀδικεῖν D οὐδὲν, ἀλλὰ τά τε ὄντα ἔχειν καὶ τὰ ἐλλείποντα ἀπαιτεῖν, ἃ

20. πολέμου. Sub Andronico seniore, de quo bello Gregoras in 7. Obit autem Sphentistlabus, qui Sphendosthlabus, eodem anno, quo in iuniorem Andronicum anathema pronuntiatum est. *ED. P.*

cem foedere firmaturum. Atqui oportuisse, si in rebus suis pertinax et implacabilis esset, nervos omnes ad par pari referendum intendere, et armis sibi vicissim quaedam de illorum rebus vindicare. Quoniam vero utrique eamdem religionis sanctitatem colant, et pax cuilibet bello praeponderet, ipsam se bello huic anteponere: modo sua sibi restituantur. At Alexander, nec se iniuste agere: Anchialum enim ceteraque oppidula, quae adempta sibi quereretur, non Romanis potius quam Moesis deberi: nam regibus antecedentibus perdiu subdita fuisse. Idcirco imperatorem esse iniurium, qui praeter ea quae abstulerit, etiam Anchialum postulet. Tum imperator, iniustitiae non imponendum nomen iustitiae: neque quia ad tempus alios spoliaverint, ideo existimandum licere perpetuo spoliare. Has urbes non solum ex antiquo tempore Romanorum ditione contineri; sed etiam complures earum ab ipsis esse conditas, deductasque colonias. Moesos vix heri et nudius tertius eas sub imperium suum redegisse, a regno Sphentisthlabi sororis suae mariti videlicet, dum Romanis cum Persis, et Catalanis bellum esset, qui rex Romanos vehementer afflixerit: propter quem haec ipsis tum extorquere non

εἰ μὲν εἰρήνης ἐπιθυμοίη ἀποδιδόναι· εἰ δὲ μὴ, ἀλλ' αὐτόν γε A.C. 13[illegible]
μὴ δύνασθαι προΐεσθαι, τρόπῳ δὲ παντὶ πειράσεσθαι διασώζειν
τὴν ἀρχὴν, ὁ Ἀλέξανδρος, (ἐπεὶ ἐγγὺς ἐστρατοπεδεύοντο ἀλ-
λήλων καὶ δι' ἐλαχίστου τὰς ἀποκρίσεις ἐποιοῦντο,) οὐκ ἔφα-
σκε δεῖν περὶ ἀρχῆς τινα διαλεγόμενον ἀποδείξεσι χρῆσθαι
καὶ λόγοις πιθανοῖς, ἀλλ' ὅπλοις καὶ χειρὶ βιαιοτέρᾳ τὰ δί-
καια βραβεύειν. οἷς καὶ αὐτὸν ἐκ τοῦ ὑπερέχοντος χρώμε-
νον νυνὶ, περὶ γῆς ὅρων διαλέγεσθαι ἀσφαλῶς· ἐγὼ δὲ παρε-
χώρησα ἂν καὶ Ἀγχιάλου ἐκ τοῦ ῥᾷστου, εἰ μὴ πολλὴν ἐμοί
τε καὶ στρατιᾷ τὴν ἀτολμίαν καὶ τὴν μέμψιν ἐπῆγε. πρὸς
γὰρ τῷ μὴ ἀντιστῆναι τολμῆσαι, μηδὲ ἐκ παρατάξεως δια- P. 283
γωνίσασθαι ὑμῖν, καίτοι γε ἅπαξ καὶ δὶς πρώτοις ἐπελθοῦσιν,
εἰ καὶ Ἀγχιάλου ἐπ' οὐδεμιᾷ παραχωρήσομεν ἀντιδόσει, σα-
φέστατα δὴ ἐν πᾶσιν ἀνθρώποις ὁμολογήσομεν τὴν ἧτταν.
ἀλλά τινος ἕνεκα αἰσχύνης προκαλύμματος εἰ βούλοιτο Διάμ-
πολιν ἀποδόντα, τὴν Ἀγχίαλον ἀπολαμβάνειν. πάντως δὲ
εἰδέναι ἀκριβῶς, ὡς, ὅ φασι, χάλκεα χρυσείων ἀνταλλάττε-
ται. τούτου δὲ γενομένου, αὐτόν τε ἔχειν ἃ συμβήσεται αἰτεῖ
καὶ αὐτὸν αἰσχύνης ἀπηλλάχθαι, ἶσ' ἀντ' ἴσων δοκοῦντα ἔ-
χειν. βασιλεὺς δ' ἐπεὶ ἐδόκουν οἱ λόγοι προσηνεῖς τε εἶναι
καὶ ἄξιοι παραδέχεσθαι, τοῦτο μὲν Ἀγχιάλου, Διαμπόλεως B
οὐδ' ὅσον εἰπεῖν διαφερούσης, τοῦτο δ' εἴτι καὶ πρόοιτο τῆς
εἰρήνης ἕνεκα, οὐδεμίαν αὐτῷ μέμψιν ἂν οἰηθεὶς ἐπαγαγεῖν·
ἄλλως τε καὶ σιτίων τῇ στρατιᾷ ἐπιλιπόντων, καὶ ἐνδείας οὐ-

potuerint. Nunc se citra cuiusquam iniuriam et sua tenere, et quae suis desunt repetere: quae, si pacem cupiat, restituat: sin minus, se ea non posse relinquere, moturumque omnem lapidem, uti principatum tueatur atque conservet. Alexander (castris erant propinqui, et per minimum intervallum responsabant) non oportere dixit quemquam de imperio litigantem demonstrationibus, et probabilibus conclusionibus, sed ferro et manu fortiore de iure statuere: quibus cum ipse nunc plus satis polleat, de imperiorum finibus secure disserat: se porro et Anchialo non gravate cessurum fuisse, ni ea res et sibi et exercitui magnae timiditatis reprehensionem pareret. Nam si praeter hoc, quod resistere et acie contra certare, quamquam semel iterumque ab ipsis accedentibus provocati, non fuissent ausi, etiam Anchialo absque compensatione cederent, apertissime omnibus mortalibus sese victos ostensuros. Verumtamen pro tegumento quodam dedecoris sui, si velit, traditurum Anchialum, et Diampolin recepturum; quamvis certissimo sciat, se, ut est in proverbio, aurea aereis permutare. Ita futurum, ut et imperator habeat quod petit: et ipse probri expers sit, cum aequalia pro aequalibus possidere videbitur. Imperator, quoniam orationem

A. C. 1331 σης ἤδη λαμπρᾶς τῷ στρατοπέδῳ καὶ δεομένων ἢ διαγωνίζε-
σθαι πρὸς τοὺς πολεμίους, ἢ ἀναχωρεῖν, ὥστε καὶ αὐτὸν
τὴν ἔνδειαν συνορῶντα πολλοῖς τὴν ἐς τὰ οἰκεῖα ἐπιτρέψαι
ἀναχώρησιν, προσεδέξατό τε τὴν πρεσβείαν, καὶ ἐγένοντο αἱ
συνθῆκαι ἐπὶ τούτοις, ὥστε Ῥωμαίους καὶ Μυσοὺς ποιήσα-
σθαι σπονδάς, καὶ μηδὲν ἀλλήλους ἀδικεῖν· ἀλλ' Ἀγχίαλον
C μὲν ἀπολαβεῖν Ῥωμαίους, ἀποδοῦναι δὲ Διάμπολιν, καὶ τοῦ
λοιποῦ εἰρήνην ἄγειν ἔχοντας ἃ ἔχουσιν ἑκατέρους. τοιαῦτα
μὲν ἀμφοτέροις τοῖς βασιλεῦσιν ἐγεγένηντο αἱ σπονδαὶ ἑβδόμῃ
καὶ δεκάτῃ μηνὸς Ἰουλίου ἱσταμένου· καὶ οἱ ἀποληψόμενοι
τὰς πόλεις καὶ τοὺς ὅρκους παρῆσαν ἑκατέροις παρ' ἀλλήλων.

V. 227 κζ. Τῆς αὐτῆς δὲ νυκτὸς καθ' ἣν ἔμελλον εἰς τὴν ὑστε-
D ραίαν τελεσθήσεσθαι οἱ ὅρκοι, ἧκον πρὸς τὸν Ἀλέξανδρον κατὰ
συμμαχίαν στρατιὰ ἀπὸ Σκυθῶν. ἦν γὰρ δὴ αὐτοὺς προσκε-
κλημένος ἐπὶ Μπελαοῦρον τὸν θεῖον, ὃς διαστασιάσας πρὸς
αὐτὸν καὶ μέρος τῆς ἀρχῆς παρασπασάμενος, λυπηρὸς ἦν
καὶ κακῶς ποιῶν τὴν χώραν. νομίσας δὲ εἰς δέον χρήσεσθαι
τῷ καιρῷ, εἰ τούτους ἐξαπατήσας ἐπαγάγοι βασιλεῖ, τὸν
θεῖον ἔλεγεν αὐτοῖς ἐγγὺς παρεῖναι, ᾧ δέον πρὶν αἰσθέσθαι
ἐπελθεῖν· ἐκεῖνον δὲ μηδὲν εἰδότα τῶν γεγενημένων προθύ-
P. 284 μως καταστῆναι εἰς τὸν πόλεμον εἰκός· τούτου δὲ γενομένου,
ἐκεῖνόν τε διαφθαρήσεσθαι ῥᾷστα κρατηθέντα ὑφ' ἡμῶν ὄντων
πολλαπλασιόνων καὶ ἡμᾶς πόνων ἀπαλλάξεσθαι μακρὰν ἀ-

non inhumanam et admittendam censebat; et quia Anchialus Diampoli praestat, quantum dici non potest: deinde quia si quid etiam pacis gratia de suo iure remitteret, non id sibi vitio datum iri opinabatur: cum praesertim et commeatus exercitum defecisset, et luculenta penuria in castris laboraretur, militesque aut cum hoste committi, aut reduci obsecrarent; ut et ipse misericordia impulsus, multis missionem daret, legationi locum reliquit, pacemque in has conditiones fecit: ut Romanis et Moesis foedus esset, ac nihil vicissim iniuriarum inferrent: illi Anchialum reciperent, et pro ea Diampolin reponerent: ac de cetero utrique suum sibi habentes, pacem, concordiamque colerent. His legibus foedus inter reges sexdecim Kalendas Sextiles iunctum est, cum uterque et urbi, et sacramento pro se recipiendis vicarios dedisset.

27. Ea porro nocte, cui dies iurisiurandi illuxit, Scythae Alexandro suppetias venerunt contra patruum Belaurum ab eo invitati, qui seditione concitata, parteque regni ad se avulsa, et reliqua divexanda importunus erat. Existimans autem se ista commoditate opportune usurum, si eos fallacia quadam in imperatorem immitteret, patruum prope adesse dixit, et eum improviso aggrediendum: quem rei totius ignarum, acriter pugnaturum sit verisimile; sed a multo pluribus facillime superatum, et interfectum iri: et ita ipsos a labore

νύειν μέλλοντας ὁδόν. καὶ ἔπεισέ γε τοὺς βαρβάρους μὴ συνι- A. C. 1331 δόντας τὴν ἀπάτην· βασιλεῖ γὰρ οὐκ ἂν ἐπῆλθον, εἴπερ ἔγνωσαν, διὰ τοὺς ὅρκους καὶ τὰς σπονδὰς, οὓς ἦσαν νεωστὶ πρὸς αὐτὸν πεποιημένοι. ἅμα δὲ ὄρθρῳ ὁπλισάμενοι, ἐχώρουν διὰ τῶν στενῶν ἐπὶ Ῥωμαίους. αἰσθόμενοι δὲ οἱ βασιλέως σκοποὶ, (αὐτόθι γὰρ ἦσαν τεταγμένοι,) ἀπήγγελλον τὴν ἔφοδον κατὰ τάχος· καὶ ὁ βασιλεὺς ἐκέλευεν ὁπλίζεσθαι τὴν στρατιάν. ἐπεὶ δὲ ὡπλίσαντο, ἐξῄεσαν τεταγμένοι κατὰ φάλαγγας ἓξ οὔσας πρὸς ταῖς δέκα. ἦρχε δὲ τοῦ μὲν δεξιοῦ κέρως ὁ B πρωτοστράτωρ, τοῦ δὲ ἀριστεροῦ Τζαμπλάκων ὁ μέγας παπίας, τὸ μέσον δὲ αὐτὸς ἐπεῖχεν ὁ βασιλεύς. ἓξ δὲ φάλαγγες τὸ μέτωπον ἐπλήρουν ἅπαν· καὶ μετ' αὐτοὺς ἦσαν αἱ δέκα τεταγμέναι ὡς ἕκαστοι μετὰ τῶν στρατηγῶν. βασιλεὺς δὲ ἠνιᾶτο μὲν ἠπατημένος ὡς πολὺ τῆς στρατιᾶς διὰ τὴν τῶν συνθηκῶν ἐλπίδα ἐπιτρέψας οἴκαδε ἀναχωρεῖν. ὅμως δὲ πρὸς μόνους τοὺς Μυσοὺς τὸν ἀγῶνα ἔσεσθαι νομίζων, ἐπῄει θαῤῥῶν αὐτοῖς. ἀπιοῦσι δὲ ἠκούετο σάλπιγξ ἠχοῦσα Σκυθική. ἠχεῖ γὰρ οὐ κατὰ τὰς ἄλλας, ἀλλ' ἄγριόν τι καὶ ἀπηχὲς, ὁποῖον ἱκανὸν εἶναι τοὺς βαρβάρους ἐρεθίζειν πρὸς θυμόν. διὸ καὶ γνώριμός ἐστι καὶ πόῤῥωθεν ἀκουομένη. νομίσας δὲ ὁ βασιλεὺς οὐ Σκύθας εἶναι, (οὐδὲ γὰρ ἂν ἠθετη- C κέναι τὰς σπονδὰς τὰς πρὸς αὐτὸν,) ἀλλὰ τοὺς πέραν Ἴστρου Γέτας, οἳ ὁμόσκευοι τοῖς Σκύθαις ὡς τὰ πολλά εἰσιν ἱπποτοξόται, κατὰ συμμαχίαν παρόντας πρὸς ἔκπληξιν τῇ Σκυθι-

longi itineris adhuc emetiendi fore liberos. Isto modo barbaris fucum fecit: nam si scissent, propter foedus recenter cum imperatore initum nunquam in eum se intulissent. Die igitur exoriente, armis induti angusto calle in Romanos procedunt. Speculatores ibi collocati celeriter hostium adventum in castra nuntiant. Imperator arma expedire iubet et cum sedecim dispositis phalangibus occurrit. Dextrum cornu protostrator, Zamplaco magnus pappias sinistrum tenebat, medio agmine imperator ipse emicabat. Senae phalanges frontem totam implebant: post eas reliquae decem, singulae cum ducibus suis erant dispositae. Imperator vero delusum se ideo dolebat, quod bonae parti militum propter spem foederis missionem concesserat. Verumtamen cum solis Moesis sibi pugnandum ratus, fidenter in eos gradiebatur. Et ecce dum incedunt, tubam Scythicam exaudiunt, quae non instar aliarum tubarum, sed horridum quiddam et absonum sonat: quale barbaris ad Martem accendendum sufficit. Quare quamvis procul audiatur illud tubae genus, statim agnoscitur. Putans tamen imperator, non esse Scythas (neque enim pacem secum pactam dissolvisse,) sed trans Istrum Getas, qui iisdem quibus Scythae armis utentes, plerique omnes sunt sagittarii, Getas

A. C. 1331 κῇ σάλπιγγι χρῆσθαι, οἷς θαῤῥοῦντα καὶ Ἀλέξανδρον προθύμως πρὸς τὸν πόλεμον χωρεῖν, ἀντεπῄει καὶ αὐτὸς θαῤῥῶν. ἐπεὶ δὲ ἐγγὺς ἀλλήλων ἦσαν ὅσον ὁρᾶσθαι, ὅ,τε ἥλιος τὸν ὁρίζοντα ὑπερβὰς, ἐνεργεστέραν ταῖς ὄψεσι τὴν δύναμιν παρεῖχε, τότ' ἤδη καθαρῶς ἐφαίνετο Σκυθικὴ εἶναι ἡ ἐπιοῦσα στρατιά· οὐ γὰρ ἦσαν τεταγμένοι μετὰ τῶν Μυσῶν, ἀλλ' ἰδίαν αὐτοὶ ἐπεῖχον τάξιν. ἐπεὶ δὲ ἐγγὺς ἦσαν ὅσον ἐμβαλεῖν,
D οἱ Σκύθαι τὸν μὲν βασιλέα μετὰ τῶν προτάκτων παρεξέκλιναν ἐπὶ δὲ τοὺς ἐπιτάκτους ἐχώρουν καὶ ἐτρέψαντο ἀντισχόντας ἐπ' ὀλίγον καὶ τὴν δίωξιν ἐποιήσαντο ἄχρι Ῥωσοκάστρου. ἐκεῖ δὲ συστραφέντες οἱ Ῥωμαῖοι, ἠμύνοντο τοὺς βαρβάρους ἔξω τῶν τειχῶν. βασιλεὺς δὲ ἅμα ταῖς προτεταγμέναις ἓξ φάλαγξι, καίτοι τῶν ὀπίσω τετραμμένων εἰς φυγὴν, οὐδὲν μᾶλλον ὑπεχώρησεν,
V. 228 ἀλλ' ἴῃ κατευθὺ Μυσῶν, καὶ συνέβαλον ὀλίγοι πρὸς πολλαπλασίους. μάχης δὲ καρτερωτάτης ἐφ' ἱκανὸν γεγενημένης, καὶ χειρὸς ἔργα καὶ τόλμης ἄξια πολλὰ τῶν Ῥωμαίων ἐπιδειξαμένων, τέλος ὑπὸ τοῦ πλήθους τῶν Μυσῶν ἐκβιαζόμενοι καὶ ἐν κινδύνῳ ἤδη καθεστῶτες, ὑπεχώρησαν ὀπίσω. βα-
P. 285 σιλεὺς δ' ἅμα τῷ μεγάλῳ δομεστίκῳ καὶ Ἀσάνῃ τῷ Μανουὴλ τῷ τῆς μεγάλου δομεστίκου γυναικὸς ἀδελφῷ, ὃς τῆς βασιλικῆς τάξεως ἦρχε, καὶ ἑτέρους ἄγων πεντήκοντα ἐκ τῶν ἐπιφανῶν λογάδας, πρῶτα μὲν ἐτρέψαντο τοὺς κατ' αὐτούς. ἔπειτα σφοδροῦ προσεῤῥυηκότος τοῦ πολέμου καὶ πολλῶν

inquam, qui Moesis ad auxilium adessent, et ad terrorem incutiendum Scythica tuba clangerent: quorum virtute nixus Alexander hilariter ad certamen prodiret: ipse quoque bona spe plenus contra ingreditur. Postquam inter se conspexerunt, et sol altius supra finitorem elatus, rerum discrimina clarius ostendit, tum liquido apparuit, adventantium agmen Scythas esse: nam Moesis non intermixti, suos ordines obtinebant. Cum iam facienda esset impressio, Scythae imperatorem cum iis qui erant in fronte, paulum declinantes, succenturiatos invadere; quos parum resistentes in fugam dederunt et usque Rhosocastrum fugientibus inhaeserunt. Ibi conversi Romani facto cuneo barbaros a muris abstinuerunt. Imperator licet posteriores fugae se mandassent, cum sex primis phalangibus nihilo magis se abducens, recta in Moesos ibat, confligebantque pauci cum multo pluribus. Cum in longa et acerrima pugna Romani strenue dimicassent multaque virilia facinora edidissent, postremo Moesorum multitudine vehementius instante, et praesenti periculo cogente, retrocesserunt. At imperator cum magno domestico et Manuele Asane fratre uxoris domestici (qui imperatoriam regebat aciem et alios de nobilibus quinquaginta selectos ducebat) primum quidem in se irruentes fugaverunt. Post ingravescente certamine, multis circumfusis, cum testudinem servare amplius nequirent, dispersi quisque ut potuit

περιχυθέντων, οὐκ ἠδυνήθησαν τηρῆσαι τὸν συνασπισμὸν, ἀλ- A. C. 1331
λὰ διαλυθέντες ὡς ἠδύναντο ἕκαστος, ἀνεχώρουν, τῶν δύο μόνων ὑπολελειμμένων βασιλέως καὶ μεγάλου δομεστίκου ἐν ταὐτῷ· κἀκεῖνοι δὲ διαιρεθέντες ἐπ' ὀλίγον, πάλιν τάχιστα εἰς ἓν συνῆλθον, ὡς καὶ τὸν μέγαν δομέστικον εἰπεῖν πρὸς βασιλέα· „καιρὸς εὐψυχίας καὶ τόλμης, ὦ βασιλεῦ· χρῶ B
τοίνυν τῇ χειρὶ, καὶ ἄξια ἔργα ἐπιδείκνυσο σαυτοῦ." τὸν δ' ἀποκρίνασθαι, μηδὲν ὄφελος εἶναι τῆς ἀνδρίας καὶ τῆς τόλμης τῆς αὐτοῦ, τῶν ἄλλων ἁπάντων τετραμμένων εἰς φυγήν. ὅμως βασιλεύς τε καὶ ὅσοι εἰς χεῖρας ἦλθον τοῖς Μυσοῖς, καίτοι καὶ γενομένης τῆς τροπῆς, οὐ νῶτα βάλλεσθαι παρέσχον φεύγοντες ἀμεταστρεπτί· ἀλλ' ἀμυνόμενοι καὶ περισώζοντες ἑαυτοὺς, ἦλθον ἄχρι Ῥωσοκάστρου· ἐκεῖ δὲ τῇ λοιπῇ στρατιᾷ γενόμενοι εἰς ἓν, ἠμύνοντο ὁμοῦ προθύμως πρός τε Σκύθας καὶ Μυσοὺς ἄχρι τρίτης τῆς ἡμέρας ὥρας· μηδὲν δὲ πλέον οἱ βάρβαροι δυνάμενοι ἀνύσαι, (οὐδὲ γὰρ αὐτὸς Ῥωσοκάστρου ἴσχυσαν βιάσασθαι ἐλθεῖν,) διαλυ- C
θέντες, εἰς στρατόπεδον τὸ οἰκεῖον ἐπανῆλθον. ἔπεσον δὲ παρὰ τὴν μάχην καὶ ἐζωγρήθησαν Ῥωμαίων ἀπὸ μὲν τῶν ἱππέων ἑπτὰ καὶ τριάκοντα· ὧν ἦσαν ἓξ τῆς τάξεως τῆς βασιλικῆς· πεζοὶ δὲ πέντε πρὸς τοῖς ἑξήκοντα· καὶ τούτων οἱ πλείους ἢ σύμπαντες σχεδὸν ὑπὸ τῶν Σκυθῶν ἑάλωσαν ἢ ἀπέθανον. ἀπέθανον δὲ καὶ ἀπὸ τῶν Μυσῶν ὀλίγῳ πλείους τῶν Ῥωμαίων. πλὴν ἡ νίκη φανερῶς προσεγένετο τοῖς Μυσοῖς διὰ τὸ μὴ τοὺς Ῥωμαίους ἀντισχεῖν, ἀλλὰ τραπέν-

fugerunt, imperatore et magno domestico simul relictis: qui paulum disiuncti, rursus et celerrime coierunt; ut domesticus imperatorem sic compellaret: Nunc tempus est audendi viriliter: nunc utere dextra imperator, et quae tua persona digna sunt, perpetra. Qui virtutis suae nullum fore fructum respondit; quandoquidem ceteri omnes in fugam se dedissent. Nihilo minus et ipse et quotquot cum Moesis manus contulerant, quamquam fugerent, non tamen sine ulla conversione terga ad vulnera insequentibus praebebant: verum a fronte nihilo minus se tuentes Rhosocastrumque pervenientes, coniuncti cum reliquis, simul contra Scythas atque Moesos usque ad horam tertiam praeliabantur alacriter. Barbari quia nihil agebant (nec enim per vim Rhosocastrum irrumpere poterant) palantes in tentoria sua reverterunt. Ceciderunt captique sunt de Romanis equites quidem septem et triginta, et hi ex turma imperatoria: pedites quini et sexageni, paucis occisis, pene omnes a Scythis capti sunt. E Moesis paulo plures Romanis occubuerunt. Ceterum victoria sine controversia penes Moesos stetit: propterea quod Romani non resistentes, vage et sparsim Rhosocastrum fugerunt. Circa meridiem

A. C. 1331 τας ἀτάκτως εἰς Ῥωσόκαστρον ἐλθεῖν. περὶ δὲ μεσημβρίαν
τῆς αὐτῆς ἡμέρας Ἀλέξανδρος ὁ τῶν Μυσῶν βασιλεὺς τῶν
παρ' αὐτῷ ἐπιφανῶν τὸν Ἰβάνην πέμψας πρὸς βασιλέα πρε-
D σβευτὴν, ἠξίου τὰς γεγενημένας τῇ προτεραίᾳ συνθήκας ἀλύ-
τους μένειν, καὶ πλείονος ἕνεκα φιλίας καὶ ἀσφαλείας τῆς
πρὸς τὰς σπονδὰς τὴν θυγατέρα τὴν αὐτοῦ τῷ υἱῷ ἐκείνου
κατεγγυῆσαι. βασιλεὺς δὲ τὸ μὲν τελεσθῆναι τὰς γεγενημέ-
νας σπονδὰς, καὶ αὐτῷ εἶναι ἀπεκρίνατο κατὰ γνώμην, ἐπεὶ
καὶ πρότερον οὐ πρὸς ἀνάγκην, ἀλλὰ διὰ τὸ λυσιτελεῖν νο-
μίζειν τὴν εἰρήνην γεγενῆσθαι· τὴν δὲ συγγένειαν μὴ βούλε-
σθαι· δόξαι γὰρ ἂν πᾶσι δι' ἀνάγκην ἢ φόβον τοιαῦτα πράτ-
τειν οἷα δὴ νενικημένον ὑπὸ σοῦ· καίτοι τὸ μὲν τραπῆναι
συμβέβηκεν ἡμῖν μόνοις ὑπὸ πλειόνων βιασθεῖσιν. ἀποστερή-
σει δὲ τῶν οἰκείων οὐδὲν διενηνόχαμεν ἀλλήλων. πλείους
γὰρ ἀπεβάλετε ὑμεῖς· ὅμως αὐτοῦ γε ἕνεκα τοῦ ἡσσῆσθαι
δοκεῖν ἡμᾶς οὐ βούλομαι τὴν συγγένειαν ποιήσασθαι νυνὶ,
P. 286 ἀλλ' εἰρήνην μόνον καὶ σπονδάς· ἀναστρέψαντι δὲ εἰς τὴν
οἰκείαν, πρεσβείαν περὶ τῆς ἐπιγαμίας ποιεῖσθαι καὶ σκεψα-
μένῳ ὅ,τι ἂν λυσιτελεῖν δοκοίη καθ' ἡσυχίαν πράττειν. Ἰβά-
νης μὲν οὖν ἐπανῆλθεν ὡς βασιλέα τὸν οἰκεῖον, τὰς ἀποκρίσεις
τοῦ Ῥωμαίων βασιλέως ἄγων· καὶ μετὰ μικρὸν ἐπανῆλθε
πάλιν ἄγων καὶ συμπρεσβευτὴν τὸν Ἀλεξάνδρου τοῦ βασιλέως
θεῖον Συναδηνὸν, τὰ ἴσα πρεσβεύοντα καὶ αὖθις. περί τε
V. 229 τοῦ κήδους πολλὰ διαλεγόμενοι ἐπαγωγὰ, ἐξ ὧν ᾤοντο τὸν βα-
σιλέα πεῖσαι· ὁ βασιλεὺς δὲ τοῖς προτέροις καὶ αὖθις ἐχρῆ-

Alexander Moesorum rex de proceribus suae gentis Ibanen seu Ioannem ad imperatorem legat, et ut foedus pridie susceptum valeat, atque ad amicitiam securitatemque augendam filiam suam ipsius filio despondeat, precatur. Cui imperator, manere foedus sibi quoque non displicere: siquidem et prius non necessitatis, sed utilitatis causa compósitam pacem existimaret: affinitatis coniunctionem in praesentia nolle: neminem enim aliter iudicaturum, quam vel necessitate vel timore, quia ab illo victus sit, conciliatam: etsi non ob aliud fugerint, quam quod pauci pluribus pares esse non potuerint. In amissione autem suorum nullum esse discrimen: imo ipsos plures amisisse. Sed ne victus ab illis habeatur, nolle nunc affinitatem contrahere; pacem dumtaxat et foedus non recusare: ubi domum redierit, legationem super matrimonio missurum: et quod sibi re discussa expedire visum fuerit, in tranquillitate et requie facturum. Ibanes cum hoc responso ad regem suum reversus, paulo post cum socio Alexandri patruo Synadeno rediit. Caput legationis idem quod ante: disseruerunt que de affinitate ista multa probabiliter, quibus se imperatorem flexuros opinabantur. Verum is denuo in

το λόγοις· καὶ τὴν μὲν εἰρήνην ἔφασκεν αἱρεῖσθαι, καὶ θέσθαι A. C. 1331 βούλεσθαι περὶ αὐτῆς σπονδάς· τὴν συγγένειαν δὲ οὐ νυνὶ ποιήσειν, ἀλλ' ἐς ὕστερον ἣν αὐτῷ δοκῇ. ἂν μὲν οὖν καὶ αὐτοῖς B τὰ τοιαῦτα κατὰ γνώμην ᾖ, διαλέγεσθαι περὶ τῶν συνθηκῶν· ἂν δ' ἕτερά τινα διανοῶνται, ἀπελθόντας παρασκευάζεσθαι καθ' ὅ,τι ἂν δοκῇ. οἱ δ' ἐπεὶ ἑώρων βασιλέα ἀμεταστρεπτὶ τῶν ἐξ ἀρχῆς ἐχόμενον λογισμῶν, τὴν μὲν συγγένειαν τὸν αὐτῶν ἔφασαν βασιλέα περὶ πλείστου ποιεῖσθαι· καὶ αὐτοῖς προστεταχέναι περὶ ἐκείνης πᾶσαν ἐπιδείξασθαι σπουδήν· ἂν δὲ μὴ προσχωροίη μηδὲ πείθοιτο ὁ βασιλεύς, τότ' ἤδη τοὺς μὲν περὶ ἐκείνης λόγους εἰς τὸ μέλλον ὑπερθέσθαι ὡς καιρῷ τῷ προσήκοντι γενησομένους· αὐτοὺς δὲ περὶ τῆς εἰρήνης ποιεῖσθαι τὰς συνθήκας. καὶ γενομένων παρ' ἀμφοτέρων C λόγων οὐ πολλῶν, συνέβησάν τε καὶ τὰς σπονδὰς ἐποιήσαντο αὐθήμερον· καὶ ὅρκους ἐποιήσαντο ἐπ' αὐταῖς οἱ βασιλεῖς κατὰ τὸ ἔθος· καὶ τοὺς περιόντας τῶν Ῥωμαίων δοριαλώτους ἔλυσαν ἄνευ λύτρων· οὕτω γὰρ ἦν ἐν ταῖς συνθήκαις εἰρημένον· εἰς τὴν ὑστεραίαν τε γενόμενοι ἐν ταὐτῷ, συνηρίστησάν τε ἀλλήλοις καὶ συνδιέτριψαν διὰ πάσης τῆς ἡμέρας περὶ τῶν γεγενημένων τῇ προτεραίᾳ κατὰ τὴν μάχην ὁμιλοῦντες. ἔκπληξις γὰρ εἶχεν Ἀλέξανδρόν τε καὶ Μυσοὺς τῆς Ῥωμαίων τόλμης καὶ τῆς εὐψυχίας, ὅτι ὀλίγοι πρὸς πολλαπλασίους ἀγωνιζόμενοι, καὶ τῶν μετ' αὐτοὺς τεταγμένων ἡττημένων ἤδη λαμπρῶς, οὐδὲν μᾶλλον ὑφῆκαν τῆς ἀν-

eamdem sententiam respondet, pacem quidem se amplecti eamque foedere interposito confirmaturum: affinitatem autem non modo, sed cum sibi placuerit ingressurum. Si igitur eadem sit illorum voluntas, quaerendum de Scythis, cur illi videlicet pacem ruperint. Sin alia omnia cogitent, eant et se quatenus libuerit comparent. Legati ut imperatorem nihil a primo immutatum animadverterunt, affinitatem eius dixerunt regem ipsorum exoptare summopere sibique imperasse, ut in ea concilianda nullam diligentiam praetermitterent. Sin iret in alia omnia, tum de ea sermonem in aliud tempus opportunius reiicerent: interim pacem foedere sancirent. Paucis utrimque dictis, res convenit eademque die inter reges foedus iureiurando solenni more firmatum, et captivi Romanorum, ut in conditionibus expressum erat, absque pretio dimissi. Diem sequentem totum comprandendo et de pugna pridiana confabulando exegerunt. Alexander et Moesi Romanorum virtutem cum stupore praedicabant, qui non multi cum longe pluribus decertassent: et cum postremum agmen manus plane dedisset, nihil tamen animo fracti, quasi nihil contigisset novi, constantissimo spiritu cum hostibus concurrissent compulsique postea ab instantium catervis, ita

A. C. 1331 δρίας καὶ τῆς τόλμης, ἀλλ' ὥσπερ μηδενὸς καινοῦ γεγονότος, D ἀτρέπτῳ φρονήματι συνέβαλον τοῖς πολεμίοις· καὶ βιασθέντες ὑπὸ τοῦ πλήθους μετὰ ταῦτα ἐπεὶ ἀνεχώρουν, οὐ πρὸς φυγὴν παντάπασιν ἀπεῖδον, ἀλλ' ἠμύνοντο ἀπιόντες, ὅπερ καὶ μάλιστα διέσωσεν αὐτούς. διεβεβαιοῦτό τε Ἀλέξανδρος καὶ ὅρκους προστιθεὶς, ὡς εἰ χρόνον τινὰ ἔτι ἐνέμειναν μικρὸν ἐπὶ τοῦ σχήματος, καὶ μὴ ἐγένετο ἡ τροπὴ, οὐκ ἂν ὑπέμειναν αὐτοὶ, ἀλλ' ᾤχοντο φεύγοντες, ἐκπεπληγμένοι τὴν τόλμαν αὐτῶν καὶ τὴν καρτερίαν καὶ μάλιστα βασιλέως. τοιαῦτα καὶ ἕτερ' ἄττα διὰ πάσης τῆς ἡμέρας ὁμιλήσαντες, πρὸς ἑσπέραν συνταξάμενοι ἀλλήλοις, Ἀλέξανδρος μὲν ἐπανέζευξεν εἰς τὴν οἰκείαν, βασιλεὺς δὲ Ῥωσοκάστρῳ ἡμέρας ἐνδιατρίψας οὐ πολλὰς, ἄρας ἐκεῖθεν ἦλθεν εἰς Διδυμότειχον, καὶ διέλυσε τὴν στρατιάν.

P. 287 κη'. Καὶ μετὰ πεντεκαιδεκάτην ἡμέραν ἠγγέλλετο αὐτῷ ὡς ὁ Σμύρνης καὶ Ἐφέσου καὶ ἄλλων τῶν κατὰ τὴν Ἰωνίαν πόλεων σατράπης Ἀμοὺρ, πέντε ἄγων καὶ ἑβδομήκοντα στόλον νεῶν, τὸν Αἰγαῖον διαβαλὼν Σαμοθράκῃ προσέσχε πρῶτον· κἀκεῖθεν πρὸς τὴν ἀντιπέρας ἤπειρον περαιωθεὶς, τὰ ἐκεῖ παράλια τῆς Θρᾴκης παραπλεῖ, ἄδηλος ὢν ὅποι ἀποβήσεται. αὐτίκα τε ἐκ τῶν παρόντων ὅσους ἐνῆν συναγαγὼν, πρὸς τὰ παράλια ἐχώρει τῆς Θρᾴκης ὡς τῷ Περσικῷ στόλῳ κώλυμα ἐσόμενος τοῦ μὴ ἀποβάντας κακοῦν τὴν χώραν. συμβέβηκε δὲ βασιλέα τε κατὰ τὰ Κουμουτζηνὰ πόλισμα τῆς Θρᾴκης οὐ πολὺ ἀπῳκισμένον τῆς θαλάσσης αὐλίσασθαι τὴν νύκτα, καὶ Ἀμοὺρ κατὰ τὴν Ποροῦν παράλιον τῆς Θρᾴκης

recessissent, ut non fugam spectarent, sed abeuntes se defenderent: quod illis ad salutem sane quam profuisset. Et asseverabat Alexander, sacramento addito, si adhuc aliquantisper in eo statu res durasset, nec fugissent Romani, sustineri non potuisse, sed Moesos eorum virtute ac tolerantia praecipueque imperatoris attonitos, fugam arrepturos fuisse. Haec et alia toto die colloquiis agitantes, ad vesperam inter se valedixerunt. Et Alexander quidem in regnum suum discessit, imperator Rhosocastri diebus aliquot moratus, Didymotichum inde profectus, militem dimisit.

28. Post diem quintumdecimum nuntius venit, Amurium Smyrnae, Ephesi aliarumque urbium Ioniae satrapam cum classe quinque et septuaginta navium Aegaeo pelago transmisso, primum ad Samothracen appulsum, deinde ad oppositam continentem advectum, illic oram Thraciae legere, esseque incertum, ubi descensurus sit. Extemplo igitur cum praesenti copia quanta quanta erat, ad Thraciae littora Persas populatione prohibiturus imperator contendit: quem Cumutzenis oppido non procul a mari pernoctare contigit, et Amurius apud Porum, locum maritimum e regione Cumutzenorum

χώραν καταντικρὺ Κουμουτζηνῶν τὴν ἀπόβασιν ποιήσασθαι· A. C. 1331
ἐξελθόντα τε αὐτὸν πανστρατιᾷ ὡς ἐπὶ λείαν, καὶ βασιλέα ἐπὶ V. 230
τὸ κωλῦσαι προελθεῖν, συντυχεῖν ἀλλήλοις κατά τι χωρίον C
ὠνομασμένον Παναγίαν. ὃ ὕπτιον μὲν ἦν καὶ ὁμαλὸν, καὶ
μάλιστα ἐπικαιρότατον ἱππεῦσι πρὸς πεζοὺς διαγωνίζεσθαι,
καὶ διὰ τοῦτο βασιλεῖ παρεῖχε προθυμίαν συμπλέκεσθαι τοῖς
βαρβάροις. ἀπέτρεπε δὲ αὖθις τὸ πλῆθος τῶν Περσῶν, οὐ τρὶς
καὶ τετράκις, οὐδὲ δεκάκις, ἀλλὰ καὶ πλεονάκις τοσούτων ὄντων ἢ
ὅσους ἦγεν αὐτὸς, καὶ διὰ τοῦτο οὔτε ἀφίστασθαι αὐτῶν ἠ-
δύνατο ὁρῶν οὐκ ἀνέλπιστον τὴν ἐπιχείρησιν αὐτῶν· τό, τε
συμπλέκεσθαι ἐποιεῖτο ἐν δεινῷ, εἰ ὀλίγους ἄγων πρὸς το-
σούτους διακινδυνεύσοι. ἐλπίζων δὲ ἀφίξεσθαι καὶ ἄλλην D
στρατιὰν, ἢ ἣν προστεταγμένη πρὸς αὐτὸν ἐλθεῖν, περιέμενεν
ἐκεῖ, ὡς εἰ ἀφίξοιτο τοῖς βαρβάροις συμβαλών. οὕτω γὰρ
ὅ,τε μέγας δομέστικος καὶ ὁ τούτου πενθερὸς Ἀσάνης συνε-
βούλευεν ἐκεῖ παρών. οἵ τε βάρβαροι τῇ φύσει μὲν τοῦ τόπου
οὐκ ἐθάῤῥουν διὰ τὸ μηδεμίαν εἶναι ἀναχώρησιν πρός τι καρ-
τερὸν, εἰ βιάζοιντο ὑπὸ τῶν ἱππέων· τῷ πλήθει δὲ ὁρῶντες
ἑαυτοὺς ὑπερέχοντας πολὺ τῶν πολεμίων, ἐκαρτέρουν, μήτε
ἄρχοντες αὐτοὶ πολέμου, μήτε ἀναχωροῦντες, ἵνα μὴ θάρσος
παρέχωσι Ῥωμαίοις ἐπιφέρεσθαι αὐτοῖς. οὕτω μὲν οὖν ἀμ-
φότερα τὰ στρατεύματα εἱστήκει ἀλλήλοις ἀντιπαρατεταγμέ-
νοι, γνώμην ἔχοντες ἑκάτεροι μὴ προεπιχειρεῖν, ἀλλ' ἀμύνε-
σθαι τοὺς ἐπιόντας. ἐπεὶ δὲ ἤδη περὶ δείλην ἡ ἡμέρα ἦν,
οἱ βάρβαροι πρότερον Ἑλληνιστὶ πρὸς Ῥωμαίους εἶπον, ὡς P. 288

descendit. Dumque is ad praedas agendas cum omnibus suis, et imperator ad praedones cohibendos procedunt, in loco Panagia appellato sibi occurrunt, regione plana et aequali equitique contra peditem aptissima: id quod imperatori cupiditatem cum barbaris depraeliandi iniiciebat. Sed rursum ab ea mente eorumdem multitudo, non ter, quater, sed decies, imo pluries sua maior, ipsum revocabat. Atque idcirco abscedere non poterat, cum in abscedentes impetum facturos credibile fieret: et confligere haud aequum iudicabat, quod exiguos numero tam multis periculose obiiceret. Aliam vero manum, quam venire iusserat, exspectans, illic manebat: ut ubi ea affuisset, cum barbaris congrederetur: id enim et magnus domesticus et eiusdem domestici socer Asanes illic praesentes suadebant: barbarique naturae loci non fidebant, quod nihil erat munitum, quo se reciperent, si ab equitibus urgerentur. Cum porro se hostibus longe numerosiores viderent, durabant, neque pugnam auspicantes, neque discedentes: ne Romanis in tergis haerendi ansam porrigerent. Sic igitur ambo exercitus sibi stabant oppositi, et utrique mens eadem non prius invadere, sed invadentes repellere. Sole in occasum ver-

A. C. 1331 οὐ δέον ἀργοὺς οὕτω διὰ πάσης ἑστάναι τῆς ἡμέρας· ἀλλ' ἢ
μάχην συνάπτειν, ἢ ἀναχωρεῖν σπονδὰς θεμένους. μηδὲν δὲ
ἀποκριναμένων τῶν Ῥωμαίων, οἱ βάρβαροι μικρὸν διαλι-
πόντες, ἐπυνθάνοντο πάλιν, ὅθεν εἴη τε ἡ στρατιὰ καὶ
τίς ὁ ἐξηγούμενος αὐτῆς. κελεύσαντος δὲ βασιλέως, ἀπεκρί-
ναντο, τὴν μὲν στρατιὰν ἐκ τῶν παρακειμένων πόλεων ἐγχω-
ρίων εἶναι συνειλεγμένην· στρατηγεῖν δὲ αὐτῆς τὸν ἐκ βασι-
λέως ἐπιτετραμμένον τὴν τῶν πόλεων ἡγεμονίαν. αὐτοὶ δὲ
τὸν μὲν στρατηγὸν ἀπεκρίναντο οὐκ ἀγνοεῖν, ἀλλὰ σαφῶς εἰ-
B δέναι ὅστις εἴη· μηνύειν τε αὐτῷ τὸν αὐτῶν σατράπην Ἀ-
μοὺρ, ὡς αὐτοὶ μὲν ἥκοιεν κέρδους ἕνεκα ἐνταῦθα, οἰόμενοι
κώλυμα οὐδὲν ἔσεσθαι αὐτοῖς πρὸς τὴν ὁρμήν. ὑμῶν δὲ ἐμ-
ποδὼν γεγενημένων, διὰ πάσης μὲν ἡμέρας ἑστάναι ἐνταυθοῖ,
ἔργῳ δεικνύντας, ὡς οὐκ ὀῤῥωδοῦμεν τὴν μάχην τὴν πρὸς
ὑμᾶς, ἀλλ' οὕτω παρεσκευάσμεθα, ὡς διαγωνιούμενοι ὑμῖν,
ἂν πρῶτοι ἄρχητε πολέμου· κλινούσης δὲ ἤδη τῆς ἡμέρας, και-
ρὸν εἶναι πρὸς τὰς ναῦς καὶ τὸ στρατόπεδον ἀναχωρεῖν· κἂν
μὲν καὶ ὑμῖν δοκοίη βέλτιον ἀποσχέσθαι μάχης, ἀγαπήσειν
καὶ αὐτοὺς, ἂν δ' ἐθέλητε συμπλέκεσθαι, ἀμυνεῖσθαι καὶ
αὐτοὺς τὰ δυνατά. τοιαῦτα εἰπόντες, ἀναστρέψαντες ᾔεσαν
C τεταγμένοι πρὸς τὰς ναῦς· βασιλεῖ δὲ καὶ τοῖς συνοῦσιν ἀρ-
κεῖν ἐδόκει τὸ φθορᾶς τοσαύτης τὴν χώραν ἀπαλλάττειν καὶ
μὴ διὰ φιλονεικίαν ἑαυτοὺς εἰς κίνδυνον ἐμβάλλειν, ὀλίγους
συμπλεκομένους πρὸς πολλούς. ἀλλ' ἐπεὶ κεναῖς χερσὶν οἱ
βάρβαροι ἀπήλλαξαν καὶ τῶν ἰδίων τινὰς ἀποβαλόντες, (τι-

gente, barbari Romanos Graece compellant, non oportere ita inertes totum diem stare, sed vel manum miscere, vel icto foedere abire. Quibus tacentibus, barbari parvo interiecto spatio rursum percunctantur: unde exercitus, et quis eius ductor. Imperatoris iussu responsum est, indigenam esse, ex oppidis in circuito collectum. Duci autem ab eo quem imperator earumdem urbium praefectum creavisset. Tum illi, ducem se approbe nosse: quem ipsorum satrapa Amurius certiorem faciat, eos illuc sua lucra quaesitum venisse putasseque nihil sibi ad explendum desiderium impedimento fore. Et quoniam ab ipsis impediantur, eapropter ibi totum diem consistentes re docere se illos non timere: sed si velint initium facere, se pugnaturos. Iam autem, quia lucis extremum esset, ad naves et ad castra redeundum. Si ipsis praestare videatur pugna abstinere, idem sensuros; si pugnam velint, pro viribus concertaturos. His dictis composito agmine ad naves recesserunt. Imperatori et comitibus visum sufficere tanta vastitate regionem prohibere: nec per aemulationem dum pauci cum multis dimicant, sese in discrimen coniicere: sed cum barbari vacuis manibus discedant, amicis etiam

νὰς γὰρ αὐτῶν ἀπέκτειναν οἱ Ῥωμαῖοι, περί τι χωρίον ἐσκε- A.C. 1331
δασμένοις ἐντυχόντες,) ἀγαπᾷν καὶ αὐτοὺς ἀναιμωτὶ τὴν νίκην
καρπουμένους. διὸ καὶ ὥσπερ ἀπὸ συνθήκης ἀπέσχοντο τῆς
μάχης. καὶ Ἀμούρπεκις μὲν ταῖς ναυσὶν ἐμβὰς, ἀπέπλει
πρὸς Ἀσίαν· βασιλεὺς δὲ εἰς Διδυμότειχον ἐπανῆκε, καὶ
διήγαγεν ἐνιαυτὸν, μήτε ἀπὸ τῶν ἑσπερίων μήτε τῶν ἑῴων
βαρβάρων πόλεμον μηδένα ἔχων. μετὰ δὲ τοῦτο μηνὶ Φε- D
βρουαρίῳ ἰνδικτιῶνι πέμπτῃ ἐπὶ δέκα, ἔτει τεσσαρακοστῷ ἐπὶ A.C. 1332
ὀκτακοσίοις καὶ ἑξακισχιλίοις, Ἀντώνιος ἐτελεύτησεν ὁ βασι- V. 231
λεὺς, δύο καὶ ἑβδομήκοντα ἔτη γεγονώς. καὶ μετὰ ἥμισυν
καὶ ἕνα ἐνιαυτὸν ἀπὸ τῆς βασιλέως τελευτῆς ἡ Ἀνδρονίκου A.C. 1333
τοῦ βασιλέως μήτηρ βασιλὶς ἡ Ξένη ἐτελεύτησεν. ὑπὸ δὲ τοὺς
αὐτοὺς χρόνους μετὰ μικρὸν καὶ ὁ Θετταλίας δεσπόζων τῆς
ὁμόρου τῇ Βοτιαίᾳ Γαβριηλόπουλος Στέφανος ὁ σεβαστοκράτωρ
ἐτεθνήκει. Θεσσαλονίκης δὲ ἐπιτροπεύων ἐν τῷ τότε ὕπαρχος
ὁ Μονομάχος, συνέσει τε ἀγαθὸς καὶ πράγμασιν εἰδὼς χρῆ-
σθαι, τά τε κατὰ τὰς στρατείας ἐξησκημένος καὶ στρατηγεῖν
ἱκανὸς, συνιδὼν καιρὸν εἶναι ἐπιθέσθαι Θετταλίᾳ, ὡς ἂν
ὑπαγάγοι βασιλεῖ, στρατιὰν ὅσην ἐνῆν ἀθροίσας ἐκ Θεσσαλο-
νίκης, ἐσέβαλεν εἰς αὐτὴν, οὖσαν τεταραγμένην διὰ τὴν τοῦ
δεσπόζοντος τελευτήν. καὶ εἷλε τόν τε Γόλον καὶ Καστρὶν καὶ P. 289

7. In MS. sequentia annotarat quispiam studiosus: τρισκαιδεκάτῃ Φεβρουαρίου περὶ ὥραν ιβ' τῆς νυκτὸς ἐν μοναχῶν σχήματι διαγαγὼν ἐνιαυτοὺς δύο παρ' ὀλίγον, προαπεσβηκὼς καὶ τὰς κόρας ἀπὸ φυσικοῦ τινος πάθους, id est, *decimotertio Februarii circa horam noctis duodecimam (obiit), peractis duobus circiter annis in veste monastica, oculisque morbo quodam ante corruptis.* Vide Gregoram lib. 9. *ED. P.*

de suis aliquot, quos Romani per agros dispersis occurrentes interemerant, ipsos quoque incruenta victoria contentos esse debere. Quocirca tamquam ex foedere a pugna se represserunt: et Amurius Pecis naves conscendens, in Asiam: imperator Didymotichum revertit annoque integro neque ab occidentalibus, neque ab orientalibus bello petitus est. Post haec mense Februario, indictione quintadecima, anno quadragesimo supra sexies millesimum et octingentesimum, Antonius imperator avus diem clausit ultimum, natus annos septuaginta duos. Deinde anno et dimidio post Xena mater Andronici iunioris vitam explevit. Sub idem tempus Thessaliae qua Botiaeae confinis est, despota Gabriel Stephanus sebastocrator mortem obiit. Thessalonicae autem tum praefecturam gerens Monomachus, vir prudentia et usu rerum insignis, in armis exercitatus et dux egregius occasionem Thessaliae invadendae et imperatori subducendae oblatam videns, Thessalonica cum delectu quam maximo in eam principis obitu perturbatam incursavit; eius oppidula Golum,

A. C. 1333 Λυκόστομον πολίσματα αὐτῆς. Σταγοὺς δὲ καὶ Τρίκαλα καὶ Φανάριον καὶ Δαμάσιν καὶ Ἐλασῶνα, ἃ ὑπὸ Γαβριηλόπουλον ἐτέλουν, καὶ ἕτερα φρούριά τινα ὁ τῆς Ἀκαρνανίας ἄρχων ὁ δεσπότης Ἰωάννης ὁ δοὺξ φθάσας παρεστήσατο ὁμολογίᾳ. καὶ κατασχὼν φρουραῖς, ἐπανῆλθεν εἰς Ἀκαρνανίαν. βασιλεὺς δὲ ἐπεὶ ἐπύθετο τὰ κατὰ Θετταλίαν, ἔγνω δεῖν ἐκεῖ παραγενέσθαι. καὶ ὀλίγῳ ὕστερον ἐλθὼν, εἷλε πάντα ὅσα ὑπεποιήσατο ὁ δοὺξ. καὶ τοὺς φρουροὺς ἐκβαλὼν, ἠδίκησεν οὐδέν· ἀλλ' εὖ ποιήσας, ἀπέπεμψεν εἰς τὴν οἰκείαν. B διατρίβοντα δὲ ἐν Θετταλίᾳ βασιλέα οἱ τὰ ὀρεινὰ τῆς Θετταλίας νεμόμενοι Ἀλβανοὶ ἀβασίλευτοι Μαλακάσιοι καὶ Μπουΐοι καὶ Μεσαρίται ἀπὸ τῶν φυλάρχων προσαγορευόμενοι, περὶ δισχιλίους καὶ μυρίους ὄντες, προσεκύνησαν ἐλθόντες καὶ ὑπέσχοντο δουλεύσειν. ἐδεδοίκεσαν γὰρ μὴ, χειμῶνος ἐπελθόντος, διαφθαρῶσιν ὑπὸ τῶν Ῥωμαίων, ἅτε πόλιν οἰκοῦντες οὐδεμίαν, ἀλλ' ὄρεσιν ἐνδιατρίβοντες καὶ χωρίοις δυσπροσόδοις, ὧν ἀναχωροῦντες τοῦ χειμῶνος διὰ τὸ κρύος καὶ τὴν χιόνα, ἄπιστόν τινα ἐν τοῖς ὄρεσιν ἐκείνοις νιφομένην, εὐεπιχείρητοι ἔσεσθαι ἐδόκουν. βασιλεὺς δὲ ἐκεῖθεν ἀναζεύξας ἦλθεν εἰς Θεσσαλονίκην. καὶ μετ' οὐ πολλὰς ἡμέρας πρεσβείαν πρὸς αὐτὸν ὁ Κράλης πεπομφὼς, ἠξίου καθ' C ὃν ἂν δοκοίη τόπον γενομένους ἐν ταὐτῷ φιλίας ἕνεκα, ἀλλήλοις τε συνησθῆναι καὶ ὁμιλίας τῆς ἀλλήλων καὶ συντυχίας ἀπολαῦσαι. ἐπεὶ δὲ καὶ βασιλεῖ τοῦτο ἐδόκει κατὰ γνώ-

11. De his Albanis et aliis inferioribus Chalcocondylas lib. 7. *ED. P.*

Castrin, Lycostomum cepit. Stagos vero, Tricala, Phanarium, Damasin, Elasonem, quae in ditione Gabrielis erant, et alia quaedam castella Acarnaniae despota Ioannes dux antea per deditionem occuparat, iisque praesidio firmatis, in Acarnaniam reverterat. Imperator rerum Thessalicarum nuntiis excitus eo proficiscendum statuit; pauloque post veniens omnia quae dux subegerat recepit eiectosque praesidiarios inoffensos, et recte quidem, domum remisit. Versantem in Thessalia imperatorem, qui montana eius nullo rege incolunt Albani, Malacasii, Bovii et Mesaritae a tribunis sic cognominati, ad duodecim millia, salutatum venerunt et sua eidem obsequia detulerunt: timebant enim ne per hiemem praesentem a Romanis delerentur, utpote urbem nullam habitantes, sed in montosis et inviis victitantes, a quibus per hiberna propter frigus et nives in montibus illis altissimas digressi, facile opprimi se posse arbitrabantur. Imperator inde Thessalonicam repetivit. Brevi intervallo Crales per legatos petit, ut in quo placeret loco, amicitiae, hilaritatis et commercii collocutionumque causa convenirent. Cum idem

μην καὶ ἐπένευε πρὸς τὴν ἀξίωσιν, συνέθεντο μετὰ τῶν A. C. 1333 πρέσβεων ἐν Βαϊμὶ τὴν ἕνωσιν γενέσθαι χωρίῳ Μακεδονικῷ. ὁ Κράλης μὲν οὖν, ἐπεὶ ἐπύθετο τὸ σύνθημα, ἐκ τῆς οἰκείας ὁρμηθεὶς πρὸς τὸ συντεθειμένον χωρίον ᾔει· βασιλεὺς δ' ὥσπερ ἔκπληξίν τινα βουληθεὶς τῷ Κράλῃ ἐμποιῆσαι ἢ μᾶλλον ἀδόλου καὶ καθαρᾶς φιλίας πίστεις παρασχεῖν, τὸ μετὰ παρασκευῆς καὶ ἀντιῤῥόπου στρατιᾶς εἰς τὸν ὡρισμένον τόπον ἐλθεῖν καταλιπὼν, τριακοσίους τῶν ἰδίων ἀπολεξάμενος, D καὶ ἐκ τῶν ἐπιφανῶν τινας ὀλίγους χωρὶς τῶν πρὸς ὑπηρεσίας τεταγμένων, ἔτι περὶ μέσην τὴν οἰκείαν διατρίβοντι τῷ Κράλῃ κατὰ τὸ Ῥαδοβόσδιον προσαγορευόμενον, ἠγγέλλετο ὁ βασιλεὺς ἐξαίφνης προσιών. πρῶτα μὲν οὖν ἐθορυβήθη δείσας τὴν βασιλέως ἔφοδον, μὴ οὐ κατὰ φιλίαν εἴη. ὡς δὲ ἐπύθετο τὸν ἀριθμὸν τῶν ἑπομένων καὶ τὴν γνώμην βασιλέως ἣν ἔχων μετὰ τοσούτων ἥκει, ὑπερηγάσθη τε τὸν βασιλέα τῆς ἀδόλου γνώμης καὶ τῆς πρὸς τοὺς φίλους ἐλευθερίας, καὶ συνήδετο ἑαυτῷ τοιοῦτον κτησαμένῳ φίλον. εἱστίασέ τε αὐτὸν φιλοτίμως μάλα καὶ βασιλικῶς, καὶ παρακατέσχεν ἑαυτῷ ἐφ' ἡμέραις ἑπτά. πολλήν τε ἐπιδειξάμενος φιλοφροσύνην καὶ μετρίως ἐς τὰ μάλιστα καὶ οἷα δεσπότῃ προσενεχθεὶς τῷ βασιλεῖ, μετὰ τὴν ἑβδόμην αὐτὸς μὲν ὑπελείπετο εἰς τὴν οἰκείαν, βασιλέα δὲ χαίρων χαίροντα οἴκαδε P. 290 ἀπέπεμπε. κατὰ ταύτην δὲ τὴν συντυχίαν καὶ μεγάλῳ δομεστίκῳ ἐγένετο πρὸς Κράλην φιλία ἰσχυρὰ πεῖραν ἑαυτοῦ παρασχομένῳ.

optaret imperator, petitioni annuit et cum legatis Baimi castellum Macedoniae elegit. Ita convenisse intelligens Crales, eodem e sua provincia proficisci maturavit. Imperator velut terrefacere Cralem, seu potius germanae ac sincerae amicitiae argumentum exhibere volens, in locum definitum cum apparatu et comitatu se digno venire omittens, delectis trecentis et paucis de nobilitate (praeter ministros et caculas videlicet) adhuc prope in medio regionis, Rhadobosdii repentino adventu suo eum oppressit. Crales huius inexspectati adventus nuntio primum conterritus timuit, ne fide non bona secum ageretur. Ut autem de numero qui sequeretur, et quo fine cum tam paucis advenisset, cognovit, imperatorem de candore et libertate erga amicos magnopere admiratus, sibique de tali amico gratulatus est; epulisque splendide et regaliter acceptum dies septem apud se detinuit, humanissimeque et summa cum summissione ac tamquam dominum suum tractatum, ipse domi manens a se gaudens gaudentem dimisit. In hoc conventu etiam magnus domesticus cum specimen ingenii ac morum suorum praebuisset, firma cum Crale amicitia copulatus est.

A. C. 1333 κθ'. Βασιλεὺς δὲ ἐκεῖθεν εἰς Θεσσαλονίκην ἐλθὼν καὶ V. 232 οὐ πολὺ ἐνδιατρίψας, ἧκεν εἰς Βυζάντιον. καὶ οὐ πολλαῖς B ἡμέραις ὕστερον ἠγγέλλετο, ὡς Δομένικος ὁ Ἀνδρέου τοῦ Κατάνια, ὃς τῆς νέας Φωκαίας ἦρχε, βασιλέως παραδόντος κατὰ χάριν, τοῦ πατρὸς αὐτῷ ἀποθανόντος, κληρονόμος τῆς οὐσίας καταστὰς, (πλούσιος δὲ ἦν,) τοῖς χρήμασι φυσηθεὶς, Λέσβον διανοηθείη Ῥωμαίων ἀφελόμενος, ἰδίαν ἑαυτῷ περιποιήσασθαι ἡγεμονίαν, μίαν καὶ δέκα ἐκ Γεννούας οἰκείοις C χρήμασι πληρώσας τριήρεις καὶ ἐκ Σικελίας μίαν προσεταιρισάμενος Δηλίους τε πείσας πέντε παρασχεῖν, ἀκηρύκτως ἐπέπλευσε Λεσβίοις. καὶ Μιτυληναίους μὲν εἷλε τειχομαχίᾳ, ἀπαρασκεύοις προσπεσὼν καὶ καταπλήξας τῷ ἀπροσδοκήτῳ· ἐκράτησε δὲ καὶ τῶν ἄλλων φρουρίων συμπάντων ὅσα ἦν κατὰ τὴν νῆσον· Ἐρεσσοῦ δὲ καὶ Μηθίμνης ἀπεπείρασαν μὲν, ἥττους δὲ ὀφθέντες τῶν τειχῶν ἀπέσχοντο, καὶ νῦν ταῦτα μόνα τὴν πρὸς βασιλέα εὔνοιαν καὶ δουλείαν ἀποσώζει. τοιαῦτα περὶ Λέσβου πυθόμενος ὁ βασιλεὺς, Λατίνοις μὲν τοῖς κατὰ Γαλατᾶν ἀποίκοις οὖσι Γεννουϊτῶν πολλὴν D ὠνείδισε τὴν πονηρίαν καὶ τὴν νεωτεροποιΐαν, καὶ διεμαρτύρατο ὅτι παρὰ τὰ συγκείμενα Ῥωμαίοις καὶ αὐτῶν τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ οἰκείᾳ χρώμενοι μοχθηρίᾳ καὶ πανουργίᾳ πράττουσιν, ἐξ ὧν οὐ ζημίας μόνον, ἀλλὰ καὶ πόνους καὶ κινδύνους τοῖς Ῥωμαίων βασιλεῦσι προξενοῦσιν. οἷς οὐδὲ αὐτοὶ εἶχον ἀντειπεῖν ὡς δικαίως οὐ κατηγοροῦνται. αὐτὸς

4. Gregorae dicitur *Catanes*. *ED. P.* 14. *Μηθίμνης* scriptum in MS. *ED. P.*

29. Imperator Thessalonicam et paucis diebus Byzantium venit: ubi audit Dominicum Andreae Cataniae filium, qui suo beneficio Phocaeam novam obtinebat, patre divite mortuo hereditatem crevisse; et opibus inflatum, Lesbo Romanis erepta, proprium sibi principatum instituere meditatum. Is Genua undecim triremibus sumptu suo adornatis, e Sicilia una sibi adiuncta et a Deliis quinque impetratis, bello non indicto, Lesbum adnavigabat. Ac Mitylenaeos quidem, utpote imparatos insperatoque casu perterritos expugnavit: et reliqua quotquot erant per insulam oppidula in potestatem redegit. Eressum et Methymnam tentavit ille quidem, sed perspecta suarum imbecillitate virium abstinuit; hodieque haec sola oppida in fide et subiectione imperatoris manent. His itaque de Lesbo ad se perlatis, imperator Galataeis Genuensium colonis improbissimum facinus et rerum novarum molitionem exprobrat: Deum hominesque testes appellans, eos pacta inter Romanos et ipsorum populum ac senatum privata nequitia calliditateque violare: unde non detrimenta solum, sed etiam labores et pericula Romanorum

δὲ ἐν ἡμέραις εἴκοσι ταῖς πάσαις τεττάρων καὶ ὀγδοήκοντα A. C. 1333
νεῶν στόλον ἐξηρτύετο, ὧν ἦσαν αἱ τέτταρες καὶ τετταρά-
κοντα διήρεις καὶ τριήρεις· αἱ λοιπαὶ δὲ μονήρεις ἦσαν.
εἵποντο δὲ καὶ νῆες φορτηγοὶ ἄγουσαί τε στρατιώτας πεζο-
μάχους καὶ σῖτον καὶ τὰ ἄλλα ἐπιτήδεια τῇ στρατιᾷ. καὶ
ἐπεὶ πάντα παρεσκευασμένα ἦν καὶ οὐδὲν ἐνέδει ἔτι, ἄραν-
τες ἐκ Βυζαντίου ἔπλεον ἐπὶ Λέσβον. γενομένοις δὲ αὐτοῖς
κατὰ τὴν Καλλιούπολιν τὴν πρὸς Ἑλλήσποντον, οἱ ἀπὸ τῆς P. 291
Λέσβου τῶν Λατίνων σκοποὶ οἳ παρῆσαν αὐτόθι μακρᾷ νηῒ
ταχυναυτούσῃ, φυλάσσοντες τὴν βασιλέως ἔφοδον, πρότεροι
ἐλθόντες διά τε ταχυτῆτα τῆς νηὸς καὶ τὸ μάλιστα ἐπισπεύ-
δειν τὸν πλοῦν, ἐμήνυον βασιλέως τὸν ἐπίπλουν ὡς οὐ πολὺ
ὕστερον ἐσόμενον. ἐκείνοις δὲ τὸ πλῆθος μὴ εἰδόσι τῶν βα-
σιλικῶν νεῶν, ἐδόκει μαχητέα πρὸς βασιλέα εἶναι· καὶ πα-
ρεσκευάζοντο ὡς ναυμαχήσοντες. οἱ Δήλιοι δὲ ὁρῶντες αὐτοὺς
παρασκευαζομένους, ναυάρχῳ τῷ σφετέρῳ τὴν γνώμην κατά-
δηλον ἐποίουν, φάσκοντες ὡς πᾶσι μᾶλλον ἀνθρώποις ἢ βα- B
σιλεῖ τῷ Ῥωμαίων ὅπλα ἀνταίρειν εἶεν δυνατοί. οὗ δὴ ἕνεκα
καὶ πρὶν καταστῆναι ἐς τὴν μάχην, φανερὰν αὐτῷ τὴν βου-
λὴν ποιεῖν, ὅπως τάχιστα τὰ δέοντα βουλεύσηται καὶ μὴ ἀ-
ναγκασθῇ φεύγειν αἰσχρῶς καὶ ἀγεννῶς, μήτε ὅπλα ἀνταιρόν-
των αὐτῶν μήτε ἀμυνομένων. ὁ δὲ αὐτοὺς μὲν τῆς ἀληθείας V. 233
ἕνεκα ἐπῄνεσε καὶ χάριν ὡμολόγησε πολλήν. Δομενίκῳ δὲ
τῷ παντὸς ἄρχοντι τοῦ στόλου, καὶ τοῖς ἄλλοις ναυάρχοις

imperatoribus creent. Quibus ne ipsi quidem, quasi immerito accusarentur, habebant quod opponerent. Ipse vero totis viginti diebus quatuor et octoginta navium classem instruxit, quarum quatuor et viginti biremes et triremes, ceterae uniremes erant; onerariae item, peditem, commeatum et alia exercitui necessaria portantes sequebantur. Paratis plane omnibus, Byzantio Lesbum solvunt. Ubi Callipolin iuxta Hellespontum delati sunt, praesentes ibidem e Lesbo Latinorum speculatores, longa et celeri nave imperatoris adventu explorato, per eam celeritatem et summam in navigando festinationem primi affuturum nuntiarunt. Genuensibus navium numerum nescientibus, placuit cum imperatoria classe fortunam experiri; iamque se ad nauticum certamen accingebant. Id aspicientes Delii, nauarcho suo sensum suum aperiunt affirmantque, contra quemvis mortalem potius, quam contra Romanorum imperatorem arma ferre posse. Quare ante pugnam se illi voluntatem suam detegere, ut quam primum quae in rem sint decernat, et ne turpiter atque ignaviter cogatur fugere, ipsis nec vim illaturis, nec illatam repulsuris. Nauarchus eos de confessione veri collaudat: gratias magnas agit: ad Dominicum totius classis imperatorem ceterosque Latino-

A.C. 1333 τῶν *Λατίνων* προσελθὼν, οὐκ ἔφασκε δεόντως βεβουλεῦσθαι
πρὶν ἀκριβῶς ἐκμαθεῖν ὁπόσας ἄγοι τριήρεις ὁ βασιλεὺς,
ἀπερισκέπτως πρὸς τὴν ναυμαχίαν οὕτω καὶ θρασέως χωρεῖν.
C ἐὰν γὰρ συμβαίη ἡττηθῆναι, οὐδὲν ἄλλο λείπεται ἢ παντά-
πασι διαφθαρῆναι, πάντων τῶν ἐνθάδε πολεμίων ὄντων καὶ
συνεπιθησομένων. οὗ δὴ ἕνεκα ἐχρῆν πρότερον τὴν δύναμιν
βασιλέως ἐρευνᾷν ὁπόσην ἄγει. κἂν μὲν οἷοί τε ἦτε διαναυ-
μαχεῖν, ἂν δὲ μὴ, καταφυγήν τινα ὅπη σωθήσεσθε ζητεῖν.
ἐγὼ δὲ προθύμως μὲν ἂν πρὸς τὴν ναυμαχίαν συνηγωνισά-
μην παρὼν ὑμῖν· *Δηλίους* δὲ οὐδέν ἐστι τὸ πεῖσον ὅπλα
ἀνταίρειν βασιλεῖ, ἀλλὰ πάντα μᾶλλον αἱρετέα, ἢ πρὸς βα-
σιλέα αὐτοῖς πολεμητέα εἶναι λέγουσι. βιάζεσθαι μὲν οὖν
D οὐκ ἔξεστιν αὐτοὺς πάντας ἐπίσης τὴν ὁμοίαν γνώμην ἔχον-
τας. ἔδοξε δέ μοι βέλτιον σκεψαμένῳ, πρὶν βασιλέα ἥκειν,
ἀναχωρεῖν. ἐὰν γὰρ ὀφθέντος φεύγωμεν, αἰσχύνην οὐ τὴν
τυχοῦσαν προστριψόμεθα *Σπιταλιώταις*. μελήσει δὲ ὑμῖν
ὅπως ἂν βέλτιστα διάθησθε τὰ καθ' αὐτούς. ὁ μὲν οὖν τῶν
Δηλίων ναύαρχος τοιαῦτα εἰπὼν καὶ συνταξάμενος αὐτοῖς,
ἀπέπλευσεν εἰς *Δῆλον*. *Δομενίκῳ* δὲ καὶ τοῖς ἄλλοις τοῖς
ὑπολειφθεῖσιν οὐκέτι ἐδόκει ναυμαχεῖν· ἀλλὰ πέντε μὲν
τῶν τριήρεων ἔπεμψαν εἰς *Καλλονὴν* φρούριόν τι κατὰ τὴν
Λέσβον ἐπὶ τῷ σῖτόν τε εἰσαγαγεῖν καὶ φρουράν· ἐδεδίεσαν
γὰρ περὶ αὐτοῦ μὴ ὑπὸ βασιλέως ἐξ ἐπιδρομῆς ἁλῷ· αὐταὶ

rum nauarchos accedit; non eos bonum cepisse consilium dicit, priusquam exacte didicerint, cum quot triremibus Romanus adveniat, ita improvide confidenterque navale cum ipso praelium committere. Nam si vinci contigerit, nihil superesse, quam disperire funditus: cum omnes qui in insula sint, ipsorum hostes sint unaque cum Romanis ad eorum exitium incubituri videantur. Quare imperatoris vires et potentiam prius indagandam: et si se contra non infirmos sentiant, tum demum confligendum: sin minus, salutis aliquod perfugium quaerendum. Quod ad me attinet, inquit, cupide vobiscum ad hanc navalem pugnam aggrederer: Delios autem, ut imperatori armis resistant, nemo adducet: qui citius omnia sibi perpetienda, quam adversus eum pugnandum testantur. Cogere igitur illos fas non est, quando ex aequo omnes ita sentiunt. Mihi porro re considerata conducibilius apparet, antequam adsit imperator, recedere. Si enim ante eius conspectum fugerimus, non qualemcumque labem Hospitalensibus inuremus. Vobis curae erit, ut illis optime consulatur. Haec postquam dicta dedit, eos valere iussit ac Delum cucurrit. Dominico ceterisque ducibus non amplius fuit sententia navibus decertare; sed triremes quinas quidem in castellum quoddam Lesbi, Callonem vocabulo, ad commeatum et praesidium importandum mittunt, quod ab imperatore per incursionem captum

δὲ ταῖς λοιπαῖς ἐφρούρουν Μιτυλήνην. βασιλεὺς δὲ ἅμα A.C. 1333
παντὶ τῷ στόλῳ ἦλθεν εἰς Ἐρεσσόν· ἐπαινέσας δὲ Ἐρεσσίους P. 292
τῆς εἰς αὐτὸν εὐνοίας ἕνεκα, καὶ προνοίας ὅσης ἐδέοντο ἀξιώσας, ἄρας ἐκεῖθεν ἔπλει ἐπὶ Χίον. ἀπὸ σκοπιᾶς δέ τις μεγαβοῶν ἐπυνθάνετο περὶ στόλου ὅτων εἴη. ἀποκριναμένων δὲ, ὡς εἴη βασιλέως, αὐτός τε πάρεστιν ὁ βασιλεύς. „αἱ δὲ ἐν τῷ κόλπῳ τῆς Καλλονῆς" ἔφη „τριήρεις τίνος;" ἐκ τοῦ λόγου δὲ συνεὶς ὁ βασιλεὺς ἐκ τῶν εἰς Μιτυλήνην οὐσῶν εἶναι φρουρούσας Καλλονὴν, ἀναστρέψας ἤλαυνεν ἐπ' ἐκείνους. ἤδη δὲ ἐπελάβετο ἡ νύξ. Λατῖνοι δὲ ὡς εἶδον βασιλέα προσελαύνοντα, τό,τε φεύγειν ἄπορον ὁρῶντες, καὶ τὸ διαγωνίζεσθαι ἀδύνατον, ἐξῶσαν εἰς τὴν γῆν τὰς ναῦς, καὶ αὐτοὶ κατε- B
κρύβησαν ὑπὸ τὴν ὕλην, συνηρεφοῦς τοῦ τόπου πεφυκότος, ἅμα δὲ συνεργοῦντος καὶ τοῦ σκότους. καὶ τὰς μὲν τριήρεις εἵλκυσαν κενὰς οἱ βασιλικοί. ἀποβάντες τε καὶ διερευνησάμενοι τὴν λόχμην, ὑπὲρ ἡμίσεις αὐτῶν τοὺς μὲν ἀπέκτειναν, τοὺς δὲ καὶ εἷλον ζῶντας. ὅσοι δὲ ὑπὸ σκότος ἠδυνήθησαν διαφυγεῖν, εἰς Μιτυλήνην διεσώθησαν πρὸς τοὺς οἰκείους. βασιλεὺς δὲ ἐκεῖ πιγκέρνην τὸν Φιλανθρωπηνὸν καταλιπὼν ἅμα στρατιᾷ πεζῇ τε καὶ ἱππικῇ τὴν Μιτυλήνην πολιορκεῖν, ἀπέπλευσεν εἰς Φώκαιαν, ἧς ἦρχε τῷ τότε Ντουνάρδος. οἱ μὲν οὖν εἰς Λέσβον καταλειφθέντες τὰ μὲν λοιπὰ φρούρια πάντα παρεστήσαντο ὁμολογίᾳ, Μιτυλή- C
νην δὲ ναυσί τε καὶ πεζῷ περικαθήμενοι ἐπολιόρκουν. βασι-

iri metuebant: ipsi cum reliquis Mitylenen tuebantur. Imperator cum tota classe Eressum tenens, civium erga se studium commendavit et eorum rebus pro necessitate prospexit: inde Chium navigavit. E specula porro quidam altum vociferans quaesivit, cuiusnam classis esset: responsum, imperatoris esse et eum praesentem adesse. At enim quae in sinu Callones sunt triremes, inquit, cuius sunt? E quibus verbis colligens imperator de iis esse, quae apud Mitylenen erant, ad Callonem tuendam missae videlicet, reversus in ipsas ferebatur. Iam nox rebus incubuerat, cum Latini illi imperatorem allabi cognoscentes, quia fuga nusquam patebat, et contra pugnare non dabatur, naves ad terram appellunt, et ipsi se in silva proxima, loco natura umbroso et opaco, tenebris etiam eos adiuvantibus, abscondunt. Ac triremes quidem vacuas Romani trahentes descendunt locaque insidiosa perscrutati, supra dimidium eorum partim trucidant, partim capiunt. Qui per tenebras effugere potuerunt, Mitylenen ad suos salvi pervenerunt. Imperator, pincerna Philanthropeno ad Mitylenen pedestri et equestri manu obsidendam relicto, Phocaeam cursum intendit, cui tunc Dunardus sive Odoardus praeerat. In Lesbo igitur relicti oppida cetera ad unum in deditionem reci-

A. C. 1333 λεὺς δὲ πρεσβείαν πρὸς Σαρχάνην πέμψας, ὃς ἦρχε τῆς ἔσω τῆς κατὰ τὴν Φώκαιαν, σπονδὰς ἔθετο πρὸς αὐτὸν καὶ συμμαχίαν, ὥστε Σαρχάνην μὲν ἐπικουρίαν βασιλεῖ παρασχεῖν πεζήν τε καὶ ναυτικὴν πρὸς τὴν τῆς Φωκαίας καὶ Μιτυλήνης
V. 234 πολιορκίαν, βασιλέα δὲ τὸν παῖδα Σαρχάνη Σουλιμὰν καὶ τοὺς λοιποὺς παῖδας τῶν Περσῶν, οἳ κατὰ Φώκαιαν ἐν προσχήματι ὁμήρων ἐφρουροῦντο, ἐλευθεροῦν. οἱ γὰρ εἰς Φώκαιαν ἐκ Γεννούας Λατῖνοι δόλῳ Σουλιμὰν τὸν παῖδα Σαρ-
D χάνη καὶ τέτταρας καὶ εἴκοσιν ἑτέρους τῶν παρὰ Πέρσαις εὐγενῶν κρατήσαντες παῖδας, ἔφασαν οὐκ ἐπὶ δουλείᾳ κεκρατηκέναι, ἀλλ' ὥστε ὁμήρους ἔχειν βεβαίας ἕνεκα εἰρήνης. Σαρχάνης δὲ μὴ ἔχων ὅ,τι δρᾷν, ἠσπάζετο καὶ ἄκων τὴν εἰρήνην διὰ τὸ πρὸς τοὺς παῖδας φίλτρον. τότε δὲ ἐπαγγειλαμένου βασιλέως ἐλευθεροῦν, ἂν συναγωνίσηται προθύμως πρὸς τὸν πόλεμον τὸν κατὰ τῶν Λατίνων, ἐλπίδι τῆς τῶν παίδων ἐλευθερίας συνήρατο πρὸς τὸν πόλεμον τῷ βασιλεῖ, καὶ εἰς Φώκαιαν καὶ αὐτὸς ἐλθὼν ἅμα στρατιᾷ πεζῇ τε καὶ ἱππικῇ, προσεκύνησέ τε καὶ ἠσπάσατο βασιλέα, καὶ συνδιῆγεν αὐτῷ Φώκαιαν πολιορκῶν. παρεῖχέ τε ἄφθονον ἀγορὰν τῇ βασιλέως στρατιᾷ, ταῖς ὑπ' αὐτὸν κελεύσας πόλεσι καὶ χώραις τὰ ἐπι-
P. 293 τήδεια εἰς Φώκαιαν κομίζειν. πέμπτος μὲν οὖν ἠνύετο μὴν Φωκαέων καὶ Μιτυληναίων πολιορκουμένων, μάλιστα δὲ κατὰ τὴν Φώκαιαν συχναί τε καὶ καρτεραὶ ἐγίνοντο τειχομαχίαι καὶ

1. *Σαρχάνην.* Fuit hic satrapes Turca, cui obtigerunt, quae a Philadelphia et Antiochia Maeandri usque ad Smyrnam et maritimam Ioniae oram patent. Gregoras lib. 7. ineunte. *ED. P.*

piunt: Mitylene terra marique obsidetur. Imperator missis legatis ad Sarchanem orienti circum Phocaeam imperantem, foedus et societatem cum eo pepigit, ut ipse pedestri et navali subsidio se ad Phocaeam et Mitylenen obsidendas adiuvaret: imperator vicissim Sulimanum Sarchanis et reliquos Persarum filios, qui nomine obsidum apud Phocaeam tenerentur, libertate donaret. Nam qui erant Phocaeae Genuates, cum Sulimanum atque alios quatuor et viginti nobilium Persarum filios dolo cepissent, non se illos servitutis causa, sed ut pacis obsides haberent, cepisse aiebant. Sarchanes cum aliud non posset, ingratis pacem accepit propter caritatem filiorum videlicet. Cum autem imperatoris promissio de libertate illis reddenda accederet, si se in bello contra Latinos prompte adiuvaret, spe libertatis id fecit, ac Phocaeam per se cum pedestri et equestri copia veniens, imperatorem venerabundus salutavit et cum eo urbem obsedit: subiectisque sibi urbibus et locis mandans, ut cibaria Phocaeam adveherent, imperatoris exercitui forum uberrimum praebuit. Iam quintum mensem Phocaeensium ac Mitylenaeorum obsidio

ἑλεπόλεις προσήγοντο καὶ ἄλλαι μηχαναὶ πρὸς ἅλωσιν πόλεων A. C. 1334 ἐξευρημέναι. ἐκπολιορκῆσαι δὲ οὐκ ἠδύναντο αὐτοὺς διά τε καρτερότητα τειχῶν καὶ τὸ εὐρώστως ἀμύνεσθαι Λατίνους καὶ μὴ ἐνδιδόναι. μηκυνομένης δὲ τῆς πολιορκίας ἐπὶ πλέον, ἐπεὶ ὅ,τε σῖτος αὐτοῖς ἐνέδει ἤδη, καὶ τὴν πολιορκίαν ὑπώπτευον οὐ ταχέως λύσειν βασιλέα πρὶν ἢ λιμῷ ἢ τειχομαχίᾳ παραστήσεται αὐτοὺς, μηχανώμενοι τὸ ἐπὶ πλείονα χρόνον ἀντισχήσειν, τοὺς μὲν Ῥωμαίους ὅσοι Φώκαιαν κατῴκουν ἐξήλασαν B πανοικεσίᾳ, αὐτοὶ δὲ τὸν σῖτον καὶ ὅσα ἕτερα ἦν ἐπιτήδεια συναγαγόντες, εἰσήγαγον εἰς τὴν ἀκρόπολιν, ἣν αὐτοὶ ἐφρούρουν, καὶ χρώμενοι αὐτοῖς ὑπέμενον τὴν πολιορκίαν. διατρίβοντί τε κατὰ τὴν Φώκαιαν βασιλεῖ οἱ τοῦ Ἀϊτίνη παῖδες, ὃς ἦν σατράπης Ἰωνίας, Χετὴρ καὶ Ἀμοὺρ, ὃν φθάσαντες πρότερον εἰρήκαμεν στόλῳ καταπεπλευκέναι εἰς Θρᾴκην, καὶ τρίτος Σουλαϊμάσας ὠνομασμένος, προσῆλθόν τε κατὰ φιλίαν καὶ προσεκύνησαν καὶ ἐπηγγείλαντο εὔνοι ἔσεσθαι καὶ φίλοι βασιλεῖ, βασιλεύς τε αὐτοὺς τῆς εὐνοίας ἕνεκα δώροις ἀμειψάμενος καὶ εὐεργεσίαις, οἴκαδε ἀπέστειλεν. ἐν τούτοις δὲ ὄντων τῶν πραγμάτων, C ἠγγέλλετο ἐκ Βυζαντίου βασιλεῖ ὡς ἐκ Γεννούας κατά τινα ἑτέραν χρείαν τριήρεις ἑκκαίδεκα προσέσχον Γαλατᾷ, ὧν τῷ ναυάρχῳ καὶ τοῖς τριηράρχαις τινὲς τῶν παρὰ Ῥωμαίοις ἐπιφανῶν κρύφα διαλεχθέντες, ἔπεισαν δώροις καὶ ὑποσχέσεσι πολλαῖς προσεταιρισαμένους καὶ τὰς λοιπὰς ἓξ αἳ

13. Ioniam infestarat, Aladino etiamnum vivente. *ED. P.*

duraverat, et Phocaeae praesertim tormentis muralibus machinisque oppugnatoriis crebra erat et valida moenium adhibita oppugnatio: nec tamen propter soliditatem et quod Latini fortiter constanterque se tuerentur, expugnari poterat. Sed cum obsidio produceretur longius, quoniam eos commeatus iam destituebat et hostes ab oppugnatione non ante desituros suspicabantur, quam ipsi fame aut armis subigerentur, quiddam machinati sunt, quo se tueri diutius possent. Romanos quotquot Phocaeam incolebant, unumquemque tota cum domo exegerunt: annonam corporique sustentando requisita in arcem, praesidio a se munitam, collegerunt et comportarunt: quibus victitantes, obsidionem tolerarent. · Ad imperatorem apud Phocaeam filii Aitinis Ioniae satrapae, Cheterus et Amurius (quem supra in Thraciam classe devectum docuimus) et tertius Sulaimasas appellatus, amicitiae ergo veniunt, eumque venerati, benevolentiam ac fidem pollicentur. Quos ille donis ac muneribus affectos domum remisit. In hoc rerum statu Byzantio nuntiatur, Genua sedecim triremes alia quadam de causa Galatam appelli; quorum cum nauarcho et trierarchis quidam nobiles Romani clam collocuti, donis et promissis multis eos pellexerint, ut adiunctis etiam sex aliis, quas Galatae

A. C. 1334 εἶσιν ἐγχώριοι, ἔπειτα καὶ τὰς κατὰ τὴν Μιτυλήνην ἓξ πα-
ραλαβόντας, ἐπιθέσθαι αὐτῷ κατὰ τὴν Φώκαιαν. ταῦτα δὲ
τοὺς Ῥωμαίους συνεσκευακέναι οὐ τῆς τῶν Γεννουιτῶν
προνοίας ἕνεκα, ἀλλ' ἐπίβουλοι καὶ προδόται βασιλέως γε-
γενημένοι, καὶ τῆς ἀρχῆς κρατῆσαι βουληθέντες ἐξ ὧν ᾤον-
D το δυνήσεσθαι διαφθεῖραι ἔπραττον.

V. 235 λ'. Βασιλεὺς δὲ ἐπεὶ ἐπύθετο τοιαῦτα, τήν τε οὖσαν
παρεσκεύαζε δύναμιν ὡς ἢν δέῃ ναυμαχήσων, καὶ ἑτέραν
ἀπὸ τῶν κατὰ τὴν Ἰωνίαν βαρβάρων προσεπορίζετο ὅση δυ-
νατή. καὶ Σαρχάνης μὲν τέτταρας καὶ εἴκοσι παρέσχετο
P. 293 ναῦς καὶ στρατιὰν πολλὴν πεζήν τε καὶ ἱππικήν, ἣ ἐλθοῦσα
ἐστρατοπεδεύετο παρὰ τὴν Φώκαιαν· Ἀμοὺρ δὲ ὁ τοῦ Ἀϊ-
τίνη, τοῦ μεγάλου δομεστίκου πείσαντος, τριάκοντα ναυσὶ
συνεμάχει βασιλεῖ. ὁ γὰρ μέγας δομέστικος καὶ πρότερον μὲν
εἶχε πρὸς Ἀμοὺρ φιλίως καὶ γράμμασιν αὐτῷ ὡμίλει καὶ
τὴν εὔνοιαν ἐπεδείκνυτο, συνεγένετό τε καὶ ἐπὶ μικρὸν ὀλίγῳ
πρότερον, ὅτε κατὰ Φώκαιαν πρὸς βασιλέα ἧκε· τότε δὲ τῆς
χρείας καλούσης, πρεσβείαν πέμψας πρὸς αὐτὸν, οὐ δίκαιον
ἔφασκεν εἶναι οὐδὲ καθ' ἡδονὴν αὐτῷ γράμμασι καὶ ἀγγελί-
αις ὥσπερ πρότερον καὶ αὖθις ὁμιλεῖν. πρότερον γὰρ αἰτίαν
B εἶναι τῆς τοιαύτης συντυχίας τὸ πολὺ ἀλλήλων διεστάναι·
νυνὶ δὲ ἐγγὺς διατριβόντων, δίκαιον εἶναι, εἴγε καὶ αὐτῷ
κατὰ γνώμην εἴη, ἐν ὡρισμένῳ τινὶ τόπῳ συγγενέσθαι καὶ
τῆς ἀλλήλων ὁμιλίας ἀπολαῦσαι καὶ τὴν οὖσαν ἐπιβεβαιῶσα-

reperirent, et illis idem sex apud Mitylenen, Phocaeae ipsum imperatorem adorirentur. Talia Romanos struxisse, non ut Genuensibus consulerent, sed insidiatores et proditores factos et imperium affectantes, unde se ipsum imperatorem vita spoliare posse arbitrarentur, id agere ac moliri.

30. His auditis imperator et quas secum habebat copias ut ad pugnam navalem instruebat, si opus foret: et alias insuper a barbaris ex Ionia quantas poterat conquirebat. Ac Sarchanes quidem naves quàternas et vicenas peditumque et equitum magnam vim subministravit, qui prope Phocaeam tetenderunt. Amurius vero Aitinis filius, impulsu magni domestici, cum triginta navibus imperatori auxiliatum venit. Domesticus enim et ante Amurium diligebat amoremque suum crebris ei litteris declarabat: et cum eodem ad imperatorem Phocaeam veniente paulo ante familiariter congressus fuerat. Tum autem re ita iubente, legatos ad eum misit, qui dicerent, nec iustum, nec sibi iucundum esse, rursum nuntiis et litteris cum eo velut ante colloqui. Nam huiuscemodi colloquiorum causam prius fuisse, quod inter se longius distarent. Nunc quoniam viciniores sint, aequum esse, si idem illi probetur, in loco aliquo certo con-

σθαι φιλίαν. ὁ μέγας μὲν οὖν δομέστικος τοιαῦτα ἐπρεσβεύε- A.C. 1334
το· Ἀμοὺρ δὲ, ὡς ἤκουσεν, εὐτυχίας οὐδεμιᾶς ἐνόμισε δευτέραν τὴν περὶ τῶν τοιούτων ἀγγελίαν, ἀλλὰ τὰ μέγιστα οἰόμενος εὐεργετεῖσθαι, τῶν ἄλλων πάντων ἀμελήσας, κατὰ τὰς Κλαζομενὰς γενόμενος συνεγένετο αὐτῷ· καὶ ἀποβάντα τῶν νεῶν εἱστίασέ τε φιλοτίμως καὶ πολλὴν ἐπεδείξατο φιλοφροσύνην. ἐπὶ τέσσαρσι δὲ ἡμέραις ὁ μέγας δομέστικος αὐτῷ συνδιατρίψας, βασιλεῖ τε ἔπεισε προσέχειν ὡς δεσπότῃ καὶ C
τῶν ὑπ' ἐκείνῳ τελούντων ἐπιφανῶν Ῥωμαίων νομίζειν ἕνα, καὶ ἑαυτῷ συνέδησεν ἀῤῥήκτοις φιλίας δεσμοῖς. τάς τε ναῦς παρῄνει πέμπειν ὡς τάχιστα βασιλεῖ δεομένῳ συμμαχίας, αἳ καὶ ἐπέμφθησαν μετ' οὐ πολύ. καὶ Φιλαδελφεινοῖς ἐκέλευσε φίλον εἶναι καὶ σύμμαχον ἀντὶ πολεμίου, καὶ μηδένα φόρον λαμβάνειν ὃν παρείχοντο αὐτῷ ὅτε ἦσαν ἐν σπονδαῖς, καὶ οὐδὲν ἦν ὃ, κελεύσαντος τοῦ μεγάλου δομεστίκου, μὴ καθ' ἡδονὴν αὐτῷ πράττειν ἦν πρὸς τῷ καὶ χάριν εἰδέναι καὶ τὰ μέγιστα οἴεσθαι εὐεργετεῖσθαι. ἐκεῖθεν δὲ ὁ μέγας δομέστικος συνταξάμενος Ἀμοὺρ, ἧκεν ὡς βασιλέα. καὶ ἐπεὶ καὶ αἱ παρὰ D
τοῦ Σαρχάνη παρῆσαν νῆες, παρεσκευάσαντό τε πρὸς τὴν ναυμαχίαν καὶ ἠνιῶντο ὅτι οὐ παρῆσαν οἷς ναυμαχοῦνται. Λατῖνοι δὲ, εἴτε τὴν παρασκευὴν βασιλέως δείσαντες, εἴτε καὶ διὰ τὸ τοὺς ἐνάγοντας Ῥωμαίους καταφόρους γενομένους ὑποπτῆξαι, (ἡ γὰρ τοῦ μεγάλου δομεστίκου μήτηρ ἅμα βα-

11. παρῄει legebatur et 14. οἳ pro ὃν. Utrumque recte ed. V.

venire mutuaque consuetudine frui et susceptam confirmare amicitiam. Haec fuit legatio magni domestici. Amurius hosce nuntios summam felicitatem interpretari et in maximo beneficio ducere: relictisque ceteris omnibus, Clazomenis cum eo miscere colloquium; ubi de navi descendentem convivio delicatissimo adhibuit et perhumaniter habuit. Quatriduo cum illo versatus magnus domesticus, persuasit, ut imperatori non secus ac domino deditus, se unum de nobilibus Romanis ei subiectis duceret: et sibi vinculis insolubilibus hominem adstrinxit. Naves autem ut quamprimum mitteret hortabatur, quod imperator suppetiis indigeret: quae brevi missae sunt. Praeterea ut Philadelphiensibus amicus et pro hoste socius esset, nullumque ab iis tributum acciperet, quod illi pendebant, cum foederati essent. Demum nihil erat, quod, hortante magno domestico, non cum voluptate praestaret: quin etiam gratias habebat et se beneficiis ornari putabat. Amurio igitur valedicens domesticus, ad imperatorem se recepit. Cum naves a Sarchane iam venissent, ad naumachiam se comparabant dolebantque, quod quibuscum pugnarent nondum adessent. Latini vero, an quod apparatu imperatoris terrerentur, an quod Romanis, a quibus incitabantur, deprehensis, pavore

A. C. 1334 σιλίδι αἰσθόμεναι τὴν ἐπιβουλὴν, ὡς μάλιστα ἐνῆν ἠσφαλίσαντο τά τε βασίλεια καὶ τὴν ἄλλην ἀρχὴν,) ἀποσχόμενοι ὧν διενοοῦντο, διελύθησαν. βασιλεὺς δὲ ἐπεὶ ἐπύθετο διαλυθέντας, τοὺς μὲν παρὰ τοῦ Ἀμοὺρ παρόντας κατὰ συμμαχίαν, ἀπέστειλεν εὐεργετήσας· αὐτὸς δὲ συντονώτερον εἴ-
V. 236 χετο τῆς πολιορκίας· ἤδη γὰρ καὶ ὁ καιρὸς ἤπειγε περὶ
P. 295 φθινόπωρον ὤν. τριβομένου δὲ τοῦ χρόνου κατὰ τὴν πολιορκίαν συμβέβηκε τὸν μέγαν δομέστικον παρὰ τὴν τῆς Φωκαίας πύλην ἰδεῖν ἑστῶτα Ντζουὰν ντὲ Σπίνιά τινα ὠνομασμένον, ὃς ἦν αὐτῷ γνώριμος πρότερον καὶ συνήθης, ἔκ τε τῶν παρὰ Λατίνοις ἐπιφανῶν ὄντα καὶ παιδείας τῆς παρὰ Ῥωμαίοις ἱκανῶς μετεσχηκότα. καὶ πέμψας αὐτὸν μετεκαλεῖτο, κελεύων ἥκειν πρὸς αὐτὸν μηδὲν ὑποπτεύοντα δεινόν. ὁ δ' ἧκεν εὐθὺς πεισθείς. προσαγορεύσας δὲ ὁ μέγας δομέστικος αὐτὸν καὶ ἀγνωμοσύνην ἐγκαλέσας, ὅτι φίλον ἀρχαῖον ὄντα καὶ συνήθη καὶ τοσοῦτον
B ἤδη χρόνον διατρίβοντα πρὸς ταῖς πύλαις ταῖς αὐτῶν, οὐδὲ ἅπαξ πρὸς αὐτὸν ἠθέλησεν ἐλθεῖν οὐδὲ ἀσπάσασθαι οἷα φίλον, καὶ ἕτερ' ἄττα ὅσα ἦν ἁρμόζοντα προσθεὶς τῷ χρόνῳ, (ἤδη γὰρ ὀψὲ τῆς ἡμέρας ἦν,) τὸ νῦν μὲν ἔχον οἴκαδε ἀπέπεμπεν, εἰς τὴν ὑστεραίαν δὲ ἐκέλευσεν, εἴγε καὶ αὐτῷ καθ' ἡδονὴν εἴη, πρὸς αὐτὸν πάλιν ἐλθεῖν, ὡς ἂν κατὰ σχολὴν καὶ περὶ τοῦ παρόντος πολέμου διαλεχθῶσιν ἅττα ἂν ἑκάστῳ δοκοίη δίκαια ἔχειν πρὸς αὐτόν. Ντζουὰν μὲν οὖν ἀποδεξάμενος τοὺς λόγους οἴκαδε ἀπῆλθεν· εἰς τὴν ὑστεραίαν δὲ ἅμα πρωῒ εἰς

tenerentur (magni quippe domestici mater et imperatrix praecipientes insidias, quam maxime poterant palatium reliquumque imperium communiverant) depositis cogitationibus illis, dissipati sunt. Quod ut accepit imperator, submissos ab Amurio cum donativo dimisit: ipse obsidioni contentius instare coepit: iam enim et dies urgebat, autumno appetente scilicet. Dum ita per obsidionem tempus labitur, forte magnus domesticus propter portam quandam Ioannem de Spinia sive Spinulam sibi antea notum ac familiarem stare videt, hominem inter Latinos nobilem et Romanis tinctum litteris. Hunc uti ad se nihil metuens accedat, invitat. Ille fidem habens accedit. Salutat eum domesticus factumque inhumanum exprobrat, quod ad veterem amicum et familiarem et tanto tempore ad portas eorum commoratum, ne semel quidem adiisset, nec pro amicitia salutare voluisset. Alia demum tempori accommodata subiungens, in praesentia domum (iam enim diei serum erat) remittit. Postridie ut redeat, si placuerit, hortatur, quo per otium de hoc bello quae iusta censuerint colloquantur. Ioannes reversionem pollicitus abit. Altera luce mane in magni domestici tabernaculum venit. Facta consalutatione, solum domesticus sic aggreditur: Quavis occasione bellum

τὴν μεγάλου δομεστίκου ἧκει σκηνὴν καὶ προσηγόρευεν αὐτόν. A.C. 1334 ἀντιπροσειπὼν δὲ καὶ αὐτὸς αὐτὸν καὶ μόνον παραλαβὼν, λόγου ἦρχε πρὸς αὐτὸν τοιοῦδε· „οὔτε τὸ ἐπὶ προφάσει πάσῃ πολεμεῖν τῶν ἐπαινετῶν ἄν τις τιθείη σωφρονῶν, οὔτε τὸ εἰ- C ρήνην ἄγειν· ἀλλ' ἑκάτερα βελτίω ἢ χείρω παρὰ τὰς αἰτίας νομίζοιτ' ἂν δικαίως. ἐὰν δέ τις πολέμου ἄρχων, μείζοσιν ἢ καθ' ἑαυτὸν πράγμασιν ἐπιχειροίη, πρὸς τῷ ἀδικεῖν καὶ ἄνοιαν προσοφλήσειεν ἂν παρ' εὖ φρονοῦσι κριταῖς. σκεψώμεθα δὴ καὶ περὶ τοῦ νυνὶ παρόντος πολέμου, ὃν ἤρασθε πρὸς μηδὲν ἀδικοῦντα βασιλέα, εἰ μετὰ βελτίονος τοῦ σχήματος προσγενήσεται ὑμῖν. πρῶτον μὲν γὰρ μηδὲν ὑπὸ βασιλέως ἀδικούμενοι, πρῶτοι ἐπήλθετε τῇ Λέσβῳ οὔσῃ ὑπηκόῳ βασιλεῖ ἀδικοῦντες καὶ πλεονεκτοῦντες, οὗπερ οὐδὲ αὐτοὺς οἶμαι ἐξάρνους δυνήσεσθαι γενέσθαι· ἔπειτα δὲ οὐδὲ ἀνοίας καὶ D ἀβουλίας κατελίπετε ὑπερβολήν. τὸν γὰρ ἄρχοντα πολέμου οὐ χρὴ τοῦτο μόνον σκοπεῖν ὅπως ἀδικήσῃ, ἀλλὰ πρῶτον μὲν εἴγε μάλιστα αὐτῷ τοῦτο δυνατὸν, ἔπειτα δὲ εἰ καὶ ἀρκοῦσαν δύναμιν ἔχει πρὸς τὸ τὰ ἀδικηθέντα διασώζειν. ὑμῖν δὲ πρός τε τὸ τὰ ἀλλότρια ἁρπάζειν ἡ δύναμις ἐνδεὴς καὶ πρὸς τὸ τὰ ἡρπασμένα διασώζειν ἐλαχίστη. Λέσβῳ μὲν γὰρ ἐπιόντες, Δηλίους ἐπείσατε καὶ Σικελιώτας συμμαχεῖν. βασιλέως δὲ ἐπιστρατεύσαντος ὑμῖν, οἱ σύμμαχοι ᾤχοντο ὑμᾶς ἀπολιπόντες, οὐδὲ ὅπλα ἀνταίρειν δυνηθέντες. ὑμῶν δὲ μόνων ὑπολελειμμένων, οἱ μὲν ἀπώλοντο κατὰ τὴν Καλλονὴν ἐν πέντε τριήρεσι διαφθαρέντες, οἱ δὲ κατὰ τὴν Μιτυλήνην καὶ Φώ-

12. βασιλεῖα legebatur, unde ED. P. coni. βασιλέα.

gerere aut in pace vivere, nemo sanae mentis commendaverit, cum utriusque laus et vituperatio ex causis merito spectanda sit. Quod si quis bellum ordiens viribus suis maiora suscipit, praeterquam quod iniustus est, prudentium iudicio etiam stultus habebitur. Consideremus igitur et istuc bellum, quod contra imperatorem nulla in re ab eo laesi suscepistis, num honeste et utiliter a vobis geratur. Primum enim nullam passi iniuriam Lesbum ei subiectam invasistis, vexastis ac diripuistis: quod nec ipsimet negare poteritis. Deinde temeritatis et vecordiae modum nullum tenuistis. Nam qui bellum incipit, non hoc solum providere debet, quomodo per nefas aliena occupet: sed primum quidem, satisne istuc commode possit. Tum, an ad ea quae per vim occupavit conservanda sufficiens ei facultas adsit. Vobis autem et ad aliena rapienda vires sunt parvae et ad rapta conservanda parvissimae. Etenim Lesbum invasuri, Deliorum Siculorumque auxiliis indiguistis: et imperatoria classe adventante, socii imbelles diffugerunt ac vos solos reliquerunt: et alii quidem vestrum apud Callonem in quinque triremibus perierunt: alii

A.C. 1334 καιαν ἀποκεκλεισμένοι πολιορκεῖσθε, οὐδεμίαν ἔχοντες ἐλπίδα βεβαίαν σωτηρίας. μὴ θαυμάσῃς δὲ, εἰ μηδεμίαν εἶπον ἐλπίδα βεβαίαν σωτηρίας ὑμᾶς ἔχειν, καίτοι καρτερώτατα ἀμυνομένους
P. 296 ἀπὸ τῶν τειχῶν καὶ μηδεμίαν ἢ ὀλίγην βλάβην ὑπομένοντας ἀπό τε τῶν ἐκπιπτόντων τῆς μηχανῆς λίθων καὶ τῶν κλιμάκων καὶ τῶν ἄλλων μηχανῶν τῶν κατὰ τὰς συχνὰς τειχομαχίας προσαγομένων. ἀποδείξω γὰρ σαφέστατα ὑμᾶς οὐ πολὺ ἀπέχοντας τοῦ ἐν ἐσχάτοις κινδύνοις εἶναι. τριῶν γὰρ ὄντων, ἃ ἂν μάλιστα διασώζειν δύναιτο τοὺς πολιορκουμένους, τοῦ τέ ποθεν ἔξωθεν ἐπελθοῦσαν δύναμιν τοὺς πολιορκοῦντας ἀνιστᾷν, καὶ τοῦ ἀφθονίαν σίτου καὶ τῶν ἄλλων ἐπιτηδείων ἔχοντας μετὰ ῥᾳστώνης τὴν πολιορκίαν διαφέρειν, καὶ τρίτου, τοῦ
B τὸν πολιορκοῦντα ἀδύνατον εἶναι προσκαθέζεσθαι ἢ δι' ἀπορίαν ἀναλωμάτων ἢ διὰ μικροψυχίαν ἤ τινα αἰτίαν ἄλλην, ἐγὼ ὑμῖν προσὸν ἀποδείξω τούτων οὐδὲ ἕν. τὴν μὲν οὖν
V. 237 ἴσως ἂν ἐπελθοῦσαν ἔξωθεν βοήθειαν ὑμῖν οὐδαμόθεν ἄλλοθεν ἄν τις οἰηθείη ἢ ἐκ Γεννούας, οἷα δὴ ὁμοφύλων ὄντων ὑμῖν καὶ συγγενῶν· τοῦτο δὲ τοσοῦτον ἀπέχει τοῦ εἶναι ἀληθὲς ἢ ὑμᾶς οἴεσθαι ἐλπίζειν, ὥστε τοὐναντίον μᾶλλον ἐφ' ὑμᾶς ἐλεύσονται ἐκεῖνοι ἐκπολιορκήσοντες ὡς πολεμίους τῷ κοινῷ, ἂν κελεύῃ βασιλεύς. ἴστε γὰρ δὴ σαφέστατα ὑμεῖς ὡς ἐν ταῖς συνθήκαις καὶ τοῖς ὅρκοις, οὓς πρὸς τὴν βασιλείαν Ῥωμαίων
C ἡ βουλὴ καὶ ὁ δῆμος ἔθετο Γεννούας ἐπὶ τῇ εἰρήνῃ, πρὸς τοῖς ἄλλοις περιείληπται καὶ τοῦτο, τὸ μὴ μόνον τὸ κοινὸν αὐτῶν μηδεμίαν βλάβην ἢ ζημίαν ἐπάγειν τῇ Ῥωμαίων βασιλείᾳ πρόφασιν πολέμου οὐ παρεχομένῃ, ἀλλὰ καὶ ἐάν τις

intra Mitylenen et Phocaeam conclusi cum incerta spe salutis obsidemini. Ac nolim te mirari quod dixerim nullam vos salutis certam spem fovere, tametsi vos e moenibus fortissime defendatis, nec ullum aut leve damnum accipiatis a saxis, quae e tormentis iaciuntur, a scalis ceterisque machinis, quae in tam crebris oppugnationibus ad muros admoventur: demonstrabo enim luculentissime vos ab extremo discrimine haud longe abesse. Nam cum tria sint, quae obsessos servare tuerique potissimum queant: primum aliunde superveniens auxilium, quo obsessi erigant animos: alterum frumenti ac reliqui commeatus abundantia, unde facile perfertur obsidio: tertium, quando hostis diutius assidere aut sumptibus defectus aut animo fractus aut alia de causa non potest, ego docebo nihil horum vobis adesse. Forsitan igitur auxilium vobis submissum et non aliunde quam Genua, utpote a civibus cognatisque vestris, submissum quis existimaverit. Atqui hoc tam remotum est a veritate tantumque abest ut id sperandum vobis sit, ut timendum potius ne contra vos illi venturi et hortante imperatore ut inimicos reipublicae obsessuri sint. Sci-

ἰδιώτης Ῥωμαῖον ἀδικήσῃ, ἀπὸ τῶν προσόντων αὐτῷ κτημά- A.C. 1334 των ἢ πραγμάτων τὴν ζημίαν ἀπολαμβάνειν τὸν Ῥωμαῖον. ἂν δὲ καὶ τῇ βασιλείᾳ Ῥωμαίων τὴν ζημίαν προξενῇ ἢ νῆσον διαρπάζων ἢ πόλιν τινὰ παράλιον ἤ τι ἕτερον, τὸν ἴσον τρόπον ἀπὸ τῶν ἐκείνων κτημάτων καὶ πραγμάτων, εἰ πολλοὶ εἶεν ἢ εἷς, τὴν ζημίαν ἀποτίννυσθαι βασιλεῖ, αὐτὸν δέ ψηφίζεσθαι πολέμιον τῷ δήμῳ καὶ τῇ βουλῇ, καὶ στρατεύειν D ἐπ' ἐκεῖνον ὡς ἄπιστον καὶ προδότην τοῦ κοινοῦ. οὗ δὴ ἕνεκα καὶ βασιλέα πρεσβείαν πρὸς Γέννουαν ἀπεσταλκέναι, ὥστε μὴ μόνον τὰ κτήματα ὑμῶν τῶν χρημάτων ἕνεκα ὧν ἀνάλωσε πολεμῶν ὑμῖν παραλαβεῖν, ἀλλὰ καὶ τριήρεις κελεῦσαι πέμψαι καθ' ὑμῶν κατὰ τὰ συγκείμενα καὶ τοὺς ὅρκους. ὥστε ἐκ Γεννούας οὐ μόνον ἐπικουρίαν οὐδεμίαν, ἀλλὰ καὶ πόλεμον καὶ ἐπίπλουν προσδοκᾷν χρή. ὅτι δὲ καὶ τῶν ἐπιτηδείων νῦν τε ἐνδεεῖς ἐστε καὶ μετ' ὀλίγον ἐπιλείψει παντελῶς ὑμᾶς, ἐξ αὐτῶν ἄν τις τῶν πραγμάτων ἀληθέστατα τεκμήραιτο. οἱ γὰρ ἐξελαθέντες τοῦ ἄστεος ὑφ' ὑμῶν Ῥωμαῖοι, ὧν αὐτοὶ τὰ ἐπιτήδεια λαβόντες χρῆσθε, τὸ μέτρον τῆς τροφῆς P. 297 πρὸς τὸ τῶν πολιορκουμένων πλῆθος λογιζόμενοι, ἐντὸς ὀλίγου χρόνου παντάπασί φασιν ὑμᾶς τὰ σιτία ἐπιλείψειν. λείπεται δὴ μίαν ὑπολείπεσθαι ἐλπίδα σωτηρίας, τὸ βασιλέα ῥαθυμήσαντα ἢ διὰ τὸ τῶν ἀναλισκομένων πλῆθος χρημάτων

tis enim planissime pactis et foederibus, quae cum Romano imperio senatus populusque Genuatium pacis causa fecit, praeter alia hoc etiam contineri, ut commune ipsorum non modo nullum Romano imperio detrimentum damnumve importet, si nullam belli occasionem dederit, sed si quis etiam privatus Romanum quempiam lacserit, ut de possessionibus aut facultatibus eius Romano mulcta solvatur. Sin imperio Romano detrimentosus extiterit, aut insulam aut maritimam urbem aut aliud diripiens, ut eadem ratione de eorum possessionibus aut facultatibus, seu plures seu unus dumtaxat fuerit, imperatori satisfiat ipseque a senatu populoque Genuensi hostis iudicetur, et arma in illum ut perfidum ac reipublicae proditorem capiantur. Cuius rei gratia et imperatorem ad Genuenses legationem misisse nostis, non solum ut fundos et villas vestras ad reficiendos sumptus, dum vobiscum belligerat, toleratos recipiat, sed eos insuper ad triremes secundum conventa et iuramenta contra vos mittendas impulisse. Quamobrem non subsidium Genua, sed bellum et hostilis adnavigatio magis exspectanda vobis est. Porro et victus inopia vos laborare, pauloque post quod haesitetis non habituros, ex re ipsa duci argumentum certissimum potest. Quos enim urbe exegistis Romani, quorumque alimentis fruimini, mensuram alimoniae cum obsessorum multitudine contendentes, intra breve tempus omnimodis commeatu vos carituros affirmant. Ergo haec una spes salutis

A. C. 1334 ἢ διὰ τὴν κατὰ τὴν στρατείαν κακοπάθειαν λύσειν τὴν πολιορκίαν ἢ διὰ τὸ χειμῶνα ἐπιγίνεσθαι ἤδη προσδοκᾷν. ἐγὼ δὲ καὶ περὶ τούτου προδότης γενήσομαι ἡμῶν αὐτῶν καὶ μηνύσω προῖκα ἅπαν τἀληθές. καίτοι γε πολλοῦ ἂν ἐπρίασθε αὐτοί, εὖ οἶδα, εἰ ἃ διανοούμεθα περὶ ὑμῶν, ἀληθῶς ἐξεγέ-
B νετο μαθεῖν· ἐγὼ δὲ ὑμῖν καὶ τοῦτο χαριοῦμαι. βασιλεὺς μὲν γὰρ καὶ ἡμεῖς καὶ τὸ πολὺ τῆς στρατιᾶς οἴκαδε ἀπελευσόμεθα, ἵνα μὴ εἰκῇ καὶ μάτην κατατριβώμεθα ἐνταῦθα, ἄλλως τε καὶ τῶν ἐκεῖσε πραγμάτων ἐπιμελείας δεομένων, ἣν οὐκ ἔξον ποιεῖσθαι μὴ ἐκεῖ ἐπιδημοῦντας. ἐνταυθοῖ δὲ πρὸς τὴν πολιορκίαν δέκα καταλείψομεν τριήρεις καὶ μονήρεις εἴκοσι καὶ ἑτέρας τέτταρας καὶ εἴκοσι τὰς τοῦ Σαρχάνη ναῦς, μισθὸν παρασχόντες διαρκέσοντα ἄχρι ἦρος. οἳ ὑμᾶς τε καὶ Μιτυληναίους ἀσφαλῶς πολιορκήσουσιν ἐφορμοῦντες ἐκ θαλάσσης, ἐκ δὲ ἠπείρου ὑμῖν μὲν ἀρκέσουσιν ἡ τοῦ Σαρχάνη παρακειμένη στρα-
C τιά· Μιτυληναίοις δὲ οἱ Ῥωμαίων μισθοφόροι τὴν εἰς τὴν Λέσβον ἔξοδον ἀπείρξουσιν, ὥστε καὶ ἀμφοτέρους ἑκατέρωθεν ἀπείργεσθαι ἔκ τε γῆς καὶ θαλάττης τοῦ μηδὲν εἰσάγειν τῶν
V. 238 ἐπιτηδείων. ἅμα δὲ ἦρι ἀρχομένῳ στόλῳ μεγάλῳ αὖθις ἐφ' ὑμᾶς πλευσούμεθα, γνώμην ἔχοντες μέχρι παντὸς διακαρτερεῖν, ἄχρις ἂν ἢ λιμῷ ἢ ὅπλοις παραστησάμενοι, ἐξανδραποδισώμεθα ὑμᾶς. πρὸς τούτοις δὲ καὶ ἑτέραν βασιλέως ἐπίνοιαν οὐκ ἀποκρύψω. βούλεται γὰρ τοῖς συμπολιορκουμένοις

6. τοῦτο em. ED. P. pro τούτῳ.

restat, si imperator deses factus, aut propter impensae magnitudinem, aut propter attritum laboribusque confectum exercitum, aut propter imminentem hiemem obsidionem solvat. Ego vero et in his nostri ipsorum factus proditor, omnem rei veritatem gratuito expromam: quamquam vos vel talentum fuisse numeraturos sciam, si, quae de vobis taciti cogitamus, vere cognoscere licuisset. Sed enim vobis hoc gratis dabo. Imperator, nos exercitusque magnam partem domum discedemus, ne hic temere ac frustra maceremur: praesertim cum et illic respublica officium industriamque nostram desideret, quam ei nisi praesentes praestare non possumus. Hic ad continuandam obsidionem triremes denas et uniremes vicenas relinquemus: praeterea de navibus Sarchanis quatuor et viginti, adnumerato, quantum usque ad vernam tempestatem sufficit stipendio. Atque hi vos et Mitylenaeos, a mari facto impetu certo oppugnabunt: a continente Sarchanis copiae auxiliares satis prement. Mitylenaeis vero Romanorum conductitii ingressum in insulam intercludent, ut ambo terra marique victum invehere prohibeamini. Vere novo magna classe revertemur, eo animo, ut tamdiu vos oppugnemus, quoad vel fame vel armis domitos, in servitutem redigamus. Praeter haec alias adhuc imperatoris cogitationes occultas non habebo. Vult enim vobis

ὑμῖν πᾶσι δι' ὅρκων αἵρεσιν προθεῖναι, ἢ μένοντας ἐντὸς A. C. 1334 τειχῶν πολεμίους αὐτῷ τε εἶναι καὶ τῷ κοινῷ Γεννούας, ἢ ἔξω γενομένους καὶ καταλιπόντας ὑμᾶς, μὴ μόνον παρὰ βασιλέως τυχεῖν συγγνώμης καὶ ἀμνηστίας ὧν ἐξημαρτήκασιν, D ἀλλὰ καὶ παρὰ τῷ κοινῷ Γεννούας ἀζημίους εἶναι, βασιλέως τὴν ἄδειαν παρασχομένου. ὅπερ ὅτι πολλοὺς τῶν ὑμῖν συμπολιορκουμένων πείσει ἀποστῆναι, οὐδ' αὐτὸς ἀγνοεῖς. ὅτε τοίνυν ἐξ ἀρχῆς τε οὐ δίκαια ποιοῦντες τὸν πόλεμον κεκινήκατε τουτονί, νῦν τε τῶν πραγμάτων ἐναντίως ἢ αὐτοὶ προσεδοκᾶτε χωρησάντων, οὐ μόνον ἀβουλίας καὶ ἀσυνεσίας ὄφλετε κατηγορίαν, ἀλλὰ καὶ ἐν ἐσχάτοις κατέστητε κινδύνοις, ποῦ λυσιτελὲς ἢ σωφρονούντων ὅλως ἀνθρώπων, μὴ μεταβουλεύεσθαι περὶ τῶν κακῶς βεβουλευμένων καὶ σωτηρίαν τινὰ αὐτοῖς ἐκ τῶν ἐνόντων ἐκπορίζειν, ἀλλὰ διὰ φιλονει- P. 298 κίαν καὶ ἀλαζονείαν νοῦν οὐκ ἔχουσαν αὐτούς τε ἀπόλλυσθαι κακῶς καὶ τοῖς οἰκείοις οὐ πενίαν μόνον καὶ ἀποστέρησιν τῶν ὄντων, ἀλλὰ καὶ ἀδοξίαν προστρίβεσθαι διὰ βίου; ἐγὼ δὲ καὶ τούτων ἁπάντων χωρὶς οὐδαμῶς λυσιτελοῦντα τὸν πρὸς βασιλέα πόλεμον ὑμῖν ἀποφανῶ. εἰ γὰρ καὶ μήτε ὅπλοις, μήτε λιμῷ, μήθ' ἑτέρᾳ μηχανῇ τινι παραστήσασθαι δυνησόμεθα ὑμᾶς, οὐδ' οὕτω τὸ πολιορκεῖσθαι λυσιτελήσειεν ἂν ὑμῖν. πρῶτον μὲν γὰρ οὐκ ἐπὶ τῷ διηνεκῶς πολιορκεῖσθαι καὶ ἐνδείᾳ καὶ τοῖς ἄλλοις τοῖς ἐκ τοῦ πολέμου κακοῖς πιέζεσθαι B

obsessis omnibus alterius optionem esse iuratis, aut intra moenia manentes, ipsi et Genuensium reipublicae hostes haberi: aut egressos et a vobis secedentes, non ab imperatore dumtaxat commissorum veniam et *ἀμνηστίαν*, sed etiam apud commune Genuensium impunitatem eius auctoritate consequi. Quod quam multis inter obsessos ad defectionem incitamento futurum sit, non te fugit. Quando igitur et ab initio praeter fas hoc bellum suscitastis: et nunc rebus contra spem cadentibus non insipientiae solum audaciaeque culpam sustinetis, verum etiam in gravissimum discrimen devenistis, qui tandem conducet, aut quomodo mente sua constantium erit, mala consilia non permutare melioribus et aliquid inde ad salutem idoneum elicere: sed per stolidam contentionem et arrogantiam semetipsos ire perditum, et propinquis ac necessariis non inopiam et amissionem facultatum tantummodo parere, verum etiam ignominiam perpetuam inurere? Adhuc praeter isthaec omnia cum imperatore bellum ducere, nequaquam vobis prodesse ostendam. Etsi enim neque armis, neque fame, neque alia quadam via ad deditionem vos compellere poterimus, tamen ne sic quidem vobis conducet obsideri. Primum non ut semper obsideremini, et penuria victus ceterisque bellorum incommodis premeremini, Lesbi tanto cum impendio potiundae cupido vobis incessit: sed ut impensas multo maioribus

A. C. 1334 Λέσβον κρατῆσαι ὑμῖν ἐπῆλθε τοσαῦτα χρήματα ἀναλωκόσιν, ἀλλ' ἐπὶ τῷ πολλαπλασίω τῶν ἀναλωμένων κτησαμένους, καὶ τῆς νήσου ἔχειν τὴν ἀρχήν. τοῦτο δ' ἐναντίως ἢ αὐτοὶ συμβέβηκε προσδοκᾶτε. τά τε γὰρ χρήματα ἀνάλωνται εἰς τὰς τριήρεις καὶ ἡ νῆσος ὑπὸ βασιλέα αὖθις τελεῖ πλὴν Μιτυλήνης, ἣν δεῖ καὶ Φώκαιαν φρουρεῖν μισθοφόρους τρέφοντας χιλίων οὐκ ἐλάσσους. πόθεν οὖν ποριεῖσθε τὴν τροφὴν αὐτοῖς; οὔτε γὰρ χρήματα εἴχετε ἐν ταῖς ναυσὶν ἃ διαρκέσει πρὸς τὴν πολιορκίαν, οὔτε ἐκ Γεννούας ἐλπὶς ἐλθεῖν. τὰ γὰρ ἐκεῖσε κτήματα ὑμῶν, ἃ παρεῖχε τὰς προσόδους, ὑπὸ βασι- C λέα ἔσται· αἵ τε ἐκ Φωκαίας προσγινόμεναι πρότερον πρόσοδοι ὑμῖν ἀφῄρηνται διὰ τὸν πόλεμον. ἐμπορία τε γὰρ ἐκλέλοιπε πᾶσα, θαλασσοκρατούντων ἡμῶν, καὶ γεωργίας ἀπείργομεν, οὐδὲ τὸ πυλῶν προβαίνειν ἀκίνδυνον ὂν ὑμῖν. ὥστε πάντοθεν συμβαίνει περιΐστασθαι τὸν κίνδυνον, ἄν τε κρατῆσθε τοῖς ὅπλοις, ἄν τε μή· ὡς οὖν περὶ σωτηρίας ὑμῖν βουλευσομένοις οὐκ ἐν παρέργῳ χρὴ ποιεῖσθαι τὴν βουλήν, D ἀλλὰ μετὰ τῶν φίλων σκεψαμένους τὰ δέοντα ἑλέσθαι."

V. 239 λα'. Τοιαῦτα τοῦ μεγάλου δομεστίκου εἰρηκότος, Ντζιουὰν ἐπιπολὺ μὲν ἦν σιωπῶν, ἐκπεπληγμένος ὅτι δὴ σαφέστατα περὶ τῶν κατ' αὐτοὺς πραγμάτων διειλέχθη. συνεώρα τε ἤδη καὶ αὐτὸς τὸν κίνδυνον ὡς ἐν χρῷ. ἔπειτα ἀνενεγκὼν „ὡς μὲν ἀδικοῦμεν πολέμου ἄρχοντες" ἔφη „οὐδὲ αὐτοὶ δυ-

2. πολλαπλασίῳ legebatur.

divitiis consolantes, insulae quoque dominatum obtineretis: in quo multum plane vestra vos delusit opinio. Nam pecuniam in triremes absumpsistis: et insula, Mitylene excepta, imperatorem rursus principem suum agnoscit: quam ut pariter ac Phocaeam defendatis, praesidiarios mercede conductos non pauciores mille oportet alere. Unde igitur alimenta illis suppeditabitis? Neque enim in navibus tantum pecuniae habebatis, quantum obsidioni tolerandae sufficeret: neque Genua missum iri sperandum est. Nam quae illic possidetis et unde vectigalia capiebatis, imperatori adiudicabuntur; et quae prius Phocaea vobis pendebat, bellum sustulit. Etenim mercatura omnis, nobis mare tenentibus, conquievit; et agricultura per nos usque adeo arcemini, ut ne porta quidem urbis secure pedem efferre possitis. Quare sive armis subiugemini, sive non, undeunde periculis cingimini. Ergo quoniam salus vestra agitur, non obiter et velut per transennam, sed cum amicis res perpendenda et utilitati consulendum est.

31. Hactenus magnus domesticus: cuius sermone perculsus Ioannes, diu siluit, quod suorum conditionem disertissime explicatam videbat et iam ipse quoque periculum esse in cervicibus intelligebat. Postquam se deinde collegit, ita fari exorsus est: Perperam nos agere,

νάμεθα ἀντειπεῖν. πλὴν ἐλπίδι ἐπαρθέντες τοῦ τε ἐγκρα- A. C. 1334 τεῖς γενήσεσθαι τῆς Λέσβου τοῦ τε ἀμυνεῖσθαι βασιλέα ἂν P. 299 ἐπίῃ, (οὐ γὰρ τοσαύτην γε ᾠόμεθα δύναμιν ἀθροίσειν ναυτικὴν,) ἠράμεθα· νυνὶ δὲ ἤδη τά τε χρήματα ἀνάλωται ἡμῖν καὶ αὐτοὶ πολιορκούμεθα, οὐκ ἀγαθὰς ἔχοντες ἐλπίδας περὶ τῶν μελλόντων. ἐπεὶ δὲ ὡς ὁρῶ, τοῦ θεοῦ κεκινηκότος, εἰς τοὺς περὶ τούτων προήχθης λόγους, δέομαι ἃ λυσιτελῆ δοκεῖ καὶ δέοντα βουλεύσασθαι περὶ τοῦ μέλλοντος. τὰ γὰρ παρελθόντα οὐκ ἔστιν ἄλλως διαθέσθαι ἢ ὡς ἔτυχε γεγενημένα." ὁ μέγας δὲ δομέστικος „εἰ μὲν καθ' ἑαυτοὺς αὐτοὶ περὶ τῶν ὑμετέρων" ἔφη „ἐβουλεύεσθε πραγμάτων, οὐδὲν ἂν ἐκώλυεν B εἰρήνην ἢ τὸν πόλεμον ἑλέσθαι. ἐπεὶ δὲ ἐμοὶ περὶ τῶν ὑμετέρων ἐπιτρέπετε βουλεύεσθαι πραγμάτων, ἃ μοι δοκῶ ὑμῖν συμφέροντα ἐρῶ. ὑμῖν δὲ ἐξέσται ἢ αἱρεῖσθαι τὰ βεβουλευμένα ἢ διωθεῖσθαι. οἶμαι δὲ οὐδὲ πολλῶν δεήσεσθαι λόγων περὶ τῶν ὑμῖν πείθοντα δοκούντων λυσιτελεῖν. ἃ γὰρ διειλέχθην πρότερον, πολλῶν κακῶν ὑμῖν τὸν πόλεμον αἰτιώτατον γεγενημένον ἀποφαίνων καὶ ἔτι μέλλοντα, τούτοις ἔξεστι κατασκευάζειν ὡς αἱρετέα ἡ εἰρήνη. τὸν τρόπον δὲ ὃν ἂν ὑμῖν μάλιστα λυσιτελήσειεν ὑφηγήσομαι ἐγώ. πρὶν εἰς τοσοῦτον κινδύνου ἥκειν ὥστε δοκεῖν καὶ ἄκοντας προσιέναι βασιλεῖ, ἐνδείξασθε εὔνοιάν τινα ἀντίῤῥοπον πρὸς τὴν προτέραν ἀδικίαν, καὶ πρεσβείαν πέμψαντες πρὸς βασιλέα, συγγνώ- C μην αἰτήσατε ἐφ' οἷς προσκεκρούκατε κατὰ τὸν πόλεμον. φύ-

dum ad arma priores prosilimus, nemo vel nostrum inficias ire potest. Ceterum Lesbi insulae adipiscendae, et imperatorem, si impedire conaretur, depellendi fiducia elati (haud enim tantam classem comparaturum credebamus) bellum hoc ausi sumus. Nunc et pecuniis exhausti et insuper ipsi obsessi, bonas spes omnes perdidimus. Quia vero divino ut arbitror afflatu de his rebus disseruisti, te oro, ut quae utilia nobis in posterum et necessaria duxeris, ea consulas: quando praeterita corrigere non licet. Ad haec magnus domesticus: Si, inquit, vobiscum ipsi de re vestra consuluissetis, nihil ad pacem bello praeferendam obstitisset. Sed quia mihi in causa vestra iudicium omne permittitis, quae profutura opinor, non tacebo: vobis aut parere consilio meo, aut id repudiare integrum erit. Existimo autem explicationem consilii mei longa oratione haud egere. Nam quaeque prius a me dicta sunt, quibus bellum hocce praecipuum et solum complurium malorum vestrorum fontem fuisse probavi, quaeque adhuc dicturus sum, iisdem pacem complectendam esse, confirmari potest. Modum autem, quo id fructuosissime faciatis, exponam. Antequam eo necessitatis compellamini, ut etiam inviti ad imperatorem vos adiungere videamini, praesenti benevolentia praeteritam

A.C. 1334 σει δὲ ὢν ἐκεῖνος πρᾶος καὶ τοῖς ἀδικοῦσιν ἕτοιμος παρέχειν
συγγνώμην, ἂν παραιτῶνται τὴν ὀργὴν, καὶ ὑμῖν συγγνώσεται
ῥᾳδίως, καὶ ἐμοῦ πρὸς τοῦτο μάλιστα ἐνάγοντος. ἐπειδὰν δὲ
τὴν βασιλέως ἐκμειλίξησθε ὀργὴν, τὸν παῖδα Σαρχάνη καὶ τῶν
ἄλλων Περσῶν, οἳ ἐν ὁμήρων προσχήματι φρουροῦνται παρ' ὑ-
μῖν, λαβόντες ὥσπερ δῶρα προσκομίσατε τῷ βασιλεῖ καὶ Μι-
τυλήνην καὶ Φώκαιαν παράδοτε. κἀκεῖνος ἀμειβόμενος ὑμᾶς τῆς
D εὐνοίας ἕνεκα τῆς πρὸς αὐτὸν, μετὰ τῆς συγγνώμης, ἣν πα-
ρέξεται, καὶ τά τε ἀναλωθέντα χρήματα εἰς τὸν πόλεμον τὸν
καθ' ὑμῶν καὶ ἃ ἐζημιώσατε Λεσβίους, ἃ τὸ κοινὸν Γεννού-
ας ἐκ τῶν ὑμετέρων κτημάτων κατὰ τὰς συνθήκας ὀφείλει
ἀποτίνειν, χαριεῖται. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ πολεμίους ἀναγεγραμ-
μένους τῷ κοινῷ καὶ δίκας ὀφείλοντας τῆς ἀπιστίας, ἀπάθειαν
κακῶν καταπράξεται ὑμῖν, τῇ βουλῇ συγγνώμην κελεύσας πα-
V. 240 ρασχεῖν, ὥστε ἀδεῶς πάλιν ἐμπολιτεύεσθαι αὐτοῖς ἀποστερη-
θέντας τῶν οἰκείων μηδενός. πρὸς τούτοις δὲ καὶ Φωκαίας
ὥσπερ πρότερον καὶ αὖθις ἄρχειν ἐπιτρέψει, ὡς ὑπηκόου μὲν
Ῥωμαίοις οὔσης, ὑμῖν δὲ παρέχοντος βασιλέως τὴν ἀρχὴν, ἄχρις
P. 300 ἂν αὐτὸς ἐθέλῃ. καὶ σπονδὰς ὑμῖν πρὸς Σαρχάνην θήσει, ὥστε
καὶ αὖθις τὰς προσόδους, ἃς καὶ πρότερον εἴχετε, ἐκ τῆς χώ-
ρας τῆς αὐτοῦ καρποῦσθαι. καὶ κατὰ πάσας νήσους καὶ τὰς πό-
λεις, αἳ ὑπήκοοί εἰσι Ῥωμαίοις, ἀκώλυτον ὑμῖν τὴν ἐμπορίαν
κελεύσει εἶναι. σκοπεῖτε οὖν ὁπόσα μὲν ὑμῖν ὁ πόλεμος ἐπήνεγκε
κακὰ, ἴσως δὲ καὶ χείρονα ἐπάξει· ὁπόσων δὲ ἀγαθῶν ἡ εἰρήνη

tus magnus domesticus, Thomocastriis spiritus paulatim comprimi, quandoquidem Tarentino subsidio non fruerentur, per internuntium eos in hanc sententiam verbis est aggressus. Se illos non posse satis admirari, quod cum viri prudentes ac rerum usu triti sint, ut quidem fama praedicentur, (nam adhuc recenti adventu suo paucos eorum vidisse,) nunc existimationi suae minime servire ac neutiquam ea facere, unde se omni crimine prorsus liberent. Ipso enim circiter quinque et viginti dies ad muros sedente et avente causam noscere, ob quam subesse imperatori prorsus intolerabile videatur, eos nihil plane respondere: neque ex his, quae faciant, suspicionem afferre, quasi aut hostibus incommodum aut sibimet ipsis molestiarum vacuitatem prudenter meditentur: sed idem illis, quod polypis accidere, qui egressi e latibulo, si quid apprehenderint, non facile dimittunt, donec aut per se aut vi abstracti, quod constrinxerant, dimiserint. Sic ipsos, cum semel imperatorem se nolle principem agnoscere testati sint, idem semper et praefracte testari. Quamquam si de rebus immutabilibus ita meditato loquerentur, haberent rationem aliquam, cur in iis perseverarent, quae a principio sta-

A.C. 1339 μένοις ἐξ ἀρχῆς· νῦν δ' ἔξεστι συνορᾶν, ὡς οὐδ' ἐπὶ μιᾷ ἡμέρᾳ τῶν αὐτῶν μενόντων, ἀλλὰ ποικίλας δεχομένων τὰς C μεταβολὰς, ποιοῦνται. ὥστε ἐχρῆν αὐτοῖς καὶ τοὺς περὶ ἐκείνων λόγους ὁμοίως τοῖς πράγμασι μεθαρμόζεσθαι πρὸς τὸ λυσιτελοῦν. παρῄνει τε αὐτοῖς τῶν συνετωτέρων παρ' αὐτοῖς τινα πέμψαι πρὸς αὐτὸν, ὥστε ἃ αὐτοῖς οἴεται λυσιτελοῦντα ὑποθέσθαι. κἂν μὲν καὶ αὐτῷ συμφέροντα δοκῇ· εἰ δὲ μὴ, ἀλλ' αὐτοῖς γε ἐξεῖναι πάλιν ἃ ὀνήσειν οἴεται ἑλέσθαι. Τοιούτους μὲν ὥσπερ δι' ἀκροβολισμῶν πρὸς ἐκείνους ἐποιήσατο τοὺς λόγους· ἐκεῖνοι δὲ ἀποκρινάμενοι ὡς εἰ δοκεῖ αὐτοῖς συμβουλευσαμένοις, πέμψουσί τινα εἰς τὴν ὑστεραίαν, πέμπουσι Ῥιτζάρδον τὸν Νικηφόρου παιδαγωγὸν ἐπιφανέστε- D ρόν τε καὶ συνετώτερον τῶν ἄλλων ὄντα. καταστάντων δὲ εἰς λόγους, τοιαῦτα πρὸς αὐτὸν ὁ μέγας δομέστικος διειλέχθη· „οὐδένα οἴομαι τῶν πάντων, εἰ μὴ παντάπασι ἀπεστέρηται φρενῶν, μὴ πρός τι τέλος ἀποβλέποντα ὁτῳδήποτε ἐπιχειρεῖν. διὸ τήν τε ἀποστασίαν πρῶτον καὶ τὴν ἐπὶ τῇ πολιορκίᾳ νῦν δοκοῦσαν μεγαλοψυχίαν οὐκ ἄλλου του ἕνεκα ἑλέσθαι ὑμᾶς νομίζω ἢ ὥστε Νικηφόρῳ τῷ τοῦ δεσπότου παιδὶ εἰς τὴν ἀρχὴν καὶ ὑμῖν αὐτοῖς εἰς εὐπραγίαν ὠφέλειάν τινα ἐργάσασθαι. σκεψώμεθα δὴ ἐπ' ἀμφοτέρων· κἂν μέν τινα ἐκ τῶν εἰργασμένων ἢ ἐξ ὧν αὐτοὶ ἐλπίζετε δυνώμεθα εὑρεῖν, ταῦτα πράττειν ἐξ ὧν ἂν εἰς πέρας ἔλθοι τὰ βεβουλευμένα· ἂν δ'
P. 321 ἐναντίως ἔχοντα ἢ αὐτοὶ ὑπονοῆτε, μὴ μόνον μὴ ἀφίστασθαι

tuissent. Nunc palam esse, eos de iis loqui, quae nec unum diem sunt eadem, sed varie commutantur. Quare et verba cum rebus ad eorum utilitatem oportuisse congruere: admonebatque, ut e prudentioribus aliquem mitterent, quem, quid ipsis expediret, docere posset. Et si quidem is sibi assentiretur, bene: sin autem, rursum eis integrum fore, ea persequi, quae profectura ducerent. Sic ille verbis quodammodo cum ipsis velitabatur. Qui cum respondissent, missuros aliquem, si concilio placuisset, postridie Richardum, Nicephori paedagogum, ceteris nobiliorem ac prudentiorem mittunt. Congressus cum eo magnus domesticus, sic ait: Neminem ego mortalium, nisi a mente desertissimum, non ad finem aliquem in quibuscumque actionibus suis respicere iudico. Quod igitur primum fidem prodidistis et nunc in obsidione istam animi, quae videtur, altitudinem adhibetis, non alia de causa id facere vos autumo, quam ut Nicephoro despotae filio ad principatum et vobis ipsis aliquid ad felicitatem adiumenti afferatis. Ergo age, utrumque consideremus: ita, ut siquidem ex iis quae facta sunt, aut ex iis quae speratis, invenerimus quippiam, quo consulta vestra finem suum sortiantur, id ne omittatis: sin contra invenerimus, quam vos suspicamini, ut

τῶν μὴ ὀρθῶς ἐχόντων, ἀλλὰ καὶ ἐμοὶ πείθεσθαι παραινοῦντι A.C. 1339 τὰ συνοίσοντα. ὑμεῖς τοίνυν βασιλέως ἀποστάντες οὐδὲν εἰς ὑμᾶς ἀγνωμονήσαντος, προσεχωρήσατε τοῖς Ταραντίνοις οὐχ ἁπλῶς οὐδὲ ἀλόγως, ἀλλ' οἰόμενοι τῇ ἐκείνων συμμαχίᾳ Ἀκαρνανίαν δυνήσεσθαι ὑπάγειν ἑαυτοῖς. τοῦτο δὲ οὐδὲ ὀλίγου δεῖ τοῦ εἶναι δυνατόν. αὐτοὶ γὰρ ἀφ' ἑαυτῶν ἰδίᾳ κινούμενοι V. 257 πλεονεξίᾳ πολλάκις Ἀκαρνᾶσι στρατῷ μεγάλῳ ἐπεστράτευσαν καὶ τὴν χώραν ἐκάκωσαν ὅσα μάλιστα ἐξῆν· πόλεως δὲ οὐδεμιᾶς ἠδυνήθησαν κύριοι γενέσθαι, οὔτε ὅπλοις βιασάμενοι οὔτε πολιορκίᾳ ἀναγκάσαντες ὁμολογίᾳ παραδοῦναι, ἀλλ' ἀνεχώρησαν B ὧν ἦγον ἀποβαλόντες οὐκ ὀλίγους, πλὴν εἰ μὴ ὧν αὐτοῖς ἑκόντες οἱ Ἀκαρνανίας ἄρχοντες παρεχώρησαν, Βοντίτζης καὶ Ναυπάκτου καὶ Βοθρεντοῦ, ὥστε ἔχειν αὐτοὺς συμμάχους πρὸς τὸν πρὸς βασιλέα Ῥωμαίων πόλεμον. οἱ οὖν Ἀκαρνᾶσι μόνοις πολεμοῦντες οὐδὲν ἠδυνήθησαν ἀνύσαι πλέον, τίς ἐλπὶς περιγενέσθαι νῦν καὶ βασιλέως παρόντος ἅμα στρατιᾷ, ὃς πρότερόν τε καὶ νῦν ῥᾷον ἐξαρκεῖ Ἀκαρνᾶσιν ὁμοῦ καὶ Ταραντίνοις πολεμεῖν; οὐ μὴν ἀλλ' οὐδὲ ὑμῖν ἐλπὶς Ἀκαρνάνων τινὰς συναποστῆναι· καὶ οἱ γὰρ πρότερον Ῥώγιοι καὶ Ἀρταῖοι συναπέστησαν, καλῶς περὶ σφῶν αὐτῶν C βουλευσάμενοι τὰ δέοντα, βασιλεῖ τὰς πόλεις παραδόντες προσεχώρησαν καὶ σφίσι τε αὐτοῖς αἴτιοι ἐγένοντο εὐπραγίας. πολλῶν γὰρ ἐπέτυχον τῶν βασιλέως εὐεργεσιῶν καὶ τοῖς πολίταις τοῖς αὐτῶν. ὡς μὲν οὖν εἰ καὶ ἥξουσι Ταραντῖνοι,

non solum, quod verum et rectum non est deseratis, sed et mihi bene consulenti obtemperandum existimetis. Vos itaque nullo imperatoris peccato offensi, ad Tarentinos transfugistis: nec id simpliciter et inconsulto, sed rati illorum opibus Acarnania potituros. Hoc autem quantum ab effectu abest? Ipsi enim sua privatim cupiditate et avaritia impulsi, saepius in Acarnanas cum magno profecti exercitu, regionem quidem populationibus et maleficiis infestam habuerunt, urbem tamen nullam nec armis expugnando ceperunt, nec obsidendo ad deditionem coegerunt, sed copiis non parum imminutis, remearunt: paucas nempe Bontitzen, Naupactum et Bothrentum excipio, quibus Acarnaniae principes, ut eos belli contra imperatorem socios haberent, cesserunt. Qui igitur cum Acarnanibus solis bello contendentes, nihil egerunt, quae spes superaturos nunc praesentem imperatorem cum exercitu, qui et alias potuit et nunc facilius potest cum Acarnanibus et Tarentinis simul bellum gerere? At neque vobis sperare licet, Acarnanum aliquos vestro exemplo defecturos. Nam qui prius vobiscum defecerant Rhogii et Artaei, rebus suis probe consulentes, imperatori se addixerunt multaque sibi ac civibus suis ab eo dona consecuti, felicem statum invene-

A.C. 1339 ὀλίγα ἢ οὐδὲν λυσιτελήσουσιν ὑμῖν, δέδεικται ἡμῖν· ὅτι δὲ οὐδὲ ἥξουσι τὴν ἀρχὴν, αὐτόθεν ἤδη πειράσομαι κατάδηλον ποιεῖν. πᾶς γὰρ ὁστισοῦν ἰδίων ἕνεκα ἐγκλημάτων ἢ ἑτέροις συμμαχῶν ἁπτόμενος πολέμου, ἐν ἀρχαῖς μὲν μάλιστα καὶ χρήμασι καὶ ὅπλοις ἐῤῥωμένος ἔχεται προθύμως· ἐὰν δὲ ἅπαξ καὶ δὶς ἐπιχειρήσας σφαλῇ, ἀμβλύνεται. πριγκίπισσα D τοιγαροῦν, ὡς αὐτοί τε οἴεσθε καὶ ἡμεῖς οὐκ ἂν ἔξαρνοι γενοίμεθα, προθύμως τοῦ ὑπὲρ ὑμῶν πολέμου ἁπτομένη ἐν ἐνιαυτῷ μάλιστα, ᾧ πολεμεῖσθε ὑφ' ἡμῶν, παρασκευαζομένη, νῦν τὰς δέκα ταύτας πέπομφε τριήρεις, αἳ οὐχ ὅτιγε ὑμῖν, ἀλλ' οὐδὲ ἑαυτοῖς ἀμύνειν οἷοί τέ εἰσιν. ἐμοῦ γὰρ παρὰ θάλασσαν ἐστρατοπεδευμένου, οὔτε ἀπέβησαν οὔτε ἀποβῆναι οἷοί τέ εἰσιν, ἀλλ' ὀλίγον ἀπεοίκασιν ἀψύχων. λείπεται δὴ οὖν κεναῖς χερσὶ πρὸς τὴν πέμψασαν ἐπανελθεῖν. ἐκείνη δὲ ὁρῶσα ὡς οὐκ ὀλίγων τινῶν ἀναλωμάτων οὐδὲ φαύλης πραγματείας ὁ πρὸς βασιλέα δεῖται πόλεμος, ἀποσχήσεται ἐπιχειροῦσα ἀδυνάτοις· ὑμῖν δὲ ἐρήμοις τῆς ἐκεῖθεν βοηθείας λειπομένοις P. 322 οὐδὲν ἄλλο λείπεται ἢ σφᾶς αὐτοὺς ἐν ἀνδραπόδων μοίρᾳ παραδοῦναι ἐνδείᾳ πιεσθέντας καὶ δούλους καὶ ἀναστάτους γενέσθαι, ἢ πολιορκουμένους ἐνταῦθα ἀπολέσθαι πανδημεὶ ἐν φρουρίῳ πνιγηρῷ καὶ πλήρει δυσωδίας κατακεκλεισμένους. ἔξεστιν οὖν συνορᾷν τὴν ὠφέλειαν, ἧς αὐτοί τε καὶ Νικηφό-

8. ὑμῶν ED. P. pro ἡμῶν.

runt. Tarentini itaque, etiamsi venerint, parum aut nihil vobis operae navaturos demonstratum est: prorsus autem non venturos, inde conabor ostendere. Quicumque aut propter privatas offensiones aut ut socius bellum capessit, principio quidem, dum ab armis et pecunia est instructissimus, impigre opus invadit: si semel iterumque id frustra fecerit, languescit impetus. Princeps igitur Tarentina vestra opinione et vero etiam nostra, prompte pro vobis bellum capessens, uno hoc anno, quo a nobis oppugnamini, comparatas triremes hasce misit: quae tantum abest, ut vos defendant, ut nec se ipsas queant defendere. Me enim iuxta mare castrametante, nec descenderunt classiarii, nec quasi essent mortui descendere potuerunt. Reliquum est, ut vacuis manibus ad eam redeant, a qua missi sunt. Quae cum intelliget, bellum adversus imperatorem nec modicis sumptibus et magnis egere laboribus, de cetero quae effici non possunt, non tentabit. Vobis vero illo frustratis auxilio, aliud nihil restabit, quam ut vexati et rerum egestate oppressi, pro mancipiis vos tradatis, ac sedibus vestris profugi servitutem serviatis, aut hic in oppidulo aestuoso ac foetoris pleno obsessi et conclusi, cum populo universo intercatis. Quamobrem hinc utilitatem, quam vobiscum despota vester ex hac defectione capturus sit, perspicere licet. Quod

ρος ὁ ὑμῶν δεσπότης ἀπολαύσεται ἐκ τῆς ἀποστασίας. εἰ δ' A.C. 1339 ἄρα καὶ συγχωρήσαιμεν παρασκευῇ μεγάλῃ Ταραντίνους ἐκ τῆς οἰκείας ὁρμηθέντας ἐνθάδε ἥκειν, ἄδηλον μὲν εἰ καὶ οὕτω δυνήσονται ἡμᾶς Ἀκαρνανίας ἐξελάσαι, οἳ οὐδὲ πρὸς μόνους Ἀκαρνᾶνας, καίτοι γε πολλάκις ἐπιχειρήσαντες, ἴσχυσαν χωρὶς ζημίας ἀπαλλάξαι πολεμοῦντες. εἰ δ' ἄρα καὶ B τοῦτο δοίημεν, τὸ ἡμῶν αὐτοὺς ὀφθέντας κρείττους παραστήσασθαι τὰς πόλεις, τότε γε ὑμῖν τὰ πράγματα οὐδεμιᾶς βέλτιον ἕξει δυσπραγίας. ἀνάγκη γὰρ ὑμᾶς αὐτοῖς δουλεύειν. οὐ γὰρ δήπου γε ἀνοηταίνουσι τοσοῦτον, ὥστε οὗ πολλάκις ἐπεθύμησαν, μετὰ τοὺς μεγάλους πόνους καὶ κινδύνους εἰ παρέσται, ἀνάγκης οὐδεμιᾶς παρούσης ὑμῖν προέσθαι. ὁποία δὲ ἡ Ταραντίνων καὶ τῶν ἄλλων Λατίνων δουλεία, αὐτοὶ ἴστε πείρᾳ βέλτιον ἡμῶν. ὥστε εἴτε συμμαχήσουσιν ὑμῖν οἱ V. 258 Ταραντῖνοι, εἴτε μή, εἴτε νικήσουσιν ἡμᾶς, εἴτε ἡττηθήσονται αὐτοί, οὐδὲν ὑμῖν ἐλλείπει τοῦ μὴ εἰς ἔσχατον κινδύνου ἀφικέσθαι. οὐ μὴν ἀλλ' οὐδὲ ἡμᾶς ὀλιγωρήσαντας διὰ τὸν C χρόνον ἀποστήσεσθαι τῆς πολιορκίας οἴεσθαι, νοῦν ἐχόντων ἐστὶν ἀνθρώπων. οὐ γὰρ δὴ αὐτοὶ καθεδούμεθα μέχρι παντὸς ὑμᾶς πολιορκοῦντες. νῦν μὲν γὰρ βασιλεὺς οἰόμενος ἐξ αὐτῶν διδαχθέντας τῶν πραγμάτων, ὡς οὐ λυσιτελοῦντα ἐβουλεύσασθε ὑμῖν αὐτοῖς, μεταγνόντες προσχωρήσετε αὐτῷ, αὐτός τε ἔτι περιμένει καὶ οὐδὲ τὰς κτήσεις ὑμῶν τὰς ἐν ταῖς ἄλλαις πόλεσι παρέσχετο ἑτέροις· ἂν δὲ ἀπογνῷ τὴν με-

si etiam concederemus, cum ingenti apparatu concitatos huc venire Tarentinos, incertum est, num et sic nos Acarnania queant depellere: qui nec a solis Acarnanibus, quamvis eos saepe aggressi, sine detrimento potuerunt discedere. Quod si et hoc daremus, illos nobis potentiores existimatos, urbes subacturos: nihilo minus tum quoque misera erit vestra et infelix conditio. Necessario enim illis servietis. Non enim profecto adeo insipientes sunt, ut quod saepenumero cupierunt, si id post magnos labores et pericula assequantur, citra ullam necessitatem vobis condonent. Quale autem et quam durum Tarentinorum aliorumque Latinorum imperium sit, vos experientia ipsa melius quam nos cognovistis. Quocirca sive adiuvabimini a Tarentinis, sive non: sive nos vicerint, sive a nobis vincentur, nihil aberit, quominus in extremis malis versemini. Sed neque nos diuturnitate remissiores factos obsidionem soluturos arbitrari prudentis est hominis. Nos ipsi quidem non semper vobis assidebimus. Nunc enim imperator, arbitrans ipso eventu doctos, quam de vobismet male merueritis, mutata voluntate ad se accessuros, et ipse adhuc exspectat, et quas in aliis urbibus habetis facultates, nondum in alios dispertit. Si vos calculum reducturos de-

A.C. 1339 ταμέλειαν ὑμῶν, οὐ μόνον τὰ ὑμέτερα κτήματα, ἀλλὰ καὶ τῶν ἄλλων συγγενῶν ὑμῶν τοῖς δυνατωτάτοις Ἀκαρνάνων παραδώ-
D σει· οἳ κέρδους ἕνεκα ἰδίου καὶ ὑπὲρ δύναμιν πολεμήσουσιν ὑμῖν ὡς πολεμιωτάτοις καὶ ὀλίγην ἔχοντες ἐκ βασιλέως στρατιὰν, καὶ οὐκ ἀνήσουσι πολιορκοῦντες ἄχρις οὗ παραστησάμενοι αὐτούς τε καὶ γυναῖκας καὶ τέκνα, θήσουσιν ὑπερορίους. βασιλεὺς δὲ καὶ ἡμεῖς οἴκαδε ἀναχωρήσομεν. σκέψασθε οὖν οἵ κακῶν ὁ πρὸς βασιλέα πόλεμος ὑμῖν χωρήσει· ἐὰν δ' ἐμοὶ τὰ βελτίω παραινοῦντι πείθησθε καὶ ἑαυτοὺς βασιλεῖ καὶ τὴν πόλιν παραδῶτε, πρῶτον μὲν, ὅπερ αὐτοὶ διὰ σπουδῆς ποιεῖσθε, τὸ Νικηφόρῳ τῷ ὑμῶν δεσπότῃ ὠφέλειάν τινα ἐξευρεῖν, ἐξέσται. ἐγὼ γὰρ αὐτῷ τὴν ἐμὴν κατεγγυήσω θυγατέρα· ὅπερ ὅτι γε οὐδενὸς δεύτερον εἰς εὐτυχίας λόγον οὐδ' αὐτοὶ ἀγνοεῖτε
P. 323 δήπου. ἐγώ τε γὰρ ὡς υἱὸν ἐκθρέψω, καὶ βασιλεὺς τῆς εἰς ἐμὲ εὐνοίας ἕνεκα τιμαῖς τε καὶ πολλαῖς εὐεργεσίαις περιφανῆ παρὰ Ῥωμαίοις θήσει. ἔπειτα καὶ ἑαυτοῖς οὐκ ὀλίγων τινῶν ἀγαθῶν αἴτιοι γενήσεσθε. ἐνταῦθά τε γὰρ ὑμᾶς εὖ ποιήσει βασιλεὺς, οἷς εἴχετε πρότερον καὶ ἕτερα προσθείς· καὶ τῶν Νικηφόρῳ τῷ ὑμῶν δεσπότῃ ἀπονεμηθησομένων ἀπολαύσετε τὸ μέρος. πλείω μὲν οὖν οὐκέτι δεῖν οἴομαι συνείρειν· ἱκανὰ γὰρ παρ' εὖ φρονοῦσι καὶ τὰ εἰρημένα, ὅσων τε κακῶν ὑμῖν ὁ πόλεμος αἴτιος ἔσται καταμαθεῖν καὶ ὅσων ἀγαθῶν τὸ προσχωρῆσαι βασιλεῖ· ὑμῖν δὲ ἐξέσται διασκεψαμένοις, τῶν εἰ-

16. ὀλίγον legebatur.

speraverit, non vestras dumtaxat, sed et cognatorum vestrorum fortunas Acarnanum potentissimis gratis dabit. Qui sui quaestus cupidine commoti, vel ultra vires animosi et parvo ab imperatore accepto praesidio, ut perniciosissimos hostes vos oppugnabunt, nec obsidere cessabunt, quoad subactos cum coniugibus et liberis patria extorres reddiderint. Nos cum imperatore domum revertemur. Videte igitur, quibus casibus hoc bellum vos obiectabit. Si me meliora suadentem audieritis, vosque et urbem imperatori dedideritis, primum quidem, quod studetis, Nicephoro despotae vestro commodare licebit: ego enim filiam meam ei uxorem coniungam, quod in summa felicitate ponendum, nec vos nescitis. Praeterea, ut filium meum educabo: et imperator, qui mihi bene vult, mea causa honoribus ac beneficiis apud Romanos amplitudinem eius illustrabit. Adde quod et vobis non pauca hinc emolumenta parabitis. Nam et hic opes vestras cumulabit imperator, et quae Nicephoro despotae vestro assignabuntur, ex iis fructum aliquem capietis. Plura acervanda dictis non censeo, cum ex his qui sapiunt possint intelligere, quantam vim malorum bellum, quantam vicissim bonorum copiam deditio allatura sit. Vos considerate et utrumvis eligitote. Ut absolvit

ρημένων προσθέσθαι ὁποτέροις." Τοιαῦτα διειλεγμένου τοῦ A.C. 1339 μεγάλου δομεστίκου, ὁ Ῥιτζάρδος τῶν μὲν Νικηφόρῳ συμ- B παρόντων ἄλλων ὡμολόγει καὶ αὐτὸς προέχειν· δεῖν δὲ ἔφασκε καὶ ἐκείνους περὶ τῶν εἰρημένων πυθομένους, κοινῇ τῶν πρακτέων τὴν ψῆφον ἐξαγαγεῖν. ἐπαινοῦντος δὲ καὶ τοῦ μεγάλου δομεστίκου, ἀνεχώρησεν εἰς τὴν πόλιν, ἐπαγγειλάμενος εἰς τὴν ὑστεραίαν ἥξειν ὡς λόγον ἀποδώσων. ἐκκλησίαν δὲ συναθροίσας ἐκ τῶν συνόντων, ἐβουλεύετο ἅμα αὐτοῖς εἰ δέοι βασιλεῖ σφᾶς αὐτοὺς καὶ τὴν πόλιν ἐγχειρίζειν. καὶ ἐδόκει αἱρετέα εἶναι ἃ αὐτοῖς ὁ μέγας δομέστικος παρῄνει. ἐπεὶ δὲ ἐδέδοκτο, εἰς τὴν ἐπιοῦσαν ὁ Ῥιτζάρδος αὖθις τῷ μεγάλῳ C δομεστίκῳ προσελθὼν, ἐμαρτύρετο θεὸν, ὡς οὔτ' ἀπεχθῶς διακείμενοι πρὸς βασιλέα, οὔθ' ἑαυτοῖς τινα οἰόμενοι ὠφέλειαν ἐκ τῆς ἀποστασίας προξενήσειν, εἱλόμεθα ἀποστῆναι βασιλέως· οἰόμενοι δὲ, ἂν αὐτοὶ πρῶτοι ἀποστῶμεν, καὶ τοὺς ἄλλους Ἀκαρνᾶνας συνέψεσθαι ἡμῖν καὶ τὴν πατρῴαν ἀρχὴν Νικηφόρῳ ἀποδώσειν, ἑκόντες ὄντες εἰσήχθημεν εἰς τοὺς κινδύνους, εὔκλειάν τε ἑαυτοῖς καὶ ὠφέλειαν τῷ ἡμετέρῳ δεσπότῃ οἰόμενοι προξενήσειν. τῶν πραγμάτων δὲ ἀντεστραμμένων, ἀπέβη τἀναντία ἢ αὐτοὶ προσεδοκῶμεν. νῦν οὖν καὶ ἡμῖν πολλὰ περὶ τῶν παρόντων διασκεψαμένοις λυσιτελέστερον οὐδὲν ἐν τῷ παρόντι οὔθ' ἡμῖν οὔτε Νικηφόρῳ ἢ ὧν D συνεβούλευσας αὐτὸς, εὑρέθη. οὗ δὴ ἕνεκα σφᾶς τε αὐτοὺς καὶ τὴν πόλιν διὰ σοῦ παραδιδοῦμεν βασιλεῖ· αὐτὸς δ' ἂν εἰδείης ὅτῳ τρόπῳ βέλτιστα ἡμῖν τὰ πράγματα παρασκευά-

11. Pro αὖθις legebatur αὐτοῖς.

domesticus, Richardus inter familiares Nicephori primas tenere se, ipse quoque non negabat: tamen ad illos quoque referendum et communiter, quid agi conveniret, decernendum. Approbante magno domestico, die sequenti rediturum responsumque relaturum pollicitus, in urbem se recepit. Coacto e praesentibus conventu, quaerunt, ecquid se et oppidum tradant: magnique domestici monitis obsequelam faciendam consensu firmant. Postridie rediens Richardus Deum testatur, ipsos neque odio imperatoris, neque sui quaestus causa eius fraenos excussisse: sed opinantes, si primi deficerent, reliquos Acarnanas secuturos et hoc modo paternum regnum Nicephoro restitutum iri, ultro se periculo involvisse, ut Nicephoro auxilio essent et sibi decus compararent. Rebus autem retro sublapsis, contra exspectationem evenisse. Nunc ipsis quoque diligenter statum suum contemplatis, nihil in praesens vel sibi vel Nicephoro repertum utilius, quam quod ipse suasisset. Quapropter et se et urbem eos per manus eius imperatori tradere: nosse ipsum, quid

A.C. 1339 σεις ἔχειν. Ὁ μὲν οὖν τοιαῦτα εἶπεν· ὁ μέγας δὲ δομέστι-
V. 259 κος ἐπαινέσας τῆς μεταβολῆς αὐτοὺς καὶ ὧν ἐδέοντο ἐπαγ-
γειλάμενος πράξειν αὐτοῖς παρὰ τῷ βασιλεῖ, ἐκέλευεν ἐλθόντα
εἰς τὴν πόλιν καὶ Νικηφόρον καὶ τοὺς ἄλλους παραλαβόντα
ἥκειν πρὸς αὐτόν.

P. 324 λή. Ἐπεὶ δὲ εἰς τὴν ὑστεραίαν ἅμα καὶ Νικηφόρον ἄ-
γοντες τὸν δούκαν εἰς τὸ στρατόπεδον παρῆσαν, καὶ τῶν Τα-
B ραντίνων ἔτι παρόντων ταῖς ναυσὶ καὶ ὁρώντων τὰ πραττό-
μενα, Θωμοκάστρῳ μὲν ἐγκατέλιπε φρουρὰν τοῦ μὴ παρὰ
τῶν Ταραντίνων τι ἀδικηθῆναι, τῆς στρατιᾶς ἀναχωρούσης
αὐτὸς δὲ Νικηφόρον τὸν δούκαν ἅμα τοῖς ἄλλοις παραλαβών,
ἐπανέζευξεν εἰς βασιλέα. βασιλεὺς δὲ ἀσμένως ἐδέξατο αὐ-
τοὺς καὶ πολλαῖς ἠμείψατο εὐεργεσίαις· Νικηφόρον δὲ τὸν
δούκαν τῷ τε τοῦ πανυπερσεβάστου τετίμηκεν ἀξιώματι καὶ
πολλῆς ἠξίωσεν εὐμενείας καὶ οἰκειότητος τῆς πρὸς αὐτόν.
διατρίψας δὲ ἐν Ἀκαρνανίᾳ ἐξ ἐκείνου ὑπὲρ εἴκοσιν ἡμέρας,
καὶ ὅσα μάλιστα ἔδει πρὸς ἀσφάλειαν ταῖς πόλεσι καταστή-
C σας, ἐπανέζευξεν εἰς Θεσσαλονίκην, χειμῶνος ἤδη ἀρχομένου,
Νοεμβρίου μηνὸς ἐνισταμένου, καὶ διεχείμασεν ἐκεῖ. κατὰ
δὲ τὸν αὐτὸν χειμῶνα καὶ οἱ Ματθαίου τοῦ Καντακουζηνοῦ,
τοῦ μεγάλου δομεστίκου πρώτου υἱοῦ, ἐτελοῦντο γάμοι ἐν
Θεσσαλονίκῃ. ἔγημε γὰρ τὴν Δημητρίου τοῦ δεσπότου θυγα-
τέρα, ὃς ἦν βασιλέως Ἀνδρονίκου τοῦ πρώτου τῶν Παλαιο-
λόγων παῖς. τελεσθέντων δὲ τῶν γάμων πολυτελῶν τε καὶ
A.C. 1340 περιφανεστάτων, ἐπεὶ καὶ ὁ χειμὼν ἤδη περὶ ἐκβολὰς ἦν,

rebus eorum quam optime faciat. Tum magnus domesticus illorum ad partes meliores conversionem laudavit, et quibus egerent, ab imperatore impetraturum fidem dedit iussitque, ut in urbem regressus, cum Nicephoro et aliis ad se reverteretur.

38. Postquam die altero Nicephorum ducam secum adducentes in castris affuerunt, Tarentinis adhuc cum classe praesentibus et quae fierent aspicientibus, domesticus Thomocastri praesidiariam manum reliquit, ne quid, exercitu recedente, Tarentini per iniuriam molirentur: ipse cum Nicephoro duca aliisque ad imperatorem rediit. Quos ille accipit humaniter et muneribus multis honorat: Nicephorum Panhypersebasti dignitate condecorat praecipuaque benevolentia et familiaritate dignatur. Cumque in Acarnania dies adhuc plus vicenos mansisset, et quae ad urbes tutandas potissimum pertinebant, praescripsisset, hiemis initio, mense Novembri instante, Thessalonicam revertens, ibidem hiberna egit. Eadem Matthaei Cantacuzeni primogeniti magni domestici nuptiae cum filia Demetrii despotae, Andronici Palaeologi senioris filii, Thessalonicae sumptuosissime splendidissimeque peractae sunt: secundum quas hieme iam praeci-

παρεσκευάζετο βασιλεὺς ὡς εἰς Βυζάντιον ἐπανήξων. μεταξὺ A. C. 1340
δὲ παρασκευαζομένῳ καὶ ὁ παρακοιμώμενος Ἀπόκαυχος ἐκ
Βυζαντίου ἧκεν. οὐ πολλαῖς δὲ ὕστερον ἡμέραις τῷ μεγάλῳ
δομεστίκῳ προσελθὼν, ἀνεμίμνησκέ τε παλαιῶν εὐεργεσιῶν D
ὧν ὑπῆρξεν εἰς αὐτὸν καὶ νῦν ἐδεῖτο, τῶν μὲν ἐτησίων προσ-
όδων, ἃς αὐτὸς καρποῦται, βασιλέως παρασχόντος, κληρονό-
μους εἶναι παῖδας τοὺς αὐτοῦ· αὐτὸν δὲ ἀδείας τυχόντα ἐκ
βασιλέως, φροντιστηρίῳ προσελθεῖν, πᾶσι τοῖς τοῦ βίου χαί-
ρειν εἰπόντα, μίαν δὲ ποιούμενον φροντίδα τὸ τὴν ψυχὴν ἐκ
τῶν πολλῶν κηλίδων, ἃς αὐτῇ προσετρίψατο ἐκ τῶν πραγμά-
των, ἐκκαθᾶραι. εἰς τοῦτο γὰρ ἐκ Βυζαντίου ἥκειν, οὐδεμίαν
ἑτέραν τῆς ἐπιδημίας ἔχοντα αἰτίαν. ὁ μέγας μὲν οὖν δομέ-
στικος οἰόμενος τὰ εἰρημένα εἶναι ἀληθῆ, αὐτός τε ἔφασκεν
οὐκ ἂν ἐνδώσειν, μήτε βασιλεῖ περὶ τούτου διαλέξεσθαι. ὁ δὲ
αὖθις καὶ πολλάκις προσελθὼν, ἐδεῖτο περὶ τῶν αὐτῶν καὶ
ὅρκους προσετίθει ὡς οὐ πλάττεται τὴν αἴτησιν, ἀλλὰ προὔρ- P. 325
γου παντὸς αὐτῷ ἡ ἀναχώρησις τοῦ κόσμου καὶ ὡς οὐδ᾽
ἂν εἴ τι γένοιτο μεταβάλοι τῆς προθέσεως. διὸ καὶ ταύτην
ἱκέτευε τελευταίαν εὐεργεσίαν καταθεῖναι ἐπὶ πολλαῖς ταῖς
πρότερον γεγενημέναις. ὁ μὲν οὖν τοιαῦτα μετὰ σπουδῆς ἐ-
δεῖτο ὡς ἐδόκει. ὁ μέγας δὲ δομέστικος ἀλγῶν μὲν καὶ τὴν V. 260
ψυχὴν δακνόμενος ἐπὶ τῇ τούτου ἀναχωρήσει, ὅμως δὲ ἀ-
ναγκαίαν τὴν αἴτησιν ὁρῶν, ἀπήγγελλε βασιλεῖ ὅσα ὁ παρα-
κοιμώμενος ἐδεῖτο. βασιλεὺς δὲ ὑποπτεύσας, ὅπερ ἦν, ὡς

9. εἰπόντα ed. V. recte pro ἀπόντα.

piti, dum se imperator ad reversionem Byzantium instruit, Apocauchus cubiculo sacro praefectus inde veniens, paucis diebus magnum domesticum adit, quibus olim beneficiis ultro ab eo esset obligatus in memoriam redigit: rogat, ut filii sui rediтuum, quos in singulos annos caperet, imperatoris concessu heredes instituantur, sibi autem eiusdem bona venia monasterium liceat ingredi, valedicentem rebus huius vitae omnibus et in una tantummodo solicitudine versantem, quo pacto ex anima sua tot maculas quotidianis actionibus inustas eluat: et hanc unam causam profectionis huius sibi extitisse. Magnus domesticus illum vera narrare opinatus, nec se id permissurum, nec cum imperatore super ea re locuturum asseveravit. Apocauchus rursum ac saepius accedere, idem flagitare et iurare, se ex animo petere sibique tam frugiferum nihil posse contingere, quam a mundo secedere: nec susceptam voluntatem depositurum, quo res cumque ceciderit. Orabat igitur suppliciter, ut ad multa in se benefacta hoc postremum adiicere ne gravaretur. Itaque ille quidem serio videbatur hoc poscere. Magnus autem domesticus quia petitionem videbat momenti maximi, eam imperatori exponit, quem

A.C. 1340 οὐκ ἀληθῆ τὰ εἰρημένα, ἀλλά τινος ἕνεκα αἰτίας πλάττεται
B ἑτέρας, θαυμάζειν ἔλεγε τῷ μεγάλῳ δομεστίκῳ, εἰ ταῦτα ὄν-
τως οἴεται εἶναι ἀληθῆ. τοῦ δὲ διϊσχυριζομένου, μὴ ἂν ἄλ-
λως ἔχειν, „οὐκοῦν" αὐτῷ ἔφασκε „πείρας ἕνεκα φράσον ὡς
βασιλεῖ μὲν οὐκ ἂν εἴη κατὰ γνώμην, ἀλλὰ καὶ ἄχθοιτο
μᾶλλον, τοῦ βίου σοῦ ἀναχωροῦντος. ὡς ἂν δὲ μὴ πράγμα-
τος οὕτω καλοῦ καὶ θεοφιλοῦς κώλυμα αὐτὸς ὀφθεὶς δοκῇ
βασκαίνειν τοῖς καλοῖς, ἐνδίδωσιν". ὁ μέγας δὲ δομέστικος
μὴ πείρας ἕνεκα τοιαῦτα λέγειν ἔφασκε· δέον, ὡς οὐκ ἂν
φθάνοι τὴν ἀπολογίαν εἰληφὼς, καὶ συνταξάμενος ἀναχωρή-
σει· ἀλλὰ μᾶλλον εἴ τι δέοιτο αὐτοῦ, κωλύειν. βασιλεὺς δὲ
καὶ αὖθις ἔφασκε τὰ προειρημένα λέγειν πρὸς αὐτόν· καὶ
C γὰρ ἀκούσεταί τε τῶν λόγων καὶ μενεῖ ἐπὶ τοῖς πρότερον. ὁ
μὲν οὖν ἐπείθετό τε βασιλεῖ καὶ παρακοιμωμένῳ ἐξήγγελλε
τοὺς βασιλέως. ὁ δὲ μηδὲ ὅλους σχεδὸν ἀκοῦσαι ἀναμεί-
νας, οἴεσθαι ἔφασκε μάλιστα κατὰ γνώμην εἶναι βασιλεῖ
τὴν ἐκείνου ἀναχώρησιν καὶ ὅλῃ προθέσει ἐπιτρέπειν· ἐ-
πεὶ δὲ οὐ φίλον αὐτῷ, οὐδ' αὐτὸν ποιήσειν. ὁ μὲν οὖν
ὡς ἐπὶ τοῖς πρότερον λεγομένοις ἐξηπατᾶτο συνιεὶς, βασιλεῖ
μετὰ παιδιᾶς προσελθὼν ἀπήγγελλεν ὅσα ὁ παρακοιμώμενος
ἀποκριθείη. βασιλεῖ δὲ διατριβήν τε οὐ μετρίαν παρέσχοντο
οἱ λόγοι καὶ τῷ μεγάλῳ δομεστίκῳ παίζων ἔλεγεν, ὡς νῦν
γοῦν ἂν πεισθείη, ὀξύτερόν τε νοεῖν ὄντα αὐτοῦ καὶ μᾶλλον
D ἐκ τῶν λόγων εἰδότα καταστοχάζεσθαι γνώμας ἀνδρῶν. ὁ δ'

suspicio vera incessit, rem non ita se habere, sed alia quapiam de causa totum fingi. Proinde mirari se dixit magnum domesticum, si fidem possit tribuere. Quo asseverante, esse aliter non posse: Ergo tu, inquit, pericliteris velim eique dicas, non probaturum, sed moleste laturum potius imperatorem, si a vita communi se removerit. Verumtamen ne rem adeo honestam Deoque amabilem impediendo videatur ei bona invidere, non repugnaturum. Non opus est, excipit magnus domesticus, tentandi gratia haec ei dicere: simul enim responsum audiet, valedicet ac secedet: sed potius, si quid eo egeat, coepto prohibendum. Imperator iterato iubet eadem dici: nam audientem fore et in statu priore perstiturum. Paret domesticus: imperatoris responsum Apocaucho renuntiat. Qui nec totum quidem audire sustinens, putare se ait, secessum suum imperatori etiam atque etiam iucundum accidere eiusque facultatem libentissime concedere: quia vero ipsi domestico displiceret, non se facturum. Is verbis eius antea se circumscriptum fuisse intelligens, imperatori iocabundus, quid ille responderit narrat. Unde non mediocriter delectatus imperator, domestico per ludum, Saltem nunc credes, inquit, me solertiorem esse te magisque nosse, ex hominum

ἔφασκε, πάλαι τε πεπεῖσθαι οὐδὲ τοσοῦτον ὅσον λανθάνειν δια- A.C. 1340
φέροντα, καὶ νῦν μάλιστα ὁμολογεῖν ὡς ἁπάσαις ψήφοις αὐτοῦ κρατεῖ πρὸς τὸ φρονεῖν. οἱ μὲν οὖν τοιαῦτα πρὸς ἀλλήλους διειλέχθησαν ἐν παιδιᾷ. Ἀπόκαυχος δὲ οὐ μετὰ πολλὰς ἡμέρας αὖθις τῷ μεγάλῳ δομεστίκῳ προσελθὼν, „τὸ μὲν ἀποστῆναι" ἔφασκε „παντάπασι τοῦ κόσμου, καίτοι μάλιστα κατὰ γνώμην ὂν, οὐκ ἐξεγένετο. δεύτερον δὲ, ὅ φασιν, ἐπῆλθέ μοι πλοῦν, τὴν οὐσίαν τοῖς παισὶ διελομένῳ, τὴν διαφέρουσαν ἐμοὶ τοῦ πλούτου μοῖραν εἰς τὸν κατὰ τῶν Περσῶν πόλεμον ἐξαναλῶσαι. οἶσθα γὰρ ὡς ἤδη καὶ αὐτοὶ στόλοις ὅ- P. 326
λοις χρώμενοι, νήσους τε ἤδη ἐξηνδραποδίσαντο σχεδὸν, καὶ πρὸς Θρᾴκην περαιούμενοι καὶ τὴν ἄλλην Μακεδονίαν, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ Ἑλλάδα καὶ Πελοπόννησον κακῶς ποιοῦσιν. εἰ οὖν σοὶ πρῶτον, ἔπειτα καὶ βασιλεῖ πυθομένῳ δόξειε λυσιτελεῖν καὶ παράσχοισθε Βυζαντίου τε καὶ τῶν νήσων τὴν ἀρχὴν καὶ χρήματα ἐκ τῶν κοινῶν ὅσα ἂν ὑμῖν βουλομένοις ᾖ, στόλον ἐξαρτύσομαι αὐτὸς, καὶ ἐκ τῶν ἰδίων προσαναλώσας, καὶ πάσῃ σπουδῇ καὶ προθυμίᾳ πολεμήσω τοῖς βαρβάροις. οἴομαι δὲ Ῥωμαίοις τε ὠφέλειαν οὐ τὴν τυχοῦσαν τὴν ναυτικὴν ταύτην προξενήσειν δύναμιν θαλασσοκρατοῦσαν καὶ ἀπείργουσαν τοὺς B
βαρβάρους τοῦ μὴ τὰς νήσους καὶ τὴν ἤπειρον κακουργεῖν· καὶ πρὸς τὴν σωτηρίαν τῆς ἐμῆς ψυχῆς τὰ μέγιστα συμβαλέσθαι, ἂν οἱονεὶ λύτρα τὰ χρήματα παρεχομένῳ ὑπὲρ τῶν

1. πεῖσθαι legebatur.

verbis eorum sensa coniicere. Tum domesticus, et iampridem credidisse, nec ita excellere ipsum iudicio, ut lateret: et nunc maxime confiteri, se ab eo intelligendi prudentia longe victum esse. Haec illi inter se iocantes. Apocauchus paucis diebus interiectis, denuo magnum domesticum conveniens, mundo penitus nuntium remittere non sibi licuisse dixit, quantumvis id ardentissime cupivisset: verum secundam, quod aiunt, navigationem sibi occurrere, ut divisis inter filios facultatibus, divitiarum sibi partem potiorem retineat, quam in bellum Persicum conferat. Scis enim, inquit, quomodo plenis classibus insulas iam prope in servitutem redegerint: quomodo Thraciam et Macedoniam, eo traiicientes, imo et Helladem ac Peloponnesum incursent. Quare si tibi primum, deinde imperatori abs te persuaso conducere videbitur, ut Byzantii insularumque praefectum me declaretis pecuniamque ex aerario, quantam volueritis, subministretis, ego addens de meo, classem instruam omnique diligentia et alacritate cum barbaris decertabo. Puto autem navalem istam expeditionem mare obtinentem barbarosque coercentem, ne in insulas et continentem grassentur, cum Romanis non parum profuturam: tum ad animae meae salutem momentum prae-

A.C. 1340 μελλόντων ὑπὸ τῶν βαρβάρων ἀποκτίννυσθαι καὶ ἐξανδραπο-
δίζεσθαι. ὡς οὖν εἴς τε τὸ κοινὸν Ῥωμαίων τῆς ἐκεῖθεν ὠ-
φελείας διαβαινούσης καὶ ἰδίᾳ ἐμοὶ οὐκ ὀλίγης ἐσομένης εἰς
τὴν σωτηρίαν τῆς ψυχῆς, δέομαι βασιλέως τε καὶ σοῦ, τὴν
χάριν ταύτην παρασχεῖν". Ὁ μέγας δὲ δομέστικος ἑαυτῷ τε
V.261 καὶ τῷ κοινῷ λυσιτελοῦντα οἰόμενος παρακοιμώμενον αἰτεῖν,
αὐτός τε ἐπείθετο καὶ ἐπηγγείλατο ποιήσειν, καὶ βασιλεῖ ἀ-
C πήγγελλε προσελθὼν, ἅμα καὶ ἐνάγων πρὸς τὸ δεῖν τὴν ἀξίω-
σιν αὐτοῦ λυσιτελοῦσαν πράττειν τῷ κοινῷ. βασιλεὺς δὲ εἰ
σπουδάζων ταῦτα καὶ μὴ εἰρωνευόμενος λέγει ἐπυνθάνετο· ὡς
δ' ἤκουεν, οὐκ ἐν παρέργῳ, ἀλλὰ μετὰ σπουδῆς λέγειν, θαυ-
μάζειν ἔφασκεν αὐτοῦ πολλὰ, εἰ πρὸς τοιαύτην ἐπιχείρησιν
ἀξιόχρεων ᾠήθη ἔσεσθαι Ἀπόκαυχον. εἰ μὲν γὰρ οἰόμενος
σοὶ φίλον εἶναι ταύτην ἐβουλεύσω αὐτῷ τὴν χάριν καταθεῖναι,
ἴσθι σεαυτὸν ἐξαπατῶν· οὐδὲν γὰρ ἧττον ἐγώ σοι πολέμιος,
ἢ ἐκεῖνος φίλος· εἰ δὲ ὡς τῷ κοινῷ λυσιτελήσοντα τὸν κατὰ
Περσῶν πόλεμον ἐγχειρίζειν παραινεῖς, ἔτι μᾶλλον θαυμά-
D ζειν, ὅθεν ὁρμώμενος αὐτός τε ἐπείσθης καὶ ἐμοὶ προείλου
τὰ ἴσα συμβουλεύειν. οὐδὲ γὰρ οὐδὲ παρὰ πάντα τὸν βίον
οὔτε κατεπράξατό τι στρατιώτῃ πρέπον, οὔτε ἐμέλλησεν,
ἀλλὰ φόρων τε εἰσπράξεις δημοσίων καὶ χρημάτων καὶ προσό-
δων διοικήσεις φίλαι, αἷς ἐγγεγηρακὼς, εἰκότως ἐν τοῖς τοι-

2. Post ἐξανδραποδίζεσθαι excidit ἐξέσται. 7. αὐτόν legebatur.

cipuum allaturam, si mihi argentum meum ad futura tamquam lytrum peccatorum impendenti, a barbaris aut captivum abduci aut interfici contigerit. Quando igitur ad commune Romanorum et ad me seorsum, ad salutem animae non parva ex hoc redundatura est utilitas, imperatorem et te rogo, uti hoc apud me beneficium ponere velitis. Magnus domesticus Apocauchum sibi et reipublicae commoda petere iudicans, assensit et facturum spopondit: reque ad imperatorem relata, eum ad petitioni huic, veluti reipublicae salutari, obsequendum impellere institit. Imperator, num ex animo ista citraque dissimulationem dicat sciscitatur: audiensque non quasi aliud agentem, sed dedita opera dixisse: Equidem te impense miror, inquit, cum ad huiuscemodi conatus Apocauchum idoneum censuisti. Si enim arbitratus esse amicum tibi, hoc in eum collocare meritum voluisti, crede mihi, tute tibimet illudis. Tam enim ego tibi inimicus atque hostis, quam ille amicus. Si autem bellum ei contra Persas aggrediundum suades, amplius miror, undenam tu persuasus, idem mihi persuadere nitare. Nunquam hic homo, nunquam in omni vita sua militare aliquod facinus edidit neque edet: sed tributorum publicaeque pecuniae et redituum coactiones procurationesque eum delectant: in quo munere quoniam

οὕτοις ἐμπειρίαν ἐκτήσατο πολλήν. τὰς δὲ τοιαύτας πρά- A. C. 1340
ξεις καὶ τὰς ναυμαχίας ἀνδρὸς δεῖσθαι μάλιστα τοῖς ὅπλοις ἐν-
τραφέντος καὶ σαφεῖς τὰς ἀποδείξεις ἐν πολλοῖς παρεσχημένου
τῆς τε τόλμης καὶ τῆς ἐμπειρίας τῆς κατὰ τὰς μάχας. Ὁ δ' ἔφα-
σκε τὰ ἴσα μὲν καὶ αὐτὸς εἰδέναι περὶ παρακοιμωμένου. οὔτε γὰρ
ἑαυτὸν ἤσκει παρὰ τὸν βίον ἐν τοῖς προσήκουσιν ἔργοις στρατιώτῃ,
οὔτε ἀπόδειξίν τινα παρέσχετο οὐδεμίαν οὔτε τόλμης οὔτε ἐμ- P. 327
πειρίας· ὅθεν οὐδὲ οἷα ἀξιόχρεων πρὸς στρατηγίας τὸν κατὰ
Περσῶν πόλεμον αὐτῷ ἐγχειρίζειν παραινεῖν. ἀλλ' εἰδὼς μάλι-
στα τοὺς Πέρσας πεζομαχίας μὲν καὶ ἱππομαχίας ἐμπειροτά-
τους καὶ δεινοῦ δεομένους τοῦ ἀντιστησομένου στρατηγοῦ, ἐν
ναυμαχίαις δὲ ἀτολμοτάτους δι' ἀπειρίαν καὶ ῥᾳδίους τῷ προσ-
τυχόντι παντὶ ἡττᾶσθαι, ἄλλως τε καὶ τριήρεσι ταῖς ἡμετέ-
ραις πολλοὺς παρεσομένους ἐμπειροτάτους καὶ ναυμαχιῶν καὶ
πεζομαχιῶν, οἷς χρήσεται παρακοιμώμενος διδασκάλοις πρὸς
τὸν πόλεμον, αὐτός τε ᾠήθην μὴ δεῖν ἀμβλύνειν τὴν προθυμί-
αν αὐτοῦ τὴν περὶ τὰ καλὰ καὶ σοῦ ἥκω δεησόμενος τὴν στρα- B
τηγίαν ἐπιτρέπειν. ἴσως γὰρ ἡ προθυμία τῇ ἀτολμίᾳ καὶ ἀ-
πειρίᾳ ἀντίῤῥοπος ὀφθεῖσα, χρήσιμον πρός τι τῶν δεόντων
ἀποδείξει. πρὸς ταῦτα ὁ βασιλεὺς „ὁρῶ μέν σε" εἶπε „μά-
λιστα προθυμούμενον Ἀποκαύχῳ τῶν τριήρεων ἐγχειρίζειν
τὴν ἀρχήν, καὶ διὰ τοῦτο οὐδὲ πολὺν περὶ αὐτοῦ βούλομαι
ποιεῖσθαι λόγον, ἀλλ' ὃ προείλου πρᾶττε. εὔχομαι δὲ μὴ κἂν
τοῖς τοιούτοις αὐτὸς φανεῖσθαι ἀληθεύων." Τοιαῦτα πρὸς

consenuit, iure multam experientiam est adeptus. Haec autem negotia et praelia maritima virum quaerunt maxime, qui militiam a puero toleraverit claraque fortitudinis et bellicae exercitationis documenta saepe dederit. Tum ille, se quoque haud nescire, Apocauchum, quamdiu adhuc vixerit, in nullo opere militari versatum, neque ullum vel generosi animi vel usus bellici specimen prodidisse. Quocirca non se auctorem esse, ut tamquam accommodato duci bellum Persicum mandetur: sed cum videat Persas pedestri equestrique pugna valere plurimum, quibus dux bene peritus opponi debeat, navali autem conflictu eosdem propter insolentiam timidissimos facileque a quovis obvio superari: adhaec in Romanis triremibus fore navalis et terrestris praelii scientissimos, quos ille magistros capere poterit, ideo se existimasse, eius ad res praeclaras impetum retundi non oportere: et ut navalis exercitus imperator fiat, rogatum venisse. Forsitan enim ardorem eius timiditatem pristinam et inscitiam compensaturum, et alicui rei agundae aptum atque utilem redditurum. Rursum imperator, Quia te ad triremium praefecturam Apocaucho mandandam mire propensum cerno, plura non dicam: tu quod deliberatum habes, facias licet. Utinam falsus vates reperiar. Post

A.C. 1340 ἀλλήλους αὐτῶν διειλεγμένων, ἐπεὶ ἐδέδοκτο παρακοιμωμένῳ
Βυζαντίου καὶ τῶν νήσων ἐπιτρέπειν τὴν ἀρχὴν ἅμα τοῖς ἐκ
τούτων ἐτησίοις φόροις, γράμματα ἐγράφετο βασιλικὰ, ἄρ-
χοντα ἀποδεικνύντα παρακοιμώμενον τοῦ στόλου τοῦ κατὰ
C Περσῶν, καὶ ἀπὸ τῶν δημοσίων κελεύοντα λαμβάνειν χρυ-
σίου μυριάδας δέκα ὥστε ἔχειν ἔκ τε τούτων καὶ ἀπὸ τῶν
ἰδίων, ὡς ὑπέσχετο, τριήρεις τε παρασκευάζειν καὶ τὸ μι-
σθοφορικὸν τρέφειν τὸ ἐν ταύταις. ἐπεὶ δὲ τά τε γράμματα
εἰλήφει καὶ τὴν ἀρχὴν ἐνεχειρίσθη, πρὸς Βυζάντιον ἐλθὼν,
τὰ μὲν βασιλικὰ γράμματα οὐ παρέσχετο ἀναγινώσκεσθαι ἐπ'
ἐκκλησίας, ὡς ἂν εἰδεῖεν πάντες ὡς τῆς περὶ αὐτοὺς εὐνοίας
εἴη καὶ κηδεμονίας βασιλέως ὁ στόλος ἔργον ἔκ τε τῶν βασι-
λικῶν χρημάτων ἡ δαπάνη, ἵνα καὶ ἡ εὐφημία τῶν πολλῶν
καὶ ὁ ἔπαινος πρὸς βασιλέα ᾖ. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἀφανείᾳ πα-
D ρεδίδου· αὐτὸς δὲ τὰ μὲν βασιλικὰ χρήματα παρὰ τῶν τὰ
V. 262 δημόσια πραττόντων λαμβάνων κρύφα, οἴκοθεν δὲ ἀναφαν-
δὸν μεταπεμπόμενος, ἐπλήρου τὰς τριήρεις. ἐξ ὧν αὐτὸς μὲν
ἐθηρᾶτο τὴν δόξαν τὴν παρὰ τοῦ πλήθους, καὶ πολὺς ἦν ᾀδό-
μενος παρὰ πᾶσιν ὡς τῶν οἰκείων οὐ φειδόμενος οὔτε χρημά-
των οὔτε πόνων ὑπὲρ τῶν κοινῇ λυσιτελούντων. βασιλεῖ δὲ,
ὥσπερ εἰκὸς, προσετρίβετο τὴν μέμψιν καὶ τὸν γογγυσμὸν τὸν
παρὰ τῶν πολλῶν ὡς τῶν λυσιτελούντων ὑπηκόοις μηδεμίαν
ποιουμένῳ πρόνοιαν. ὅμως δὲ πληρώσας τὰς τριήρεις περιέ-
πλευσε τὰς νήσους μέχρι Χίου, καὶ ἐννέα ναυσὶ Περσικαῖς

colloquium istuc, ubi certum fuit, Apocaucho Byzantii insularumque praefecturam cum earum vectigalibus committere, instrumentum imperatoris nomine confectum est, quo ille classis contra Persas ductor designabatur et de aerario centum aureorum millia sumere iubebatur, ut hinc et ex propriis, quod pollicebatur, triremes compararet ac mercenariis militibus de victu provideret. His litteris acceptis et praefecturam consecutus, Byzantium venit: nec eas in conventu legendas exhibuit, ut omnes nossent, classem imperatoriae erga illos benevolentiae ac solicitudinis opus esse, sumptumque de imperatoris pecunia suppeditari: quo proinde illum vulgus admurmurationibus et laudibus prosequeretur: sed eas quidem occultavit: ipse cum a quaestoribus clam pecuniam acciperet, domo sua manifeste aliam petebat et triremes instruebat: ac popularem auram captabat magnopereque celebrabatur ab omnibus, quod nec pecuniis suis nec laboribus adiuvandae reipublicae causa parceret. Contra imperatorem autem, ut erat consentaneum, apud plebem querelae murmuraque excitabantur, ut qui subiectorum commoda nullo loco haberet. Apocauchus instructis triremibus insulas usque Chium circumnavigans, cum in novem Persicas naves incidisset, iis cum ipsis vectoribus

περιτυχὼν ἐκράτησεν αὐτάνδρων καὶ πάλιν ἀπέπλευσεν εἰς A. C. 1340 Βυζάντιον. πυθόμενος δὲ ὁ βασιλεὺς ὅσα αὐτῷ περὶ τὰ βασιλικὰ γράμματα κακουργηθείη, καὶ ὡς λόγους διαδοίη, μὴ βασιλέως, ἀλλ' ἐκ τῶν ἰδίων εἶναι τὴν δαπάνην τῶν τριήρε- P. 328 ων, ὀργῇ τε ἐφέρετο πρὸς αὐτὸν καὶ πρὸς τὸν μέγαν δομέστικον, ὡς ὑπὲρ ἐκείνου πράττοντα ἀεί. „ὁρᾷς" ἔφη „οἷα Ἀπόκαυχος τυρεύει; ἐγὼ δὲ καίτοι πολλάκις ὁρμηθεὶς τὰ δέοντα ποιεῖν, σοῦ κωλύοντος, ἀπεσχόμην. νυνὶ δέ μοι δοκῶ μηδὲν ἐμποδὼν ἔσεσθαι ἃ αὐτὸς οἴομαι λυσιτελεῖν ποιεῖν." βασιλεὺς μὲν οὖν τοιαῦτα εἶπεν ὀργιζόμενος. ὁ δ' ἑαυτῷ συνειδὼς μάλιστα αἰτίῳ τῶν παρόντων ὄντι, (αὐτὸς γὰρ παρέσχετο Ἀποκαύχῳ τὴν ἀρχήν, βασιλέως ἀντιλέγοντος,) σιωπῇ παρῆλθε μηδὲν ἀποκριθείς. βασιλεὺς δὲ ἄχρι ἦρος ἀρχομένου δια- A. C. 1341 τρίψας ἐν Θεσσαλονίκῃ, ἄρας ἐκεῖθεν ἦλθεν εἰς Διδυμότει- B χον καὶ μετὰ μικρὸν ἐγένετο ἐν Βυζαντίῳ. ἐνδιατρίψας δὲ καὶ Βυζαντίοις χρόνον τινὰ οὐχὶ συχνόν, ἔμελλεν αὖθις εἰς Θρᾴκην ἐξελθὼν πόλιν παλαιὰν κατεσκαμμένην, ἧς φασιν Ἀρκάδιον εἶναι οἰκιστὴν τὸν Θεοδοσίου τοῦ μεγάλου, ἐξ οὗ καὶ τὴν προσηγορίαν ἔλαχεν, Ἀρκαδίου προσαγορευομένη πόλις, αὖθις ἀνοικοδομεῖν, ἔστιν οὗ καὶ ἄχρι νῦν περισωζομένων τῶν τειχῶν, ἀγασθεὶς τοῦ τόπου τὴν εὐφυΐαν. ἦν γὰρ καὶ περὶ τὰς οἰκοδομὰς φιλότιμος ὁ βασιλεύς, οὐ μόνον χρείας ἕνεκα, ἀλλὰ καὶ ψυχαγωγίας ὢν ἕτοιμος ἀναλοῦν. περὶ

3. λόγου legebatur.

potitus, Byzantium relegit. Imperator, ut eius in litteris supprimendis nequitiam, et quomodo in vulgum voces sparsisset, non imperatoris, sed suam esse pecuniam, quae in triremes impenderetur, rescivit, in hominem excandescens, magnum domesticum, ut eius perpetuum fautorem, his verbis compellat: Sentin' quid Apocauchus struat? Ego vero tametsi frequens quod erat mearum partium volui, abs te impeditus omisi. Nunc mihi ad ea quae e republica fore iudico facienda, nihil erit impedimento. Haec ille irarum plenus. Domesticus sibi conscius ut auctori huius tragoediae (ipse namque, imperatore nolente, praefectura illum auxerat) cum silentio discessit. Imperator usque ad vernam tempestatem Thessalonicae moratus, inde Didymotichum et paulo post Byzantium se contulit, ubi cum haud diu mansisset; rursum in Thraciam erat egressurus, ut antiquam urbem iam eversam, alicubi muris usque hodie adhuc integris (cuius Arcadium Theodosii magni filium conditorem ferunt, a quo et nomen invenit, Arcadiopolis dicta) reaedificaret, loci natura delectatus videlicet. Erat siquidem imperator etiam aedificationum percupidus paratusque non necessitatis modo, sed et voluptatis causa in aedificia sumptus impendere. Certe prope Thessalonicam a fun-

A. C. 1341 μὲν γὰρ Θεσσαλονίκην οὔπω πρότερον ὂν τὸ Γυναικόκαστρον C προσαγορευόμενον ἐτείχισε, καὶ πύργον ἐπιστήσας μεγέθει τε μέγιστον καὶ καρτερώτατον ἀντισχεῖν πρὸς πολεμίων μηχανάς· ὅθεν ἔλαχε καὶ τὴν προσηγορίαν, ὡς καὶ γυναικείας οὔσης φρουρᾶς, κρείττων ἐσόμενος παντοίας πολεμίων προσβολῆς. καὶ περὶ Φερὰς ἕτερον Σιδηρόκαστρον, καὶ αὐτὸ διὰ τῶν τειχῶν τὸ εὐπαγὲς καὶ λίαν ὀχυρὸν ὠνομασμένον. Ἀμφίπολιν δὲ τὴν ἐν Στρυμόνι πόλιν Ἑλληνίδα παλαιὰν, ἐκ πολλῶν ἐτῶν κατεσκαμμένην αὖθις ἐτείχισεν ὁ βασιλεὺς καὶ συνῴκισεν ἐκ τῶν πέριξ πόλεων πέμψας ἀποικίας. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ περὶ Θρᾴκην παράλιον ἑτέραν πόλιν κατεσκαμμένην D καὶ αὐτὴν, ἧς φασιν Ἀναστάσιον βασιλέα Ῥωμαίων οἰκιστὴν καὶ ἐξ ἐκείνου προσαγορευομένην, ἀνέστησεν αὖθις οὐ πᾶσαν, ἀλλ' ὅσον μάλιστα ἐνῆν ἀπολαβὼν, καὶ Περιθεώριον προσηγόρευσεν. ἕτερον δὲ φρούριον ἐδείματο, οὐ πολὺ ἀφεστηκὸς θαλάσσης, Διπόταμον προσαγορευθέν. ἃ δὴ πάντα οὐ μᾶλλον φιλοτιμίας ἢ ἀσφαλείας τῶν χωρίων ἕνεκα, ἐν οἷς ἐκτίσθησαν, ἐτείχισεν ὁ βασιλεύς. Ἀρκαδιούπολιν δὲ διὰ τὰς ἐκ τῶν Σκυθῶν ἐφόδους ἀναγκαίαν οὖσαν, ἀνοικοδομῆσαι ἠβουλήθη πολυτελῶς καὶ οἰκήτορας ἐκ τῶν ἐπιφανῶν ἐγκαθιδρύσαι, εὐδαίμονά τε καὶ ὀλβίαν ἀποδεῖξαι καὶ τῶν κατὰ τὴν Θρᾴκην ἄλλων πόλεων ὑπερέχουσαν πολλῷ μετὰ τὴν μεγάλην πόλιν.

8. Στρυμμόνι legebatur. Supra p. 267, 16. recte Στρυμόνος.

damentis Gynaecocastrum appellatum construxit, et turrim magnitudine maxima atque ad hostium machinas excipiendas validissimam imposuit: unde et nomen sortita est, quia quamvis a foeminis defensa, quemvis hostium impetum elusura sit. Iuxta Pheras Siderocastrum excitavit, et ipsum ab murorum soliditatem egregiam sic nominatum. Amphipolim autem ad Strymonem fluvium, urbem Graecam et vetustam, multis abhinc annis dirutam instauravit et ex urbibus finitimis coloniam eo deduxit. Quin et aliam Thraciae maritimam urbem ab Anastasio imperatore, ut fama est, conditam et ab eo dictam, tum autem destructam restituit, non totam illam quidem, sed quantum potuit, moenibus complexus, et Peritheorium indigitavit. Praeterea haud procul a mari castellum Dipotamum aedificavit. Atque haec omnia non gloriae causa magis, quam ut loca, in quibus ea construebat, secura ac tuta redderet. Arcadiopolim vero, Scytharum incursionibus prohibendis necessariam, maioribus impendiis instaurare, et nobilibus incolis ibidem collocatis, felicem ac beatam et inter civitates Thraciae secundum magnam illam urbem longe principem efficere voluit.

λθ'. Συμβάσης δέ τινος ταραχῆς περὶ τὴν ἐκκλησίαν, A.C. 1341
περιμείνας ὥστε τὰς προφάσεις τῆς ταραχῆς ποιῆσαι ἐκπο- P. 329
δὼν, ἐτελεύτησε μετὰ μικρὸν, μηδὲν ὧν ἐσκέπτετο εἰς ἔργον V. 263
ἀγαγών. μοναχὸς γάρ τις ὁρμώμενος ἐκ Καλαβρίας τοῖς B
Λατίνων ἤθεσι καὶ νόμοις ἐντραφεὶς, ὄνομα Βαρλαὰμ, ἄλλως δὲ νοῆσαί τε ὀξὺς καὶ τὰ νοηθέντα ἐξηγήσασθαι ἱκανώτατος, καὶ τὰ Εὐκλείδου καὶ Ἀριστοτέλους καὶ Πλάτωνος ἐκμελετήσας καὶ διαβόητος περὶ ταῦτα ὢν, ἐπὶ κακῷ τῇ Ῥωμαίων ἐπεδήμησε βασιλείᾳ. πολλῶν γὰρ ἐνέπλησε καὶ μεγάλων στάσεων εἰρήνην ἄγουσαν τὴν ἐκκλησίαν. ὑποκρινάμενος γὰρ τὰ Λατίνων ἀποσείεσθαι, λόγους τε συνεγράφετο κατ' αὐτῶν καὶ ἀπεδείκνυε λογικῶς περὶ τὴν πίστιν σφαλλομένους, καὶ τοῖς ἡμετέροις ἔχαιρεν ἤθεσι καὶ νόμοις καὶ ὅλως σαφεῖς
ἐδόκει παρέχεσθαι τὰς ἀποδείξεις τοῦ κατεγνωκέναι τὰ Λα- C
τίνων ἀληθῶς. διὰ ταῦτά τε οὖν καὶ τὴν ἄλλην σοφίαν τῆς τε παρὰ βασιλέως ἀπέλαυεν εὐμενείας καὶ τιμῆς, καὶ παρὰ μεγάλου δομεστίκου οὐδὲν ἧττον ἠγαπᾶτο καὶ προνοίας ἠξιοῦτο, καὶ οὐδὲν ἐνέδει αὐτῷ τοῦ μὴ ἐν εὐπραγίαις εἶναι. οὗτος δὴ ὁ Βαρλαὰμ εἴτε καὶ εὐθὺς ἐξ ἀρχῆς τὴν ὁμοίαν γνώμην ἔχων, εἴτε ὕστερον μεταβαλὼν, μᾶλλον δὲ ὑπὸ τοῦ κοινοῦ τῶν Χριστιανῶν πληρώματος πολεμίου ἐναγόμενος, πρόφασίν τινα ζητῶν, ἐξ ἧς τὰ ἡμέτερα διακωμῳδήσει καὶ πρὸς πόλεμον χωρήσει φανερῶς, ὡς δὴ μαθητιῶν τινι προσῆλθε

5. ἐκτραφεὶς legebatur.

39. Ceterum quibusdam turbis in ecclesia excitatis, paulo post, dum earum occasiones amputandi commoditatem exspectat, vita excedit, infectis omnibus quae fuerat meditatus. Monachus enim quidam e Calabria profectus, Latinorum moribus et legibus educatus, nomine Barlaamus, acutus alioqui et perspicax et ad intelligentiam explicandam disertissimus: insuper in Euclide, Aristotele, Platone volutatus et ob id illustri fama, ad calamitatem Romani imperii Thessalonicam advenit: multis enim magnisque seditionibus ecclesiam pacatam implevit. Qui cum se Latinorum dogmata profligaturum simulasset, libellis adversum illos compositis, demonstrabat, eos in religionis doctrina falli, nostrisque gaudebat institutis et a se Latinorum dogmata ex animo damnari apertissima dabat indicia, ut apparebat. Ob hanc igitur sacram et illam aliam civilem eruditionem imperator honore et amore eum dignabatur, et magnus quoque domesticus curabat et diligebat: nec illi quidquam ad felicitatem deerat. Hic ergo Barlaamus sive statim a principio ea opinione imbutus, sive postea immutatus, vel ut dicam rectius, a communi Christianorum hoste instinctus, occasionem quamdam affectans, qua nostra quasi per comoediam traduceret et bellum nobiscum apertum gereret, velut discendi causa ad quemdam ex iis qui dicuntur quie-

A.C. 1341 τῶν ἡσυχαζόντων, λόγου τε ἀπεστερημένῳ παντελῶς καὶ ὀλί-
D γον διαφέροντι ἀλόγων καὶ οὐδὲ φρονήσεως γοῦν μετεσχηκότι
πρεπούσης ἰδιώτῃ· καὶ ὑπεκρίνετο βούλεσθαι μαθητεῦσαι
παρ' αὐτῷ καὶ τὴν ὁδὸν τῆς ἡσυχίας ἐκδιδάσκεσθαι καὶ τοὺς
νόμους τῆς ὑποταγῆς. ἔπεισέ τε δεηθεὶς καὶ διέτριψε παρ'
αὐτῷ ἡμέρας οὐ πολλάς. καὶ μετὰ ταῦτα τοῦ ἀμαθοῦς
ἐκείνου ἐδεῖτο διδάσκειν περὶ ἡσυχίας καὶ ὅτῳ τρόπῳ καὶ
αὐτὸς ἐν ἡσυχασταῖς αὐθήμερον τελέσειεν ὑποθέσθαι. ὁ δὲ
τόν τε δόλον μὴ συνιδὼν, ὑπό τε τῆς ἄγαν κουφότητος ἐ-
παρθεὶς, ἄλλα τε ἐδίδασκε τὸν πονηρότατον ὁ ἀνόητος καὶ
P. 330 ὡς προκόπτοντες κατὰ μικρὸν οἱ ἡσυχάζοντες καὶ προσευχό-
μενοι ἀθορύβως, ἀγαλλίασίν τέ τινα καὶ ἄῤῥητον ἡδονὴν καὶ
θείαν ἐπιδέχονται ἐν τῇ ψυχῇ καὶ φῶς ὁρῶσι τοῖς σωματικοῖς
ὀφθαλμοῖς ἀστράπτον περὶ αὐτούς. ἐπὶ μὲν οὖν τοῖς ἄλλοις
πολλὴν κατεγίνωσκεν ὁ Βαρλαὰμ ἄνοιαν τοῦ ἀνδρὸς καὶ ἀμαθίαν·
φῶς δὲ ἀκούσας ὁρώμενον ὀφθαλμοῖς σωματικοῖς, οὐκέτι οὐδὲ
ἠρεμεῖν ἠνέσχετο, ἀλλὰ κοινὴν ἐποιεῖτο τῶν ἡσυχαζόντων κα-
ταδρομὴν, ἀπατεῶνας καλῶν καὶ ψευδομένους καὶ Μασσα-
λιανοὺς καὶ Ὀμφαλοψύχους καὶ τὰ ὀρθὰ τῆς ἐκκλησίας δό-
B γματα διαστρέφοντας καὶ εἴ τι ἕτερον τοιοῦτον, καὶ διεμαρτύ-
V. 264 ρετο ἀναφανδὸν ὡς δεῖ πάντα ὁντινοῦν ἀπέχεσθαι αὐτῶν
πλανώντων τε καὶ πλανωμένων, οὓς ἔδει τήν τε ἀρετὴν τε-
λείους εἶναι καὶ περὶ τὰ δόγματα μάλιστα ἀσφαλεῖς, ὡς τῶν
ἀνθρώπων τὰς ψυχὰς αὐτοῖς διὰ τὴν δοκοῦσαν εὐλάβειαν

scentes sive solitarii, mente ac ratione plane vacuum paulumque a bruto differentem, neque idiotae saltem instar prudentem, accessit, seque ab ipso institui et modum vitae solitariae ac praecepta obedientiae ab illo discere velle simulavit. Quem precibus vicit paucosque apud eum dies mansit. Posthaec ab imperito illo contendit, ut se genus illud vitae doceret, et quomodo ipse quoque vel ipso illo die inter solitarios referri posset. Qui dolum haud olfaciens et nimia levitate elatus, cum alia hominem improbissimum ipse stultus docuit, tum quo pacto paulatim proficientes solitarii et tranquille precationibus intenti, exultatione animi et divina quadam inexplicabilique voluptate perfundantur, et oculis corporeis lumen se circumfulgens aspiciant. Barlaamus et alioqui hominem valde indoctum amentemque iudicare, et lumen audiens carni oculis corporeis, non sibi temperare, quin communiter solitarios insectaretur, eos impostores, mendaces, Massalianos et Omphalopsychos germanorumque ecclesiae dogmatum corruptores, et similibus vocabulis appellans; palamque testificans, omnes ab eorum consuetudine refugere debere, qui seducerent et seducerentur: quos oportebat virtute perfectos et doctrinae religionis peritissimos esse, utpote quibus ceteri

ἐμπιστευόντων. ταῦτα δὲ οὐ λόγοις μόνον διεθρύλλει κοινῶς A.C. 1341 κατὰ τῆς ἡσυχίας, ὡς αἰτίου τῆς πλάνης γινομένης, ἀλλὰ καὶ συνεγράφετο, ἵνα ἐς ἀεὶ ἀνάγραπτος ἡ ὕβρις εἴη. ταῦτα δὲ ἐπράττετο ἐν Θεσσαλονίκῃ ἐν οἷς καιροῖς καὶ ὁ βασιλεὺς ἐπὶ Ἀκαρνανίαν ἀπεδήμει. ἐν ταύτῃ δὲ ἄλλοι τε παρῆσαν ἡσυχάζοντες πολλοί, οἳ δεινὰ ἐποιοῦντο τὰ Βαρλαὰμ διαθρυλλούμενα, καὶ μάλιστα Γρηγόριος ὁ Παλαμᾶς, ὃς καὶ ὕστερον εἰς ἀρχιερέας ἐτέλεσε Θεσσαλονίκης· ὃς ἐξ Ἀσίας ὢν τὸ γένος C καὶ βασιλείοις αὐλαῖς ἐντεθραμμένος, ἅμα δυσὶν ἑτέροις ἀδελφοῖς ἐπὶ πάνυ παιδικῇ τῇ ἡλικίᾳ κτῆσιν καὶ γονέας καὶ τὴν ἄλλην περιφάνειαν τοῦ βίου καὶ τὰς ἐκ βασιλέως τιμὰς ὡς ὀλίγου ἢ οὐδενὸς ἐκλιπόντες ἄξια, Χριστῷ εἵλοντο μόνῳ ἀκολουθεῖν καὶ τὴν ἐκεῖθεν λαμπρότητα ἐπιζητεῖν· καὶ Ναζιραῖοι τῷ θεῷ γεγενημένοι, τὴν πτωχείαν μᾶλλον εἵλοντο τὴν δι' αὐτὸν καὶ τὴν ἀκτησίαν καὶ τὴν δουλείαν. καὶ πρὸς Ἄθῳ τῷ ἱερῷ γενόμενοι ὄρει, ὅπερ οὐκ ἄν τις ἁμάρτοι πόλιν προσειπὼν οὐράνιον, ἐκδεδώκασιν ἑαυτοὺς ὑποταγῇ πατρὸς πνευματικοῦ. D οὗ δὴ τὸν πνευματικὸν ἀγωνιζομένων δίαυλον καὶ θεόντων τὸν περὶ ψυχῆς, ὁ τελευταῖος ἐξέλιπε τῶν ἀδελφῶν πρῶτος χωρήσας πρὸς τὰ βραβεῖα τῆς ἄνω κλήσεως, καὶ μετ' ἐκεῖνον ὁ διδάσκαλος ὀλίγῳ ὕστερον ἀπηλλάττετο τῶν δεσμῶν τοῦ γεώδους τούτου καὶ ταπεινοῦ σαρκίου καὶ πρὸς ὃν ἐπόθησε μετέβαινεν ἐξ ἀρχῆς. Γρηγορίῳ δὲ καὶ τἀδελφῷ ἐκ πατρὸς καταλειφθεῖσιν ὀρφανοῖς οὐκ ἐδόκει δεῖν ἔτι πιστεύ-

mortales propter eam quam prae se ferrent pietatem animas suas credidissent. Atque haec non verbis tantum publice contra statum solitarium ut causam erroris disseminabat; sed in litteras quoque redigebat, ut extarent semper eius contumeliae. Haec Thessalonicae acta sunt, quo tempore imperator in Acarnaniam abierat. Ibi cum multi solitarii versarentur, qui iactatos a Barlaamo sermones ferebant graviter, tum praesertim Gregorius Palamas, qui postea archiepiscopus Thessalonicensis renuntiatus est, genere Asiaticus et in aula imperatoria educatus. Hic et duo fratres eius aetate admodum puerili possessiones, parentes et quidquid est in hominum vita conspicuum et admirabile, et honores ab imperatore promissos ut parvi aut nullius momenti reliquerant, Christumque solum sequi et quae in caelis est claritatem expetere instituerant: ac Nazaraei Christo facti, paupertatem magis possessionumque inopiam et subiectionem illius causa elegerant. Atque apud Atho sanctum montem degentes, quem qui caelestem civitatem appellarit, non erraverit, patris ibidem spiritualis arbitrio seu obedientiae se consecrarant. Ubi nimirum in spirituali circo illis certantibus et cursum pro animae salute currentibus, minimus natu primus decessit, ad bravium supernae voca-

A.C. 1341 ειν τῇ ἡλικίᾳ, ἀλλ' ἑτέρῳ φέροντες ὑπέταξαν πατρὶ πνευματικῷ. ὑφ' ᾧ ὑπὲρ ὀκτὼ τελέσαντες ἔτη, ἐπεὶ κἀκεῖνος τῶν τῇδε ἀπηλλάττετο, πρὸς τῇ κατὰ Βέῤῥοιαν Σκήτῃ φροντιστή-
P. 331 ριον οἰκοδομήσας ὁ Γρηγόριος καὶ κατακλείσας ἑαυτὸν πᾶσάν τε ἀποθέμενος φροντίδα γηΐνην, ἑαυτῷ δὲ μόνῳ καὶ θεῷ προσαδολεσχῶν, δέκα διετέλεσεν ἔτη, πολλὰ τὴν σάρκα παιδαγωγήσας καὶ ὑποτάξας τῷ πνεύματι· ὡς ἐκ τῆς συντονωτάτης καὶ ἄγαν ἀνενδότου ἀσκήσεως καὶ τοῦ σπηλαίου τῆς πρὸς ψῦχος ἀσυμμετρίας νόσῳ δεινῇ περιπεσόντα, οὐ μακρὰν γενέσθαι τοῦ ἀποθανεῖν. οὗ μετὰ τὰ δέκα ἔτη ἀποστὰς, τῶν ἐκεῖσε διακριτικῶν πατέρων κελευσάντων, οἷς οὐκ ἐξῆν τὰ βελτίω συμβουλεύουσι μὴ πείθεσθαι, πρῶτα μὲν
B ἐφ' ἱκανὸν ἐν τοῖς κατὰ τὸν Ἄθω διέτριψε φροντιστηρίοις, ἔπειτα τῆς περὶ τὸ σῶμα νοσοκομίας ἐπειγούσης, ἦλθεν εἰς Θεσσαλονίκην. οὗτος δὴ ἅμα τοῖς ἄλλοις οὐ μετρίως δυσχεράναντες κατὰ Βαρλαὰμ τὰ τῆς ἱερᾶς ἡσυχίας ἐξορχουμένου καὶ πολλὰς αὐτῆς καταχέοντος τὰς λοιδορίας, τισὶ τῶν φίλων πρὸς αὐτὸν χρησάμενοι πρεσβευταῖς, ἐδέοντο παύεσθαι τοῦ τοιαῦτα καὶ φρονεῖν καὶ λέγειν κατὰ τῶν ἡσυχαζόντων, καὶ μὴ διὰ τὴν ἀπειρίαν ἑνὸς τὰ ἴσα πάντων καταψηφίζεσθαι καὶ, τό γε εἰς αὐτὸν ἧκον, τοῦ ἀκροτάτου βίου καὶ τῆς τελεωτάτης πολιτείας τοὺς ἀνθρώπους ἀποστερεῖν, τὰ οὐκ ὄντα καταψευδόμενον καὶ ὡς κακῶν αἰτίαν διαβάλλοντα καὶ πεί-

tionis profectus. Non diu post illum magister vinculis terrenae huius et abiectae carunculae exsolutus, ad eum, quem ab initio concupierat, evolavit. Gregorio autem et fratri, quasi orphanis a patre relictis, visum est, non oportere iam aetati credere: quare alteri patri spirituali se subdunt, sub quo octo annis transactis, postquam et ille ab his rebus moriens recessit, apud Sceten Berrhoeae aedificato monasterio se Gregorius includit, omnique labentium ac pereuntium cura deposita, secum solo et cum Deo colloquens, decennium ibi traducit, studens vehementer frangere appetitiones suas et spiritui eas subiicere: adeo ut ex assiduissima asperrimaque pietatis exercitationum usurpatione et speluncae frigus in difficilem morbum delapsus, non procul ab interitu abesset. Inde cum post annum decimum auctoritate patrum illic discretorum, quorum optimis consiliis refragari nefas erat, discessisset, primum quidem diu in monasteriis apud Atho montem vixit: deinde curatione morbi urgente, Thessalonicam venit. Hic ergo aliique monachi Barlaamo sacrae quietis instituto insultanti multisque conviciis illud cumulanti succensentes, quibusdam amicis ad illum pro legatis usi, rogabant, ut talia et sentire et loqui adversus quiescentes sive solitarios desineret, et ne propter unius imperitiam omnes damnaret, quodque ad ipsum attineret, supremo ac perfectissimo vitae genere homines pri-

θοντα ἀπέχεσθαι αὐτῆς. ἀλλ' εἰ μέν τι καὶ παρὰ τὸ προσῆ- A.C. 1341
κον ἤκουσται αὐτῷ, τῇ ἀπειρίᾳ τοῦ εἰπόντος προσλογίζεσθαι· C
αὐτὴν δὲ ἡγεῖσθαι θεῖόν τι χρῆμα καὶ ἱερὸν, καὶ τοῦ τε κατ'
αὐτῆς παύεσθαι λέγειν. ἀλλὰ καὶ εἴ τι συναρπασθεὶς συνέ-
γραψε κατ' αὐτῆς, ὡς ἀπωλείας ἄξια παραδιδόναι πυρί. οὐδὲ
γὰρ ὅσιον οὐδὲ ἄλλως νοῦν ἔχον, γεωμετρίαν μὲν καὶ ἀστρο- V. 265
νομίαν καὶ ἀριθμῶν ἀναλογίας βουλόμενόν τινα ἐκδιδάσκε-
σθαι, μὴ τῷ ἀμαθεστάτῳ, ἀλλὰ τῷ δεινοτάτῳ περὶ ταῦτα
φοιτᾷν· τῆς δὲ ὄντως φιλοσοφίας καὶ τῆς περὶ οὐρανίων
πραγμάτων γνώσεως τῷ περὶ ταῦτα ἀμυήτῳ χρῆσθαι διδα- D
σκάλῳ. ἐχρῆν γὰρ αὐτὸν ὄντα φιλόσοφον καὶ τῶν πολλῶν
ὑπερέχοντα συνέσει, εἴγε περὶ τοιούτων ἐδεῖτο μαθεῖν πρα-
γμάτων, ἢ πρότερον διερευνησάμενον τῷ παρὰ θεῷ τῆς τοιαύ-
της χάριτος ἠξιωμένῳ, (οὐ γὰρ δὴ ἀνθρωπίνῃ γε συνέσει ἢ
σπουδῇ τὰ τοιαῦτα περιγίνεται,) ἀδόλῳ γνώμῃ καὶ πάσης ἀ-
πηλλαγμένῃ κακουργίας προσελθεῖν καὶ περὶ ὧν ἐβούλετο δεῖ-
σθαι μαθεῖν· (ἢ γὰρ ἂν ἐκεῖνος σοφὸς ὢν τὰ θεῖα καὶ μέτρα
μαθημάτων ἑκάστῳ προσήκοντα εἰδὼς κατὰ τὴν τῆς καθάρ-
σεως ἀναλογίαν, οὐκ ἂν ἐνεπίστευσεν ἀκοῇ σαθρᾷ βροντῆς
ἦχον ἐκ προοιμίων εὐθὺς, ἀλλὰ βίου πρότερον ἀκριβείᾳ καὶ
πολλῇ φιλοσοφίᾳ καὶ πασῶν γηΐνων ἐννοιῶν εὐλόγων τε καὶ P. 332
μὴ τοιούτων ἀποθέσει τὴν ψυχὴν ἂν πρότερον ἐδίδαξεν ἐκκα-
θᾶραι καὶ οὕτω τῶν ἱερῶν προθύρων τῆς θείας ταυτησὶ σο-

vatum iret, dum quae non essent mentiretur et calumniis, ut nescio quorum malorum originem, oppugnaret, abstinendumque ab eo persuadere conaretur. Sed si quid audisset indecentius, inscitiae dicentis adscriberet: ipsam vitae rationem sanctam et divinam duceret et ei oblatrare desisteret. Si quid etiam adversus eamdem, affectu non bono a recto detortus, conscripsisset, ut perditione dignum flammis aboleret. Nec enim esse fas nec secundum rationem, quempiam geometrica, astronomica et numerorum proportiones volentem percipere, nedum ad indoctissimum, sed ad doctissimum ventitare: in vera autem philosophia et cognitione rerum caelestium profanum ac non initiatum magistrum adhibere. Oportuisse enim illum ut philosophum et intelligentia praestantem multis, siquidem talia discere cupiebat, aut prius quaesisse a Deo huiusmodi gratia dignatum (non enim humano intellectu studiove ista acquiruntur) et sincero animo atque ab omni malignitate vacuo accedere, et de quibus vellet, rogare doceri (qui utique divinarum rerum gnarus et quantum quisque huius disciplinae caperet, haud nescius, iuxta divinae purgationis modulum non statim ab initio aures flaccidas tonitrui sonitu imbuisset: sed vitae prius accuratione multaque scientia et omnium cogitationum terrenarum ac rationi consentientium repu-

A.C. 1341 φίας ἐπιβαίνειν, δεόμενον καὶ θεοῦ πολλὰ καὶ ἀνδρῶν τῶν
τὰ τοιαῦτα δύνασθαι ἠξιωμένων συνάρασθαι πρὸς τὸ ἔργον
οὕτως ὂν ὑψηλὸν καὶ τὴν ἀνθρωπίνην ὑπερβαῖνον δύναμιν)
ἢ ἐπειδή γε διὰ ῥαθυμίαν ἀπερισκέπτως τῷ προστυχόντι προσ-
εχώρησε, τῇ ἐκείνου ἀμαθίᾳ προσλογίσασθαι τοὺς λόγους,
ἀλλὰ μὴ ὥσπερ ἐξεπίτηδες ὥσπερ τινὸς ἑρμαίου λαβόμενον
τῶν λόγων, αὐθαδῶς καὶ θρασέως κατ' αὐτῆς τῆς ἱερᾶς χω-
B ρῆσαι ἡσυχίας καὶ τοῖς ἡσυχάζουσι πολλὰ προστρίψασθαι
ὀνείδη, ἀπατεῶνας καλοῦντα καὶ ψευδομένους καλοῦντα καὶ
Μασσαλιανοὺς, ἐκ τοῦ φῶς περιαστράπτειν τοὺς ἁγίους ἀκη-
κοέναι τὰς ἀφορμὰς εἰληφότα τῶν πολλῶν λοιδοριῶν. καίτοι
γε τῷ διδάξαντι περὶ ἄλλων μὲν ἄν τις μέμφοιτο δικαίως, πε-
ρὶ τούτου δὲ οὐδείς. ἄλλους τε γὰρ περιήστραψε πολλοὺς τὸ
θεῖον τοῦτο φῶς ἐν τοῖς τοῦ διωγμοῦ καιροῖς ἀγωνιζομένους
ὑπὲρ Χριστοῦ, καὶ Ἀντώνιον τὸν θεῖον οὐ πρὸς τυράννους,
ἀλλὰ τοὺς δεινοτέρους τυράννων δαίμονας παρατεταγμένον,
ὡς ἐκ τῶν περὶ αὐτοῦ συγγεγραμμένων ἔξεστι μαθεῖν. οὐ
C μὴν ἀλλ' εἰ δεῖ καὶ ταῦτα πάντα παραδραμόντας πρὸς τὸ
πρῶτον παράδειγμα ἀναδραμεῖν, σαφῶς ἐξέσται τοῦ δυνατὸν
εἶναι τοῖς σωματικοῖς ὀφθαλμοῖς θεῖον καὶ ἄκτιστον φῶς θεά-
σασθαι τὴν ἀπόδειξιν λαβεῖν. παραλαβὼν γάρ, φησιν, ὁ κύ-
ριος πρὸ τοῦ πάθους τοὺς προκρίτους τῶν μαθητῶν καὶ ἀνελ-
θὼν ἐπὶ Θαβὼρ, μετεμορφώθη ἔμπροσθεν αὐτῶν καὶ ἔλαμψε

gnantiumque depositione animum expurgare docuisset et ita ad sacra vestibula huius divinae sapientiae accedere, multa Deum, multa viros hac perfectione dignos habitos precantem, ut ad opus tam sublime et humana facultate superius, adiumento sibi esse ne recusarent;) aut postquam propter desidiam suam inconsulto ad proximum accessisset, auditum sermonem illius inscitiae tribuere: nec velut dedita opera et tamquam insperatum lucrum ea verba arripere arroganterque et proiecte in sacram quietem invadere, et ea fruentes maledictis conscindere, impostores, mendaces, Massalianos nuncupare, ex eo quod audisset, sanctos lumine circumfundi, plurium contumeliarum ansa arrepta videlicet. Quamquam doctorem istum de aliis quidem merito forsitan, de hoc autem a nemine posse reprehendi. Nam et alios multos persecutionis temporibus pro Christo dimicantes, hoc divinum lumen convestisse et sanctum Antonium, non contra tyrannos, sed contra daemonas tyrannis horribiliores in acie stantem; id quod ex historia eius vitae pateat. Verum enimvero, si his omnibus praeteritis ad primum exemplar recurrendum sit, posse fieri ut oculis corporeis quispiam divinum et increatum lumen contempletur, perspicue demonstrare licere. Evangelistam enim scribere, dominum ante mortem suam principes discipulos as-

τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ὡς ὁ ἥλιος· οὗ μὴ φέροντες τὴν λαμ- A.C. 1341 πρότητα ὁρᾶν οἱ μαθηταὶ κατέπεσον ἐπὶ τὴν γῆν. εἰ οὖν κἀκεῖνοι ἄνθρωποί τε ὄντες καὶ ἔτι ἀτελέστερον διακείμενοι, τὸ περιαστράψαν αὐτοὺς θεῖον καὶ ἄκτιστον φῶς ἠδυνήθησαν ἰδεῖν, τί θαυμαστὸν εἰ καὶ νῦν τοὺς ἁγίους φαίημεν φῶς D ὁρᾷν ἄνωθεν ἐλλαμπομένους ἐκ θεοῦ; διὸ δή σου καὶ δεόμεθα περὶ τῶν τοιούτων μήτε λέγειν μήτε λογογραφεῖν, ὡς ὀλίγα ἢ οὐδὲν περὶ αὐτῶν εἰδότα· ἀλλὰ καὶ τὰ γεγραμμένα ἀφανίζειν, ὡς πολλοῖς αἴτια βλάβης παρεσόμενα οὐ τῆς τυχούσης. Τοιαῦτα μὲν Γρηγόριος καὶ οἱ περὶ αὐτὸν διεπρεσβεύοντο πρὸς Βαρλαάμ, οἰόμενοι τὴν παραίνεσιν αὐτῷ τὴν γλωσσαλγίαν στήσειν. τὸ δ' ἐναντίως ἢ αὐτοὶ ᾠήθησαν ἀπέ- V. 266 βη. ὡς γὰρ τοὺς λόγους ὁ πρεσβεύων διῄει πρὸς αὐτὸν, ἐν μὲν τοῖς ἄλλοις ἡσυχίαν ἦγε, τὸ ἐν Θαβωρίῳ δὲ λάμψαν φῶς ἄκτιστον ἀκούσας „τῆς ἀτοπίας!" ἀνεβόησε· „καπνὸν γὰρ φεύ- P. 333 γοντες, ἐμπεπτώκαμεν εἰς πῦρ. ἄκουε οὐρανὲ καὶ ἐνωτίζου ἡ γῆ· τὸ ἐν Θαβὼρ φῶς ἄκτιστον καὶ τί ἄλλο ἢ θεὸς καθ' ὑμᾶς! οὐδὲν γὰρ ἄκτιστον ὅτι μὴ θεός. εἰ οὖν μήτε κτίσμα τὸ φῶς ἐκεῖνο, μήτε θεοῦ οὐσία, (θεὸν γὰρ οὐδεὶς ἑώρακε πώποτε,) τί λοιπὸν ἢ δυσὶ λατρεύειν θεοῖς, ἑνὶ μὲν, τῷ πάντων δημιουργῷ, ὃν καὶ ἀόρατον πᾶς τις ἂν ὁμολογήσειε, δευτέρῳ δὲ, τῷ καθ' ὑμᾶς ὁρωμένῳ ἀκτίστῳ τούτῳ φωτί; ἐγὼ δὲ οὔτε

sumpsisse: et cum ascendisset in montem Thabor, transfiguratum esse ante eos resplenduisseque faciem eius sicut solem. Cuius fulgorem discipulos non sustinentes intueri, in terram cecidisse. Si igitur illi et homines et adhuc imperfecti, circumfulgens ipsos divinum et increatum lumen videre potuerunt, quid mirum si et nunc sanctos superne a Deo collustratos dicamus lumen cernere? Quocirca se illum oratum velle, ut de his rebus et loquendo et scribendo supersedeat, quippe qui de iis pauca aut nihil noverit: imo vero etiam scripta iam, ut multis non vulgariter nocitura, disperdat. Haec Gregorius et socii Barlaamo per oratorem cum spe, admonitionem hanc petulantiam eius linguae coercituram. Quod secus evenit. Ut enim legatus patrum verba ei recensuit, ad cetera quidem se continuit, lucem autem in Thabor increatam audiens: O rem absurdam, exclamat: fumum enim fugientes, in ignem incidimus. Audi caelum et auribus percipe terra: lux in Thabor increata! quid ergo illa aliud, nisi Deus secundum vos? Nihil enim increatum, nisi Deus. Si autem lumen illud neque res condita, neque Dei natura est, (Deum enim nemo vidit unquam) quid reliquum, nisi vos duobus diis servire, uni quidem, omnium fabricatori, quem et inaspectabilem omnes confitemur: alteri vero, ex sententia vestra sub aspectum cadenti et increato lumini? Ego vero haud unquam, quidquid tan-

A. C. 1341 προτερον οὐθ' ὕστερόν ποτε ἀνασχοίμην ἂν ὁπωσοῦν τι διαφέρον τῆς οὐσίας τοῦ θεοῦ ἄκτιστον ἡγεῖσθαι.“ ἐκ τούτων δὴ B τῶν λόγων ὥσπερ ἀφετηρίας ὁρμηθεὶς, πολλὰ καὶ εἶπε καὶ συνεγράψατο κατὰ Γρηγορίου καὶ τῶν ἄλλων μοναχῶν, πρὸς τοῖς πρότερον καὶ διθεΐαν ἐγκαλῶν. οὐ μὴν οὐδὲ ἐκεῖνοί γε ἠμέλουν τοῦ μὴ ἀντιλέγειν φανερῶς καὶ διεφθαρμένα δόγματα εἰσάγοντα ἀποδεικνύναι καὶ τοῖς θεοσόφοις λόγοις ἐναντία. Βαρλαὰμ δὲ οἰόμενος καὶ τῶν ἀρχαίων θεολόγων σοφίᾳ λόγων καὶ πειθοῖ κρατήσειν, εἰς Βυζάντιον ἐκπλεύσας, Ἰωάννῃ τῷ πατριαρχεύοντι τότε τὰ κατὰ τῶν μοναχῶν συγγράμματα ἐγχειρίζει καὶ σύνοδον ἐδεῖτο συναθροίζειν κατ' αὐτῶν, ὡς τοῖς ὀρθοῖς δόγμασιν ἐναντία καὶ φρονοῦντας καὶ λέγοντας ἐλέγξων, καὶ πολὺς ἦν ῥέων κατ' ἐκείνων, καὶ τὴν διθεΐαν C ἐγκαλῶν. πατριάρχῃ δὲ περιορᾷν οὐ δεῖν ἐδόκει τὰ τοιαῦτα, ἀλλὰ γράμμασιν ἐκάλει τοὺς μοναχοὺς ἐκ Θεσσαλονίκης ἀπαντᾷν ἐπὶ τὴν δίκην· καὶ παρῆσαν καὶ αὐτοὶ τῶν λόγων ὑφέξοντες εὐθύνας. ἐν τούτοις δὲ αὐτοῖς τῶν πραγμάτων, καὶ θορύβου πολλοῦ καὶ ταραχῆς τὴν ἐκκλησίαν κατεχούσης, καὶ ὁ βασιλεὺς ἐκ τῆς εἰς Ἀκαρνανίαν στρατείας εἰς Βυζάντιον ἐπανῆκε. καὶ πυθόμενος ὅσα Βαρλαὰμ διαφέροιτο καὶ οἱ μοναχοὶ, πρῶτα μὲν κατασιγάζειν ἐπειρᾶτο, ἑκατέροις παραινῶν τῆς ἀντιλογίας ἀποσχέσθαι καὶ τὴν ἔχθραν καταλύσαντας, D ὥσπερ καὶ πρότερον ἀλλήλοις εἶναι φίλους καὶ μὴ διὰ φιλονεικίαν σφίσι τε αὐτοῖς καὶ τοῖς ἄλλοις ταραχὴν παρέχειν

dem sit, a divina essentia diversum ac discrepans, increatum arbitrabor. Ex his sermonibus velut a carceribus effusus, contra Gregorium aliosque monachos multa verbo et scripto blateravit, praeter cetera etiam divinitatem duplicatam ipsis crimini dans. At enim nec patres se palam tueri parcebant et ostendere, illum corruptam doctrinam et divina sapientia eruditis theologis contrariam introducere. Barlaamus autem antiquos etiam theologos doctrina et vi persuadendi se superaturum confisus, Byzantium navigat, Ioanni per id tempus patriarchae commentarios suos contra monachos tradit et synodum adversus eosdem congregari instat, ut cum rectis dogmatis pugnantia illos sentire ac docere probaturus: in quos verbosius invehens, de geminata deitate eos accusabat. Patriarchae res visa minime negligenda: quare monachos Thessalonica per litteras ad iudicium citat. Illi causam dicturi adsunt. In his ecclesiae tumultibus ac motibus imperator ab expeditione in Acarnaniam Byzantium redit, certiorque factus de Barlaami et monachorum controversiis, primum quidem silentium eis imponere studuit, utrosque hortatus, uti altercationibus modum facerent inimicitiasque cum pristina concordia mutarent, neve per rixas sibimet et aliis turbas

ὡς δὲ ἐπείθοντο οὐδέτεροι, ἀλλ' ὅ,τε Βαρλαὰμ διεφθαρμένα A. C. 1341
ἰσχυρίζετο δοξάζοντας ἀποδείξειν Γρηγόριον καὶ τοὺς περὶ αὐτὸν καὶ ἐπέσπευδε τὴν δίκην, ὅ,τε Γρηγόριος ἀδικεῖσθαι διετείνετο καὶ οἱ περὶ αὐτὸν καὶ ἤθελον ἐπὶ τῆς δίκης ἑαυτοὺς ἐγκλημάτων ἀπολύειν, συνιδὼν καὶ ὁ βασιλεὺς ὡς ἐλέγχων χωρὶς οὐκ ἂν δύναιτο παύειν τὴν φιλονεικίαν, ἐπέτρεπε τὴν σύνοδον.

μ'. Καὶ γίνεται κατὰ τὸν θεῖον τῆς τοῦ θεοῦ Σοφίας P. 334
νεών. καὶ προκαθημένου βασιλέως καὶ Ἰωάννου τοῦ πατριάρ- V. 267
χου, καὶ τῶν λοιπῶν ἀρχιερέων καὶ τῶν ἐν τέλει πολλῶν καὶ B
συγκλητικῶν συνεδριαζόντων, λέγειν ὁ Βαρλαὰμ ἐπετράπη πρῶτος· ἐκεῖνος γὰρ ἦν ὁ Γρηγόριον καὶ τοὺς μοναχοὺς τὴν διαστροφὴν τῶν δογμάτων ἐγκαλῶν. πολλὰ δὲ πρότερον διεξελθὼν καὶ τὴν αἰτίαν ἀφ' ἧς πρὸς ταῦτα ὥρμητο διηγησάμενος, ἔπειτα καὶ τὸ βιβλίον, ὃ περὶ τούτων ἦν συγγεγραφὼς, παρείχετο ἀναγινώσκεσθαι· ἐπεὶ δὲ ἀνεγνώσθη πᾶν, ἄλλα τε ἐπεῖπεν, ὅσα αὐτῷ ἐδόκει πρὸς τὰ προκείμενα λυσιτελεῖν, καὶ τελευταῖον κατηγόρηκε τῶν μοναχῶν ὡς οὐδὲ τὴν εὐχὴν, ἣν αὐτοί φασιν εὔχεσθαι καθ' ἑαυτοὺς, ἀνελλιπῶς C
προφέρουσι καὶ προσηκόντως, ἀλλά τινος προσθήκης δεομένην, ἣν ἐκεῖνος προσετίθει, τὸ ἐνδέον, ὡς ἔφασκεν, ἀναπληρῶν. μετὰ τοῦτον δὲ καὶ οἱ μοναχοὶ πρὸς τὰς κατηγορίας ἐπετράπησαν ἀπολογεῖσθαι. ἐπεὶ δ' ἑαυτῶν ἐκεῖνοι Γρηγόριον προεστήσαντο τὸν Παλαμᾶν, (ἦν γὰρ δὴ τῶν ἄλλων οὐ

concierent. Cum autem verba in ventum irent et Barlaamus se docturum affirmaret, Gregorium cum monachis suis perverse sapere, et iudicium urgeret, Gregorius contra cum suis iniuriam sibi fieri contenderet velletque in iudicio crimina diluere, intelligens imperator contentionem citra probationes sedari non posse, synodo negotium commisit.

40. Fit igitur in sacrosancto divinae Sapientiae templo synodus, imperatore cum Ioanne patriarcha praesidentibus, reliquis episcopis multisque proceribus et senatoribus assidentibus. Prior dicendi locus Barlaamo datus est: ille siquidem Gregorium et monachos propter adulterina dogmata in iudicium vocaverat. Multa igitur praefatus, et causa, quae illum huc impulisset, narrata, deinde libellum de iis rebus a se conscriptum porrexit: quo toto ab ipsis perlecto, adiecit alia, quae ad rem propositam accommodata sentiebat. Postremo monachos criminatus est, quod neque precationem, quam se celebrare dicerent, absque defectu et convenienter proferrent, sed egentem additamento aliquo, idque ipse adiiciebat, ut quod deesset suppleret: sic enim aiebat. Post haec monachis respondendi potestas facta. Qui cum Gregorio Palamae hoc honoris detu-

A. C. 1341 λόγοις μόνον, ἀλλὰ καὶ τῷ τὰ τοῖς θεολόγοις περὶ θεοῦ δεδογμένα ἐξηκριβωκέναι διαφέρων,) καταστὰς πρὸς τοὺς λόγους καὶ αὐτὸς, σαφεῖς καὶ βεβαίας παρείχετο τὰς ἀποδείξεις τῶν λεγομένων, οὐ συλλογισμοῖς χρώμενος καὶ γεωμετρικαῖς ἀνάγκαις, (οὐδὲ γὰρ οἷόν τε ἐκ τῶν καθ' ἡμᾶς ἀποδεικνύναι D τὰ ὑπὲρ ἡμᾶς,) ἀλλὰ τοῖς λόγοις τῶν ἁγίων καὶ θεολόγων ἀνδρῶν, οὓς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐχρημάτισε δι' αὐτῶν, ᾧ πάντα ἐρευνᾶται καὶ τὰ βάθη τοῦ θεοῦ. ἀπεδείκνυ τε ἐκ πολλῶν τῶν λεγομένων τὸ κατὰ τὸ Θαβώριον τοὺς μαθητὰς περιαστράψαν φῶς δόξαν ἄναρχον τοῦ θεοῦ καὶ φῶς θεότητος καὶ θεότητα καὶ φυσικὸν καὶ ἀΐδιον τοῦ θεοῦ φῶς καὶ ὅσα τοιαῦτα παρὰ τοῖς θεολόγοις πιστευόμενόν τε καὶ προσαγορευόμενον. εἶτα ἐκ τῶν ῥήσεων τῶν θεολογικῶν συνεπέραινε καὶ αὐτὸς, ὡς τὸ ἀΐδιον καὶ φυσικὸν τοῦ θεοῦ οὐκ ἂν εἴη κτιστὸν, οὐδὲ ἡ ἄναρχος δόξα καὶ ἡ βασιλεία τοῦ θεοῦ, οὐδ' P. 335 ὅσα πρὸς τῶν θεολόγων τὸ φῶς ἐκεῖνο ὕμνηται. ἐπὶ τούτοις δὲ καὶ τὸν ὑπὸ τῶν κατὰ τὸν Ἄθω ὁσίων ἀνδρῶν συντεθειμένον παρῆγε τόμον, ὃς αὐτῷ μὲν συνηγόρει ὡς τὰ ἴσα τοῖς ἁγίοις φθεγγομένῳ, Βαρλαὰμ δὲ βλασφημίαν καὶ κακοδοξίαν κατηγόρει πολλήν. ἐπεὶ δὲ ἐκ πολλῶν τῶν λεγομένων ἡ νίκη πρὸς Γρηγόριον ἀπέβλεπε καὶ τοὺς μοναχοὺς, πάντων ἤδη πεπεισμένων τοῖς ἁγίοις ἕπεσθαι καὶ θεολόγοις καὶ μὴ τοῖς ἐκ κοιλίας εἰρημένοις Βαρλαὰμ, συνεώρα τε καὶ αὐτὸς ὡς οὐκ ἂν διαδράσειε τῆς γλωσσαλγίας καὶ τῆς βωμολοχίας δοῦναι δίκην,

lissent, (erat enim non in dicendo solum eximius, sed etiam theologicis litteris eruditissimus,) is perspicue et firme probabat sententiam suam non syllogismis et geometricis conclusionibus, (neque enim poterat ex iis, quae sunt apud nos, demonstrare quae supra nos,) sed sanctorum et theologiae peritorum hominum effatis, quae illis Spiritus sanctus suggessit, quo omnia indagantur, etiam profunda Dei: docebatque copiose, lumen in Thabor, quod discipulos collustravit, esse gloriam Dei principio carentem, et maiestatem eius et lumen divinitatis et deitatem et naturale aeternumque Dei lumen et quaecumque talia a theologis de eo creduntur dicunturque. Postmodum ex pronuntiatis theologicis et ipse concludebat, aeternum et naturale Dei non esse conditum, nec eius gloriam et maiestatem, nec quidquid a theologis illud lumen esse praedicatur ac laudatur. Praeterea tomum a sanctis viris apud Atho habitantibus compositum promebat, quo eum cum sanctis consentire docebatur et Barlaami blasphemiae perversaque doctrina redarguebatur. Cum iam post longam disputationem victoria ad Gregorium et monachos inclinaret, persuasis universis, sanctorum et theologorum placita, non autem ex cerebro Barlaami profecta commenta amplectenda, videret-

τῷ μεγάλῳ δομεστίκῳ συνεδριάζοντι ἐκεῖ τῷ βασιλεῖ προσελ- A. C. 1341
θὼν, σύντομόν τινα ᾐτεῖτο καὶ βοήθειαν καὶ βουλὴν, ἐξ ἧς τὴν B
προσδοκωμένην διαφυγεῖν ἐξέσται δίκην. ὁ δὲ πρότερόν τε
ἔφασκε τὰ δέοντα βεβουλεῦσθαι, αὐτῷ παραινῶν τῆς πολλῆς V. 268
φιλονεικίας ἀποσχέσθαι καὶ πείθεσθαι τοῖς μοναχοῖς ὡς τὰ
τοιαῦτα σοφωτέροις, καὶ νῦν οὐδὲν ἧττον βουλεύσεσθαι
καὶ πράξειν τὰ συνοίσοντα ὑπὲρ αὐτοῦ. εἰ γὰρ μήτε ἀντιλέ-
γειν ἔτι πρὸς τὰ προτεινόμενα ἔχει, πέπεικέ τε ἑαυτὸν ὡς
βελτίω καὶ δικαιότερα καὶ τοῖς ἁγίοις συνῳδὰ φθέγγονται οἱ
μοναχοὶ, τί δεῖ τὴν ψῆφον κατ' αὐτοῦ ἐξαγομένην περιμένειν
κατιδεῖν, ἀλλὰ μὴ πρότερον ἐξαναστάντα, τήν τε προτέραν
ἄγνοιαν ἐπὶ πάντων ὁμολογεῖν καὶ τὴν νῦν ἐπίγνωσιν τῆς ἀ-
ληθείας, καὶ τοῖς τε ἁγίοις πείθεσθαι συνθέσθαι καὶ τὴν
ἔχθραν καταλύειν τὴν πρὸς τοὺς μοναχούς; εἰ γὰρ ταῦτα C
πειθόμενος αὐτῷ ποιήσει, οὔτε βλάβη τις ἕψεται ἐκ τῶν λό-
γων οὐδεμία, βασιλεύς τε καὶ οἱ ἄλλοι πάντες ἐπαινέσονται
τῆς πρὸς τὰ βελτίω μεταβολῆς. οὐ γὰρ τοσοῦτον τὸ τῆς
ἀληθείας ἀποπλανηθῆναι κατηγορίας ἄξιον, ὅσον τὸ πρὸς αὐ-
τὴν ἐπανελθεῖν τοῖς ἁγίοις πειθόμενον καὶ θεολόγοις ἐ-
παινετόν. καὶ οἱ μοναχοὶ δὲ τοῖς πνευματικοῖς πειθόμενοι
νόμοις, μείζονα ἐνδείξονται νυνὶ τὴν φιλίαν πρὸς σὲ καὶ τὴν
εὐγνωμοσύνην, ἢ καθ' ὅσον πρότερον ἐνεδείκνυντο τὴν πικρίαν
καὶ τὴν ἔχθραν, ὡς οὐ τῶν εἰς αὐτοὺς ἕνεκα λοιδοριῶν, ἀλλὰ
τῆς τῶν δογμάτων ἀμυνόμενοι διαστροφῆς· ὧν καλῶς καὶ ὡς
προσῆκεν ἀποδεδειγμένων εἰ καὶ σὺ πεισθείης, οὐδὲν οὐδ' D

que ipse, non effugiturum se, quin loquacem maledicentiam et scurrilitatem suam lueret, ad magnum domesticum imperatori assidentem accedens, compendiarium quoddam ab eo auxilium et consilium flagitabat, quo imminentem poenam evaderet. Tum ille et antea se opportuna suasisse, dum a longa eum digladiatione deterreret et ad credendum monachis, utpote in his sapientioribus, hortaretur: et nunc nihilo minus suasurum facturumque quod illi prodesse possit. Si enim nec ad allata in medium refellendi causa quidquam dicere haberet amplius crederetque, monachos meliora et iustiora et sanctis consentanea disserere, quid opus esset exspectare, donec atro calculo se damnari videret? quin potius exsurgeret priorem que inscitiam et agnitam veritatem palam confiteretur, et sanctis assentiretur inimicitiasque cum monachis poneret. Si se audiret, neque detrimenti quidquam secuturum, et imperatorem ceterosque conversionem eius laudaturos. Non enim tam dignum esse accusari qui a veritate aberraverit, quam commendari, qui ad eam sanctis viris et theologis credens redierit, et monachos secundum leges ipsorum spirituales maiore in posterum caritate candoreque

A.C. 1341 αὐτοὶ ζητήσουσι περαιτέρω, ἀλλ' ἀξίαν ἀμοιβὴν τῶν πολλῶν
πόνων καὶ κινδύνων νομιοῦσιν ἔχειν τὴν διόρθωσιν τὴν σήν.
Βαρλαὰμ δὲ καὶ αὐτῷ μὲν ἔφασκεν ἀρίστην φαίνεσθαι ταύ-
την τὴν βουλὴν, δεδοικέναι δὲ μὴ οὐκ ἐξαρκέσουσιν οἱ λόγοι
πρὸς τὸ τῶν κινδύνων ἐξαρπάσαι, ἀλλὰ καὶ μετὰ τὴν ὁμο-
λογίαν ἀτιμία τις αὐτοῦ καταψηφισθῇ, οἷα δὴ κατὰ τῶν ὀρ-
θῶν δογμάτων ἐξενηνεγμένου. καὶ τότε ἄτιμον εἶναι συμβή-
σεται αὐτῷ καὶ μηδ' ἀπολογίαν τινὰ ὕστερον ἔχειν ὡς οὐ δι-
καίως τοιαῦτα πάθοι, οἷα δὴ καὶ αὐτὸν κατεψηφισμένον ἑ-
αυτοῦ· ὡς εἴγε τοιαῦτα πείσεσθαι μέλλοι, βέλτιον σιωπῇ
P. 336 τὴν δίκην ἐνεγκεῖν, ὥστε καὶ εἰσαῦθις ἠδικῆσθαι λέγειν δύ-
νασθαι καὶ τὴν δίκην ἀνακαλεῖσθαι. ὁ μέγας δὲ δομέστικος
παρεθάῤῥυνέ τε καὶ μὴ τοιαῦτα παρῄνει δεδοικέναι, ὡς αὐ-
τοῦ παρόντος, οὐδενὸς γενησομένου τοῦ λυπεῖν αὐτὸν δυνη-
σομένου. ᾧ καὶ πειθόμενος ὁ Βαρλαὰμ, παρελθὼν εἰς μέ-
σους, τήν τε προτέραν ἄγνοιαν ὡμολόγει καὶ συγγνώμην ἐπὶ
τοῖς εἰρημένοις ᾐτεῖτο, ὡς οὐ φιλονεικίας ἕνεκα λέγων οὐδὲ
τοῦ μὴ πείθεσθαι τοῖς ὑπὸ τῶν θεολόγων εἰρημένοις περὶ
θεοῦ εἰς τοὺς τοιούτους τῶν λόγων ἐξενηνέχθαι, ἀλλ' ὑπ' ἀ-
γνοίας οἰόμενος τοὺς ἄλλους ἁμαρτάνειν, ἕνεκα τοῦ διορθώσα-
σθαι πᾶσαν εἰσῆγον σπουδὴν καὶ προθυμίαν. νυνὶ δὲ ἤδη πεπει-
B σμένος ἀκριβῶς, ὡς αὐτοὶ βέλτιον ἐφρόνουν περὶ ὧν ἠμφισβητοῦ-
μεν, περί τε τῶν ἄλλων οὐδενὸς διαφέρομαι πρὸς αὐτοὺς, καὶ

animi in eum futuros, quam prius amaritudine et simultate fuerint: quippe qui non conviciis in se effusis, verum perversitati doctrinae ecclesiasticae resistant: quibus bene atque ut decet demonstratis, si ei facta sit fides, nihil amplius desideraturos, sed correctionem ipsius multorum laborum periculorumque suorum operae pretium interpretaturos. Barlaamus affirmare, sibi quoque optimum videri istud consilium: timere tamen, ne verba ad se periculo liberandum satis non sint, sed post confessionem quoque aliqua multetur ignominia, cum probatis et receptis dogmatis se opposuerit. Tum infamem fore nec locum defensionis relictum iri, quasi id iniuste patiatur, quandoquidem se ipsum damnaverit: ut proinde si talia passurus sit, melius videatur silentio ferre iudicium, ut et in posterum sibi factam iniuriam dicere queat et iudicium revocari possit. At magnus domesticus illum confirmare monereque, ne quid huiusmodi metuat: se praesente, nihil ei triste eventurum. Cui obtemperans Barlaamus, in medium prodit, praeteritam ignorantiam confitetur: veniam ob stulte dicta petit: se non contentionis causa, neque quod Theologorum de Deo decretis non crederet, ad hos sermones provectum, sed cum ipse errans alios errare opinaretur, ad eorum errorem emendandum omnem diligentiam impigre adhibuisse. Nunc plane credere, illos de controversia melius sapere, et in aliis nihil

A. C. 1341

τὸ ἐν Θαβωρίῳ τοὺς μαθητὰς περιλάμψαν φῶς ἀΐδιον καὶ πεπίστευκα καὶ εἶναι ὁμολογῶ. Ἐπὶ τούτοις καὶ Γρηγόριος ὁ Παλαμᾶς καὶ ὅσοι σὺν αὐτῷ ἦσαν ἀναστάντες, περιέβαλλόν τε Βαρλαὰμ καὶ συγγνώμην ἐπὶ τοῖς προτέροις ἄσμενοι παρεῖχον· ἐπῄνουν τε τῆς καλῆς μεταβολῆς καὶ τῷ θεῷ τῆς ὁμονοίας ὡμολόγουν χάριτας, φάσκοντες, οὐδ' αὐτοὶ γηΐνων ἕνεκα καὶ φθειρομένων πραγμάτων τοσοῦτον ἐνστήσασθαι ἀγῶνα, ἀλλ' ἵνα μή, εἰς πλείους διανεμηθέντος τοῦ κακοῦ, ἢ διεφθαρμένων δογμάτων ἀνάπλεως γένηται ἡ ἐκκλησία, ἢ διαστασιάσῃ πρὸς C ἑαυτήν, τῶν μὲν τούτοις, τῶν δὲ ἐκείνοις προστιθεμένων, καὶ διὰ τοῦτο καὶ τοῦ μετρίου πέρα ὀφθῆναι φιλονείκους, ἅτε δὴ ἐν μὲν τοῖς ἄλλοις ἅπασι πρᾴους εἶναι δεδιδαγμένους καὶ ταπεινούς· ἐν οἷς δὲ θεός ἐστι τὸ κινδυνευόμενον, ὀξεῖς εἶναι V. 269 καὶ ἀπαραιτήτους, καὶ μήτε πρὸς τὴν ἀδοξίαν δυσχεραίνειν, μήτε πρὸς τὸν παρὰ τῶν ἀνθρώπων ἔπαινον μαλακίζεσθαι. ἐπεὶ δὲ ὁ τῆς εἰρήνης καὶ τῆς ὁμονοίας θεὸς εἰς ἓν συνῆψε τὰ διεστῶτα, αὐτοί τε προθύμως ἀποστήσονται φιλονεικίας, καὶ αὐτῷ πολλὴν εἰδήσουσι τὴν χάριν, μάλιστα αἰτιωτάτῳ τῆς εἰρήνης νυνὶ γεγενημένῳ. Ἐπὶ τούτοις καὶ βασιλεύς τε καὶ πατριάρχης ὅσα ἔδει διαλεχθέντες περὶ εἰρήνης πρὸς ἑ- D κατέρους, διελύσαντο τὴν σύνοδον. Βαρλαὰμ δὲ ὀλίγας Βυζαντίῳ ἐνδιατρίψας ἡμέρας, ἐπεὶ καὶ ὁ βασιλεὺς ἐτελεύτησε μετὰ μικρόν, καὶ τὰς περὶ τὰ δόγματα ἀμφισβητήσεις οὐδὲν ἧττον ἐχόμενος ἢ πρότερον, τῆς δίκης ὡς ἐκδεδιῃτημένης

ab eis dissidere, et quod in Thabor lumen discipulos circumfulsit, gloriam Dei, principii expertem et aeternum esse lumen credere se atque confiteri. Mox Gregorius Palamas cum coetu suo surgentes Barlaamumque complexi, veniam praeteritis libenter dederunt et praeclaram istam mutationem praedicarunt, Deoque pacis et concordiae gratias egerunt, profitentes, nec se terrenarum ac pereuntium rerum gratia tam acriter pugnasse: sed ne, in plures malo propagato, aut perversorum dogmatum ecclesia repleretur, aut factionibus et dissidiis in se ipsa divideretur, dum alii his, alii illis adhaerent. Ac propterea immodice litigiosos se apparuisse, qui in aliis omnibus ad mansuetudinem et animi submissionem eruditi sint: ubi autem Deus in periculum vocatur, ibi promptos esse et inexorabiles: et neque ad opprobrium aegrescere, neque ad laudem humanam emollescere. Quoniam vero pacis et concordiae Deus distantia copularit, et se prompte a contentione desistere et illi gratias habere, qui pacis huius auctor imprimis fuerit. Postmodum imperator et patriarcha utrosque de pace, ut oportebat, allocuti, synodum dimiserunt. Barlaamus haud longum tempus Byzantii moratus, imperatore brevi defuncto, aeque ut prius de dogmatis litem movit, iudicium

A.C. 1341 πολλὰ καταβοῶν, ἀποδρὰς ᾤχετο πρὸς Ἰταλίαν, καὶ συμφρονήσας Λατίνοις ὥσπερ καὶ πρότερον, ἐπίσκοπος ὑπ' αὐτῶν Ἱερακὸς ἀνεδείχθη. καὶ οὐ πολλῷ ὕστερον Γρηγόριός τις ἕτερος μοναχὸς Ἀκίνδυνος ἐπικεκλημένος, ὁμιλητὴς Βαρλαὰμ κατὰ τὴν ἔξω σοφίαν γεγενημένος καὶ πολὺν αὐτῷ φοιτήσας χρόνον, τῶν ἐκείνου διαφορῶν ὧν διηνέχθη πρὸς Παλαμᾶν ἀντεποιήθη·
P. 337 συνέβαινε δέ τι γελοῖον περὶ αὐτόν. Βαρλαὰμ μὲν γὰρ ἀπεσείετο τῷ λόγῳ, κἄν τις πρὸς αὐτὸν ὡς τὰ ἐκείνου φρονοίη λέγοι, τὴν κοινωνίαν τε ἀπεωθεῖτο καὶ κατηγόρει Βαρλαὰμ ὡς κακῶς φρονοῦντος καὶ ἀπεναντίως τοῖς ἁγίοις· τῇ δ' ἀληθείᾳ κατάκρας ἐκείνῳ ἠκολούθει καὶ οὐδὲν ἢ μικρὸν ἢ μεῖζον διεφέρετο. αὖθις δὲ στάσεως κατὰ τὴν ἐκκλησίαν ἀναφυομένης, ἐν δεινῷ τιθέμενος ὁ πατριάρχης, εἰ διὰ τήν τινων φιλονεικίαν νοσοίη καὶ ταράττοιτο τὰ τῆς ἐκκλησίας, σύνοδον καὶ αὖθις δευτέραν συναθροίζει κατὰ τὸν αὐτὸν τῆς θεοῦ Σοφίας νεὼν, συνεδριάζοντος αὐτῷ καὶ μεγάλου δομεστίκου καὶ ὅσοι ἐπεδήμουν Βυζαντίῳ τῶν συγκλητικῶν.
B πολλὰ δὲ πρὸς ἀλλήλους τῶν Γρηγορίων ἀντειπόντων, ἐπεὶ ὁ Ἀκίνδυνος ἐφαίνετο τὰ ἴσα Βαρλαὰμ καὶ λέγων καὶ φρονῶν, ψῆφος μὲν ἐξενήνεκται κοινὴ ἐπισκόπων τε καὶ τῶν συγκλητικῶν κατὰ Ἀκινδύνου καὶ τῶν αὐτῷ φρονούντων ἴσως, ὡς τὰ αἱρετικῶν φρονούντων καὶ λεγόντων. ἀφορίζονται δὲ καὶ τῆς κοινωνίας τῶν ὀρθοδόξων, εἰ μὴ ἐπιστρέφοιεν, ἀλλ' ἐπι-

valde claudicasse clamitans: et aufugiens in Italiam, cum Latinis, ut antea, sensit ab eisque Hieracis episcopus creatus est. Non multo post alius quidam Gregorius monachus, Acindynus cognominatus, Barlaami in profana doctrina longo temporis spatio discipulus, dissensionem eius et litem cum Palama, ut successor, arripuit, cui quiddam ridiculum contigit. Barlaamum quidem verbo repudiabat et ut male sanctisque patribus contraria sentientem accusabat: re autem vera prorsus eum sequebatur nihilque omnino ab eo differebat. Rursum itaque seditione ac tumultu in ecclesia exoriente, patriarcha iniquum ducens, propter quorumdam rixosa ingenia ecclesiae statum perturbari, synodum in idem Sophiae templum cogit, assidente ipsi et magno domestico et quotquot Byzantii erant senatoribus. Cum Gregorii diu controversati essent, ubi animadversum est Acindynum Barlaami cantilenam canere, ab episcopis et senatu communiter contra Barlaamum eiusque sectatores ut haereticos lata est sententia: et nisi resipiscerent, ab orthodoxorum communione uterque segregatus. Nec illi solum, sed et si quis alius de cetero talia auderet et Palamae aliisque quasi male de religione sentientibus crimen inferret. Praeter haec et tomo pro veteri synodorum more composito, Ioannes pa-

μένοιεν τῇ κακίᾳ· οὐ μὴν ἐκεῖνοι μόνοι, ἀλλὰ καὶ εἴ τις ἄλ- A.C. 1341
λος ὕστερον τοῖς ἴσοις ἐπιχειρήσοι καὶ Παλαμᾷ καὶ τοῖς λοι-
ποῖς ὡς οὐκ ὀρθῶς φρονοῦσιν αἰτίαν ἐπαγάγοι, ὑπὸ τὴν αὐ-
τὴν ἐπιτιμίαν εἶναι, εἰ μὴ μεταβάλλοι καὶ αὐτός. ἐπὶ τού-
τοις δὲ καὶ τόμον συνθέντες κατὰ τὸ ἀρχαῖον τῶν συνόδων
ἔθος καὶ ὑπογράψαντες αὐτὸν ὅ,τε πατριάρχης Ἰωάννης καὶ C
ἀρχιερέων ὅσοι τότε παρῆσαν, (ὕστερον γὰρ καὶ ἕτεροι πολλοὶ
τοῖς προτέροις ὑπογεγράφασι σύμψηφοι γεγενημένοι,) Παλαμᾷ
καὶ τοῖς αὐτῷ συνοῦσιν ἐγχειρίζουσιν εἰς δικαίωσιν. ἀλλὰ ταῦ-
τα μὲν ὕστερον. τότε δὲ ἡ σύνοδος ἐπεὶ διελέλυτο, τῶν ἄλλων
ἑκάστων διεσκεδασμένων, ὁ βασιλεὺς ἐκέλευσεν ἐν τῇ μονῇ τῶν
Ὁδηγῶν ἀναπαύλης τινὸς τυχεῖν· καὶ γενόμενος ἐκεῖ, εἰς τὴν
ὑστεραίαν ἤρξατο πυρέττειν ὁμαλῶς καὶ ἐδόκει τοῖς τῶν
ἰατρῶν παισὶ τὴν κατὰ τὴν σύνοδον ταραχὴν καὶ ἀσιτίαν
τοῦ πυρετοῦ αἰτίαν γεγενῆσθαι. δευτέρᾳ δὲ ἡμέρᾳ πρὸς τῇ
κεφαλῇ ἐνσκῆψαν τὸ κακὸν πονηρὰς παρεῖχε τὰς ἐλπίδας.
ἐφαίνετο γὰρ τῶν ὀξυτάτων εἶναι. τρίτῃ δὲ τῇ μετ' αὐτὴν D
ἕωθεν μὲν ἐδόκει ἐνδιδόναι καὶ τοῖς ἰατροῖς ὑπέφαινε χρη-
στὰς ἐλπίδας· ἐπεὶ δὲ ἤδη περὶ μεσημβρίαν ἦν, μεταβαλὸν
ἐξαίφνης οὐ μετὰ πολὺ ἀποτεθνήξεσθαι ἐδήλου βασιλέα, καὶ
ἰατροῖς οὐδεμία σωτηρίας ὑπελείπετο ἐλπίς. ἐπεὶ δὲ τοιαῦτα
διεθρυλλήθη, τῷ μεγάλῳ δομεστίκῳ Ἀπόκαυχος ὁ παρακοι-
μώμενος προσελθὼν, συνεβούλευεν ἔχεσθαι τῶν πραγμάτων
καὶ παρασήμοις κοσμεῖσθαι βασιλικοῖς μετὰ τὴν βασιλέως τε-
λευτήν· βασιλέα γὰρ ἐν ζῶσιν ἔτι μὴ εἶναι προσδοκᾷν. πάν- V. 270
τως δὲ οὐδὲν καινὸν ποιήσειν, ἀλλ' ὅπερ αὐτός τε πολλάκις

triarcha et praesentes tum episcopi subscripserunt: postea et alii multi prioribus assensi subscripserunt: quem tomum Palamae et consortibus eius, quo se defenderent, tradiderunt. Sed haec postea evenerunt. Tunc autem, ut dicere coeperamus, soluta synodo et aliis singulis alio dispersis, imperator sibi in monasterio viae monstratorum requiescendum censuit, ubi postridie continenter febricitare coepit, iudicaruntque medici, ex perturbatione in synodo et inedia febrim extitisse. Die tertio malum in caput invadens, quia dolor acutissimus videbatur, spem parum bonam afferebat. Rursum tertio post die a mane visus dolor remittere, et medicis bona spes affulsit. Circa meridiem repentina mutatio imperatorem vita mox cariturum significat, et medici quoque salutem eius desperant. Cum haec vulgarentur, ad magnum domesticum adiens Apocauchus, sacri cubiculi praefectus, hortatur, uti rempublicam capessat et insignia imperatoria post eius obitum (iam enim conclamatum esse) induat. Plane nihil facturum novi, sed quod ipse imperator eum cogere

A.C. 1341 ἠνάγκασεν ὁ βασιλεὺς καὶ Ῥωμαίων οὐκ ὀλίγοι ἴσασιν οὐδαμῶς ἐλάττω τιμὴν ἀποδιδόντες βασιλέως. οὐ μὴν οὐδὲ πολλοῦ δεήσεσθαι πόνου καὶ ἀγώνων, ἀλλ' ἀρκεῖ μόνον εἰ-
P. 338 πεῖν, καὶ πάντας ἔχειν ὑπακούοντας ἑτοίμως. αὐτόν τε πρότερόν τε παρὰ πάντα τὸν βίον καὶ νῦν οὐχ ἧττον ἕτοιμον εἶναι τὰ λυσιτελεῖν αὐτῷ ποιεῖν δοκοῦντα, οὐ μόνον χρημάτων καὶ καμάτων ἀφειδοῦντα, ἀλλὰ καὶ ψυχὴν προθύμως ὑπὲρ τῶν ἰδίᾳ τι αὐτῷ διαφερόντων προϊέμενον, πάντων αὐτῷ μάλιστα ὄντα ὀφειλέτην. πολλῶν γὰρ ἀπολελαυκέναι τῶν εὐεργεσιῶν τῶν παρ' αὐτοῦ, οὐ βασιλεῖ μόνον τὴν ἀρχὴν ἰὸ καὶ προσαγαγόντα καὶ οἰκειώσαντα, ἀλλὰ καὶ ὕστερον βασιλέως ὠργισμένου παραιτησάμενον αὐτὸν καὶ τοῦ δεσμωτηρίου ἀπαλλάξαντα, καὶ μέχρι νῦν εἰς ὅπερ ἐστὶ σχῆμα δι'
B αὐτοῦ ἡγμένον. Ὁ μὲν οὖν τοιαῦτα εἶπε. μικρὸν δὲ ὁ μέγας δομέστικος ἐπισχὼν, Οὐκ ἄν μοι δοκῶ τοιαῦτα, εἶπε, παραστῆναι περὶ σοῦ ποτε, μηδ' εἰς τοσοῦτον ἥκειν ἐμὲ φαυλότητος ἡγεῖσθαι τρόπων, ὥστε, βασιλέως ἔτι ζῶντος ἢ καὶ μετὰ τελευτὴν, ἢ σοὶ πεισθήσεσθαι ἢ ἑτέρῳ ὁτῳοῦν, τῆς μὲν εἰς ἐμὲ βασιλέως φιλίας ἢ μᾶλλον εἰπεῖν συμπνοίας ἀμνημονῆσαι, τῶν ἰδίᾳ δέ τι ἐμοὶ ζητεῖν διαφερόντων, ἀμελήσαντα τῶν κοινῇ τοῖς βασιλέως παισὶ καὶ βασιλίδι συμφερόντων. διὸ καὶ μάλιστά σου κατεγνωκέναι, εἰ τοιαῦτα παραινῶν ἤλπισας πείσειν. Τοῦ δ' αὖθις ἐπιχειροῦντος ὡς

saepius voluerit quodque Romani non pauci norint, qui non minorem ei quam imperatori honorem semper habuissent. Neque vero multo labore et certamine rem indigere: verbo tantum voluntatem suam declaret, statimque libenter se subdituros. Quod ad se attineret, et ante in omni vita et hoc tempore non minus paratum esse eius utilitatibus inservire, non solum non parcentem pecuniis et fortunis suis; sed et sanguinem cupide pro eius rationibus effusurum, cum omnium ei plurimum debeat: multis enim beneficiis eius usum, quando eum non modo a principio imperatori commendarit familiaremque reddiderit, sed etiam postea iram illius ab eo deprecatus sit et carcere liberarit, et in hanc conditionem, in qua hodie sit, perduxerit. Hactenus Apocauchus. Magnus domesticus paulum silens, Non puto, inquit, talia de te aliquando occurrisse animo meo: nec eo me improbitatis processisse existimandum, vt imperatore adhuc vivo aut etiam eo mortuo, vel abs te vel ab alio quocumque inducar, vt amoris mei erga illum, sive ut melius dicam, consensus atque conspirationis immemor sim, et neglectis quae communiter eius liberis et Augustae conducant, privata consecter commoda: teque summae damno stultitiae, si talia mihi te persuasurum speravisti. Illo denuo sententiam suam ut utilem urgen-

τὰ βελτίω πείθειν συμβουλεύει, „παῦσον" εἶπε „τοιαῦτα λέγειν. A. C. 1341 ὃς γὰρ, τοῦ φίλου τεθνεῶτος, μὴ τοὺς φιλίας τηρεῖ θεσμοὺς, C οὗτος οὐδὲ ζῶντος ἦν φίλος ἀληθής." πρὸς μὲν οὖν τὸν μέγαν δομέστικον οὐδὲν ἔτι εἶπεν, οὕτως ἐμβριθῶς ἀποκρινάμενον· τῇ μητρὶ δὲ αὐτοῦ προσελθὼν, τὰ ἴσα ἐπεχείρει πείθειν, οἰόμενος, ἂν ταύτην πεῖσαι δυνηθῇ, τὸ σπουδαζόμενον ἠνυκέναι, ὡς οὐκ ἂν ἀντειπόντος τοῦ υἱοῦ ὅ,τι ἂν τῇ μητρὶ δοκοίη καὶ λυσιτελὲς ὁμοῦ καὶ δίκαιον. ὡς δὲ καὶ παρ' ἐκείνης τῆς ἴσης ἔτυχεν ἀπολογίας ἢ καὶ αὐστηροτέρας, μὴ τοιαῦτα κελευούσης συμβουλεύειν, ἃ μὴ συμφέρει πράττειν τὸν υἱὸν, παντελῶς ἀπέσχετο τῆς πείρας. ὁ μέγας δὲ δομέστικος ὁρῶν ἤδη βασιλέα ἐν χρῷ κινδύνου καθεστῶτα, καὶ συνιδὼν ὡς μάλιστα προσῆκον D τῶν βασιλέως παίδων πρόνοιαν ποιήσασθαι καὶ τῆς ἀρχῆς, Ἄννῃ τῇ βασιλίδι προσελθὼν θρηνούσῃ καὶ ὀδυρομένῃ, „ὁ μὲν παρὼν" εἶπε „καιρὸς οὐ πένθους οὐδὲ δακρύων εἶναι μοι δοκεῖ. ὕστερον γὰρ ἡμῖν ἐξέσται, εἰ μὴ θεὸς ἀπαλλάξει τῆς προσδοκωμένης συμφορᾶς ἵλεων ἡμῖν ἄνωθεν ἐπιβλέψας, ὀδυρμῶν καὶ δακρύων ἀναπίμπλασθαι κατὰ σχολήν· τὸ δὲ νῦν ἔχον εἶναί μοι δοκεῖ προσῆκον ἀσφάλειαν ποιήσασθαι τῶν βασιλέως παίδων. μάλιστα μὲν γὰρ οὐδένα Ῥωμαίων ἐπιβουλεύσειν οἴεσθαι ἡμῖν, μάλιστα ζῶντος ἐμοῦ καὶ παρόντος ἐνθάδε νῦν· εἰ δ' ἄρα καὶ τοιοῦτον συμβαίη τι, βέλτιον περὶ σοῦ μόνην εἶναί μοι τὴν φροντίδα, καὶ μὴ πάντων ὁμοῦ καὶ παί- P. 339

19. βασιλέων legebatur.

te, Cessa, inquit: qui enim amico mortuo leges amicitiae non servat, hic nec vivo vere amicus erat. Sic Apocauchus gravitate responsi deterritus, magno domestico molestus esse desiit. Sed matrem eius conveniens, idem illi persuadere nitebatur, ratus, si id consequeretur, quod studuisset perfectum habiturum: non enim filium matri contradicturum, si quid illa ut utile et iustum probavisset. Postquam ab illa simile vel etiam severius responsum tulit, iubente ne talia suaderet, quae facere filio non conduceret, a tentatione prorsus abstinuit. Magnus porro domesticus imperatorem iam letho proximum cernens et providendum maxime eius liberis et imperio intelligens, ad Annam Augustam flentem ac lamentantem accedens, Non mihi iam luctus et lacrimarum tempus videtur, inquit: adhuc enim licebit, nisi Deus ab impendente calamitate nos liberet ac propitius de caelo respiciat, eiulatibus et ploratibus satis diu indulgere. In praesens aequum iudico, pueros imperatores in tuto collocare. Me quidem vivo et hic nunc praesente, neminem Romanorum nobis insidiaturum putandum est. Sin aliquid huiusmodi contigerit, quid praestabilius, te solam mihi curae esse, an omnia simul, te, inquam et filios et imperium. Tum Augusta, sibi mirum accidere, quod

A.C. 1341 ἰδίων καὶ τῆς ἀρχῆς." ἡ βασιλὶς δὲ θαυμάζειν ἔφασκεν αὐ-
τοῦ, εἰ, τοιαύτης ἀνάγκης περιϊσταμένης, ἐνόμισεν εἶναι τῶν
δεόντων καὶ αὐτῆς πυνθάνεσθαι, εἴ τι βούλοιτο τῶν συμφε-
ρόντων εἰς τοὺς βασιλέως παῖδας πράττειν καὶ τὴν ἀρχήν.
ἐπέτρεπέ τε ἃ ἂν αὐτῷ δοκοίη κοινῇ λυσιτελεῖν μηδενὸς ἀ-
μελεῖν. ὁ δ' εὐθὺς Ἰωάννην τε βασιλέα, τὸν βασιλέως υἱὸν,
καὶ τὸν ἀδελφὸν Μιχαὴλ παραλαβὼν, ἤγαγεν εἰς τὰ βασί-
V. 271 λεια· θεραπείαν τε αὐτοῖς τὴν γινομένην προστάξας εἶναι
καὶ φρουρὰν τοῖς βασιλείοις ἔκ τε τῆς στρατιᾶς οὓς μάλι-
B στα ᾔδει εὐνουστάτους τῷ βασιλεῖ, καὶ τῶν οἰκετῶν τοὺς
πιστοτάτους τῶν ἰδίων περὶ πεντακοσίους τὸν ἀριθμὸν κατα-
λιπὼν, καὶ τοὺς τοὺς πελέκυς ἔχοντας βαράγγους ὅσοι ἦσαν,
καὶ αὐτὸς διενυκτέρευσεν ἐκεῖ, τῶν βασιλέως παίδων τὴν δυνα-
τὴν ἀσφάλειαν ποιούμενος. εἰς ἑσπέραν δὲ τῆς τετάρτης ἡμέρας,
τῇ τοῦ νοσήματος ὀξύτητι κατεργασθεὶς, ἐτελεύτησεν ὁ βασι-
λεὺς, πεντεκαιδεκάτῃ μηνὸς Ἰουνίου ἱσταμένου, τοῦ ἐννάτου
καὶ τεσσαρακοστοῦ ἔτους ἐπὶ τοῖς ὀκτακοσίοις καὶ ἑξακισχιλίοις,
ἐννάτης οὔσης ἰνδικτιῶνος.

12. τοὺς alterum om. ed. V., sed vid. supra p. 389, 14.

In tanta rerum necessitate oportere duxerit ipsam interrogare, num quid eum filiis imperatoris et imperio conducibile velit facere. Committit igitur illi, quae in commune videantur prodesse, eorum nihil negligere. Qui confestim Ioannem imperatorem et fratrem Manuelem in palatium duxit iussitque illis adesse ministros et custodiri palatium a militibus, quos puero imperatori benevolentissimos noverat. De suis quoque famulis fidelissimos ibi reliquit et securigeros Barangos, quotquot erant, omnes numero quingentos. Ibidem ipsemet pernoctans, filios imperatoris quantum poterat custodiebat. Ad vesperam autem die Mercurii, decimoseptimo Kalendas Quintiles, anno quadragesimo nono supra octingentos et sex millia ab orbe condito, indictione nona, morbi saevitia confectus, ex hac luce imperator migravit.

Corrigenda.

P. 29. *v.* 23. *pro* 15. *scribe* 17. 39, 3. *et* 25. *lege* ντλ. 123, 14. *Συργιάννης.* 144, 25. requiescere. 305, 21. *Πορφυρογεννήτου.* 352, 17. *ὅτι, μήτε.* 379, 24. *παραδούς.* 400, 9. *in marg.* V. 197. 499, 8. *Ἀκαρνᾶσι.* 506, 23. *τῆς αὐτῆς.*